



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum**

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Pars Tertia, Continens Parathemata Ephemerologij  
Ecclesiastico-Rubricistici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

PARS TERTIA,  
*CONTINENS*  
PARATHEMATA  
EPHEMEROLOGIJ  
ECCLESIASTICO-  
RUBRICISTICI.



PARS TERTIA  
CONTINENS  
VARIA THEMATICA  
EPHEMEROLOGIA  
ECCLESIASTICO  
RUBRICATA

De I  
Fe

De I  
Fe



der möver  
die Rubri  
intelligun  
na cum  
rum; vel  
Episcopus  
na, vel q  
Papatum  
er, vel ob  
i Gav. Te  
ibi etiam  
Electione  
i sac. R  
ne Se. D.  
29. Mar






# TITULUS I.

## De Ritu, ac Modo Celebrandi Festa Patronorum Loci, nec non Titulum propriæ Ecclesiæ &c.

**N**omine PATRONORUM hic non intelliguntur illi, erga quos privato duntaxat Devotionis affectu, & non Communi toti alicui Civitati, aut movemur; sed Patroni nomine Rubricæ, harumque Interpretes intelligunt illum, quem Episcopus cum Populo sibi eligit Patronum; vel quia primus ejus Loci Episcopus fuit, vel quia ibi humanitas, vel quia aliquando mirabiliter Populum juvit in magna necessitate, vel ob alias similes Causas, ut Gav. Tom. II. S. 3. c. 12. advertit, ubi etiam refert Decretum, super Electione Sanctorum in Patronos sac. Rit. Congregatione de Ordine S. D. N. Urbani Papæ VIII. die 22. Martij 1630. emanatum: ju-

xta quod deinceps in Patronos eligi solum valide possunt, qui ab Ecclesia Titulo Sanctorum coluntur, adeoque sunt Canonizati, non autem Beatificati duntaxat, saltem per se loquendo, & secluso speciali Sedis Apostolicæ Indulto. Ratio i. hujus Conditionis juxta Gavantum est; cum quia Beatificati non possunt esse Titulares Ecclesiarum, utpote quarum ædificatio conceditur tantum in honorem Canonizatorum in Bulla Canonizationis: non ergo Patroni esse debent, utpote quorum Gradus nobilior est, quam Titularium: tum quia Beatificatis dari solet à Sac. Congreg. Rit. non aliud Officium (saltem regulariter) quam duplex majus per annum, Patronis autem Officium duplex i. Classis. Decretum tamen comprehendit etiam Patronos minus principales, quos pariter decet esse Sanctos un-





niversales, adeoque Canonizatos. Juxta idem Decretum, ut valida deinceps sit Patroni Electio, requiritur ulterius *secundò*, ut Electio Patroni civitatis fiat per Secreta Suffragia à Populo, mediante concilio Generali illius civitatis, vel Loci, non autem ab officialibus solum; & ut insuper accedat consensus Episcopi, ac Cleri illius loci: idemque Servari quoque debet in eligendo *Patrono Regni*; qui pariter eligi debet per Secreta Suffragia à Populo Singularum Civitatum Provinciarum, ita, ut Repræsentantibus Regnum, aut Civitatem, aut Provinciam, nulla competat facultas validè eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant ab illis Speciale mandatum; & ulterius consensum quoque Episcopi, ac Cleri distarum Civitatum intervenire necesse est. Ratio 2. hujus Conditionis juxta cit. Gav. est; quia Populus eligere debet ob Beneficia à Sancto accepta, Clerus autem deinde consentire, ut postea Is colatur cum debito Officio, ac Missa. Tertiò denique, ut valida imposterum sit Patroni Electio, requiritur, ut causæ Electionis *novorum* Patronorum faciendæ priùs in Sac. Congregat. deducantur, atque ab ea examinentur, & demum cognitâ Causâ ab eadem approbentur, ac Confirmentur, idque ob eam Rationem, quam loc. cit. affert Gavantus. Nè autem

Præmissorum ignorantia ullo tempore possit allegari, idem Sac. Rit. Congreg. Decretum, in Patronorum Electione deinceps observandum, annuente D. N. imprimi mandavit, ac publicari, cum declaratione, Electiones Patronorum imposterum aliter statam ipso jure irritam fore.

Nomine verò *Tituli* Ecclesiæ hîc venit, sub cujus Invocatione (v. g. SS. Trinitatis, aut SS. Corporis Christi, aut S. Crucis, vel B. MARIÆ, vel unius, aut plurium Sanctorum) ea est dedicata. Ex quo *Titulus* Patronum Titularem Ecclesiæ per hoc differre à Patrono Loci, quâ tali, quòd Patronus Loci, Is, qui dictò modò in Patronum integræ alicujus Communitatis, Civitatis, aut Provinciarum &c. dicitur; Patronus Titularis Ecclesiæ verò sit ille Sanctus, à quo Templum seu Ecclesia materialis, sub illius Invocatione Consecrata, suam denominationem habet, quâ v. g. illo denominatur *Ecclesia S. Michaelis*, aut *S. Martini &c.*, unde & Ecclesiarum *Tituli* dicebantur. *Inferius* *secundò*, Patronum Loci, & Patronum Titularem, seu propriam Ecclesiæ, non modò non esse eundem, regulariter loquendo, sed quam simplicissime diversum, esto Idem qui est Patronus Loci, seu alicujus Totius Provinciarum, aut Diocesis, quando sit simul Patronus parochialis



Ecclesia illius Provinciae. Infer-  
 nis S. Crucis celebrare suum *Festum*  
 3. non modo *Patronum Loci*, &  
*Titulare*, non autem rectè dicere-  
 tur celebrare tunc *Festum* sui *Patro-*  
*cinij*.

Infertur 4. Dari Patronos u-  
 nius Civitatis, & simul unius Pro-  
 vinciae, qualis Mediolanensis Pro-  
 vinciae Decretò Provinciali est S.  
 Ambrosius Ecclesiae Doctor, ejusur-  
 bis ac Provinciae olim Episcopus,  
 modò autem utriusque *Patronus*.  
 Dantur etiam plures *Patroni Loci*,  
 ut rectè colligit ex Rubrica Gener.  
 I. de Offic. dupl. n. 1. Gavantus, ubi  
 habentur hæc Verba: *In Festo Pa-*  
*troni unius, vel plurium alicujus Loci*:  
 ex quibus tamen unum tantum de-  
 bere esse *principalem*, alios verò *mi-*  
*nus principales*, contendit idem Au-  
 ctor, adducens in hujus suæ Sen-  
 tentiae favorem *Rubr. Gen. VII. de*  
*Octav. n. 1.* Sed videtur dicen-  
 dum cum P. Claudio La Croix *Te-*  
*mul. IV. L. 4. n. 1262.* Quòd li-  
 cèt ordinariè unus tantum sit Prin-  
 cipalis *Patronus*, possint tamen e-  
 tiam esse plures: id quod apud e-  
 undem expressè tradit Pasqualigus  
*de Sacrific. q. 258. n. 5.* & id ipsum  
 non unius Dioceseos Praxis confir-  
 mat: nam in Nostra Diocesi hac  
 Brixinensi non modò SS. INGENUI-  
 NUS, & ALBUINUS Episcopi, & Con-  
 fessores 5. Februarij, sed etiam S.  
 CASSIANUS Episcop. & Mart. 13. Au-  
 gusti. tanquam *Patroni Principales* Dico-  
 cesani Officiò, ac Ritu duplici i.



Classis celebrantur : & in Dicecesi Constantiensi non minus S. Pelagius Martyr. 28. Aug. quam S. Conradus Confess. & Pontif. 26. Nov. haberi pro Patrono Principali Dicecesano, & ut talis coli videtur : id quod ego ex eo colligo, quod uterque ibi Officiò duplici 1. Classis, & insuper uterque cum Octava celebratur, qui Ritus Patronis *minus principalib.* non convenit, uti manifestum est ex Breviario Romano, à quo Patroni *minus principales* in *Duplicium* duntaxat *majorum per annum* Catalogo ponuntur, uti illum ( Tabellæ Occurrentiæ præfixum ) inspicienti patebit. Unde non assequor, cur S. Pelagius à P. Gobat Tom. 1. Tr. 5. n. 628. incidenter Patronus *secundarius* Dicecesos Constantiensis appellatur. Ratio autem ad sentiendum cum P. La Croix me movens est; Quia ( ut apud eundem rectè argumentatur Pasqualigus ) si juxta ipsum Gavant: & Arnaudum possunt sine absurdo esse plures Patroni *Titulares* æquè *Principales*, & de pluribus ut talibus fieri Officium cum Octava, ut ibidem ostendit in Exemplo, non apparet, cur non etiam plures possint esse simul Patroni *principales* alicujus *Loci*.

Ad Titulum, & Patronum Ecclesiæ quod attinet, licet Titulus Ecclesiæ unius materialis soleat esse *unicus*, potest tamen etiam esse *plurimum Sanctorum* sub pluribus Festis ( u-

ti Romæ in Ecclesia Ss. Basilii & Caroli ) vel plurium Sanctorum sub eodem Festo, ut Ss. Cosma & Damiani, & similia. Ita Gavant: cum eo Arnaud. ac Quart.

Major est difficultas ( ut patet cit. La Croix n. 1163. ) an utroque hujusmodi Festo Titulari tineri queant Indulgentiæ plenariæ Ecclesijs Societ. JESU concessæ in Festo *Invocationis* ( h. e. *Tituli*, ut *Patrocinij* ) à Paulo V. vi Bullæ tantis in Supplement. Instituit. pag. 19. Ratio dubitandi est; tum quia Pontifex eas concedit in Festo *Invocationis*, non in *Festis*; tum quia Bulla dicitur : *Volumus autem, quod si alias Christi Fidelibus, dictas Ecclesias visitantibus, aliquam aliam Indulg. perpetuam Concesserimus presentes nulle sint.* Utraque tamen hac dubitandi Ratione non obstante, citato Patri La Croix dicendum videtur : quod utroque Festo Titulari habeantur quia ( inquit ) est eadem Ratio in singulis : ideo autè dicitur in Festo quia ordinariè est unicum; de altero intelligi potest vel de Festo Titularis unius, vel de Festo Titularium multiplicium : ex quo etiam ( patet idem ibidem ) patet ad Rationem alteram; nam, si sic duplex Titularis censetur una concessio : notatque Pellizarius T. 2. Tr. 8. c. 6. n. 259. particulas illas : *aliquam aliam Indulgentiam concesserimus*, non intelligi, si Indulgentiæ alterius Ratio-



tenis sint concessæ, etiam ab eo-  
dem Pontific. His præmissis jam  
serius

Dico 1. De Principali Patrono  
Loco, quam Titulari Ecclesia ( seu  
Locus, seu plures illi sint ) Officium  
in Festo eorum solenni Principi-  
ali; & utriusque Festum solenne  
principale celebrandum cum Octa-  
va ( nisi veniat in quadragesima,  
aut intra illud Tempus, quod est à  
17. Dec. usque ad Epiphaniam )  
tamen solummodo loco, & Ec-  
clesia, cujus est Patronus, vel Ti-  
tulus, nisi inde absens sit ejus mem-  
brum, vi sui Beneficij, aut Calen-  
darum ad faciendum idem Officium  
tam in absentia obstrictum : quod  
dicitur de Festo Patroni, seu  
Titularis alicujus Ecclesie, à fortiori  
intelligendum quoque est, ac etiam  
conceps erit de quocunque alio Fe-  
sto Titulari Ecclesia v. g. SS. Trinita-  
tis, S. Salvatoris, S. Crucis &c.  
& tertia Assertionis Pars con-  
tinetur Rubr. IX. Brev. de Commem. n.  
Secunda verò ex Rubr. Gener. VII.  
de Octav. n. 1. Addit Gavantus :  
Quocumq; competunt duplicib. 1. Class.  
& Octavis, eadem concedenda quo-  
que esse Patronis principalib. Locorum in  
loco suo, & Titularibus Ecclesiarum in  
sua Ecclesia.

Dixi autem 1. Principalibus lo-  
corum Patronis, ac Ecclesiarum Titula-  
rium concedi Officium duplex 1.

Classis unà cum Octava, ut supra.  
Nam et si Patronis, ac Titularibus quoque  
minùs principalibus concedatur Offi-  
cium duplex, non tamen conceditur  
istis Officium duplex 1. Classis, ut  
nec Octava per Rubric. Gen. 1. &  
VII. n. 1. sup. allegaram. Dixi  
2. In Festo eorum principali; quia et-  
iam Principalibus locorum Patronis,  
ac Ecclesiarum Titularibus non conce-  
ditur Officium duplex 1. Classis nisi in  
Festo eorum solenni Principali, ut  
apertè habetur in Rubrica de Commem-  
morat. n. 3. & 4. quale Festum Prin-  
cipale solenne equidem non est  
Translatio Patroni, Inventio ejus Re-  
liquiarum, aliàque similia. Gav. &  
Arnaud. hic. Ex quibus adde : In  
Festo anniversario Translationis ali-  
cujus Sancti non dici symbolum  
Nicænum in Missa, nisi Officium sit  
duplex : tale autem non nisi Trans-  
lationi Principalis Patroni conces-  
sum esse à. S. R. C.

Dixi 3. In eo tamen solummodo  
loco, & Ecclesia, cujus est Patronus,  
vel Titulus &c. Ratio Limitationis  
est; quia ex Sac. Rit. Congreg. De-  
cretorum Registro, iniriò Breviar.  
Roman. summarie allegato constar,  
nè Episcopis quidem, nedum Pri-  
vatis, licitum esse Officia concessa  
de loco ad locum extendere &c.  
Unde Gav. hic n. 19. &c, rectè in-  
fert, nequaquam posse, multò minùs  
debere, Festum Patroni Titularis ali-  
cujus Particularis Ecclesia extra Pro-  
priam



priam Ecclesiam eodem, quò ibi, Ritu celebrari, ejusque Officium, aut Octavam ad alios de Clero (qui scilicet non sint ejus Membra, seu Beneficiari) extendi. Idem ex eodem Sac. Rit. Congreg. Decreto tum ibidem, tum locò aliò à se cit. inferit, ne quidem sub Ritu Semiduplici posse Festum, soli cuidam particulari Ecclesie proprium, extra hanc etiam de cujusque Ordinarij Licentia eò solum Titulò ab alijs de Clero celebrari, quòd in loco, in quo versantur, adsit Ecclesia *Parochialis*, vel *Regularis* etiam *Abbatialis*, aut aliqua *Reliquia*, in qua illud celebratur, & quia eadem Sac. Rit. Congreg. addit: à secùs facientibus non satisfieri Obligationi de recitando Officio Divino, ideo præter Lethale Peccatum, quod Committitur, simul infligitur, ac incurritur Pœna, non faciendi à Clero fructus suos Beneficiorum, inquit *To. 2. f. 1. c. 5. Tit. 2. Gav.* Plura huc pertinentia videri possunt apud *Pisart* in *Append. Director. Canon.* à num. 7. & 9. At

*Petes 1.* An ad celebrandum Festum, & dicendum Officium de *Principali* Patrono loci, & quidem sub Ritu duplici 1. *Classis*, aut etiam cum Octava, teneantur quoque *Regulares*? An item ad celebrandum Festum *Titularis Ecclesie Cathedralis*? 2. *Regulares* teneri quidem ad celebrandum sub Ritu duplici 1. *Classis*

Festum de *Patrono principali* Locis, *agni*, seu *Provincia*, nec non ad *modò* celebrandum Festum de *Titulari Ecclesia Cathedralis*, totius *Dioceseos Patrono*; ad eorum tamen Octavas celebrandas non teneri, nec ad *alia Festa* cujuscunque loci in quo habitant, etiam *Patronorum* celebranda necessariò, nisi sint in *Calendario Romano* descripta. *Gav. Tom. II. cit. f. 3. c. 12. n. 7. P. Gobat* in *Exper. Theol.* 1. n. 627. & 628. ac alij ab eod. citati, id colligentes partim eadem Bullâ Gregor. XIII. editâ Dec. 1573. partim ex Decreto Sac. Congr. de anno 1628. die 27. Mart. atque idipsum novo ejusdem Sac. Rit. Congregat. Decretò de anno 1683. 20. Mart. firmatum ajunt. Ratio autem ita decernendi, ut *Gavantus*, fuit hæc, ut non *Populus*, qui in hujusmodi *Festis* ad *Regularium Ecclesias* accedat, *Missas*, & *Officia divina* audiendi gratiâ; sic non minùs ibi ad *Pietatem* erga suum *Patronum* accendatur, quam si ad *Ecclesiam* constuar *Cathedralem*: & quia Festum *Patronorum* *principalioris* alicujus *Locis* est regulare præceptivum cum obligatione audiendi *Missam*, vacandique ab *Operibus servilibus* (ut à *Sacr. Rit. Congregatione* 1642. 13. Septembris decretum ferunt) adeoque *Festum Fori*, ut in *Germania* vocamus, non autem *solius Civitatis*, sed



id taliter ( id est tam in foro, quam in Choro ) quoque celebrantur etiam Regulares esse obligatos, nullum hodie est dubium. Ad Octavam verò hujusmodi Festorum quod attinet, satis est ( inquit Gavantus ) si ea fiat à Clero Sæculari illius loci; neque cogendi sunt ut idem ibidem observat ) Regulares, occupati etiam proprijs suæ Religionis Officijs ad omnia Cleri Sæcularis Officia recitanda, eam Rationem, quàm ex Radulpho adducit idem Gavantus scilicet. 3. n. 5.

**Petes 2.** An Regulares teneantur etiam ad recitanda Officia de sacris locorum minus Principalibus? Negativè, nisi ea sint descripta in Calendario Romano, vel Proprium Regularium. ità idem Gavantus c. 12. n. 7. tradit, & definitum est à S. R. Congr. de anno 1682. Jan. *Laudabile tamen est* ( subjunxit idem ibidem ) *si recitent in Gratiâ Populorum; & eò magis, si Populus a quo Festum sine opere servili: Officium erit duplex majus per annum ex l. de Concurr. n. 2. in fine: quod addimus ante Tabellas in postrema Relegatione Breviarj.* Consentit P. Gobat Tr. V. n. 78. 79. 81. 85.

**Petes 3.** Quid faciendum, accidat, ut in Cathedrali fiat de sacro loci absque Octava, uti Mediolani de S. Ambrosio, cujus Festum Ritu Ambrosiano non habet


[[ Pars III ]]

Octavam? An subditi Archi-Episcopo Mediolanensi secundum Ritu Romanum Horas Canonicas recitaturi, tenentur ad Octavam Sancti Ambrosij celebrandam, ratione Rubricarum Breviarj Romani disertè id præscribentium? Negant aliqui apud Gavantum, eà ducti Ratione, quòd satis existiment, ut membra non discordent à Capite. Affirmant econtra alij; eò quòd teneantur ad servandas Breviarj Romani Rubricas. Atque horum Sententiæ in Gratiâ Rubricarum Romanarum idem Gavant. n. 8. accedit.

**Petes 4.** An possit, vel etiam debeat Ritu duplici 1. *Classis*, ac cum *Octava* celebrari *Titulus*, aut *Titularis Patronus* privatæ Capellæ, existentis intra vel extra Ædes, seu Religiosas, seu non Religiosas, consecratæ tamen, ac dedicatæ modò ac Ritu aliarum Ecclesiarum publicarum? R. cum P. Gobat Tr. 3. n. 696. *append. 2. à Lit. bb. usque ad finem appendicis*, affirmativè, per se loquendo. A quonam autem, vel quibus tam in *Festo Titulari*, quàm *infra ejus Octavam* dicendum sit *Officium*, & *Missâ* de talis Sacelli privati *Sancto Titulari*, vide ibid. à Lit. LL. & III. ubi alia plura huc pertinentia discutiuntur, nominatim, an *Officio*, aut saltem *Missâ*, coli possit, vel etiam debeat Patronus *Titularis* alicujus *Capellæ* intra Eccle-

[[ B ]]

cle-









etiam transferri debeat Festum  
Patroni Loci, & Tituli Ecclesie, si in  
aliquo dictorum Festorum, aut die-  
bus occurrant, nisi ipsum ejusmo-  
di Festum sit forsitan ipse Titulus Tem-  
pli; nam si v. g. ipsa CIRCUMCISIO  
DOMINI, aut SS. Trinitas sit Titulus  
Templi, non utique est transferenda,  
sed eodem, quo occurrit, die cele-  
branda, attamen, tanquam Titulus  
Templi, sub Rit. duplici 1. Classis,  
in suis Locis. Extra dies autem  
quod ante enumeratos, si occurrat  
Patronus Principalis Loci, aut Titulus,  
aut Titularis Ecclesie, eodem, quod  
occurrit die, potest is celebrari  
cum vel sine Commemoratione al-  
terius Officij simul occurrentis, vel  
concurrentis modò mox referendò,  
ut in Rubricis pro hujusmodi Ca-  
sibus præscriptò. Itaque, si Festum  
Primarium Patroni principalis, aut  
Titularis Ecclesie occurrat in quacun-  
que alia Dominica, aut in die ali-  
qua alià Octavà, quam prædictà E-  
piphaniæ, ac Nativ. aut in die infra  
Octav. Nativit. Dñi, vel Epiphaniæ,  
vel SS. Corporis Christi, faciendà  
est de his omnibus Commemoratio  
in utrisque ejus Vesperis, Laudibus,  
& Missa, uti & de Feria majore,  
ac Vigilia Epiphaniæ in Laudibus,  
ac Missa: insuper si occurrat in  
Dominica, aut in Feria majore habentis  
proprium Evangelium, aut Vigi-  
lia Epiphaniæ, dici debet de his in  
Officio 9. Lectio, & ultimum E-

vangelium in Missa: at verò quo-  
rumcunque aliorum Commemora-  
tionem tam in Laudibus, quam in  
Missa excludit. In 1. hujusmodi  
Patronorum, ac Titularium Vesperis  
fit Commemoratio de antecede-  
nte Dominica, si tamen illa fue-  
rit Dominica major 1. aut 2. Clas-  
sis; item de alio duplici 1. Classis;  
attamen inferiore, seu minus digno  
item de duplici 2. Classis, nec non  
de die Octava Nativitatis, Epiphaniæ,  
Paschæ, Ascensionis, ac Cor-  
poris Christi, & denique de Feria  
majore Adventus, aut Quadragesi-  
mæ, at verò de nullo alio etiam du-  
plici majore, aut die alià Octavà.  
In II. Vesperis admittit Commemo-  
rationem de Dominica sequente  
quacunque, de die Octava, i-  
tem, nisi aliter sub locò noetur,  
de duplici quocunque se inferiore,  
de Semiduplici quocunque, de Feria  
majore Adventus, vel Quadrage-  
simæ, de die infra Octavam Nativi-  
tatis Domini, Epiphaniæ, & SS.  
Corporis Christi, non autem de a-  
lijs, Festo v. g. Simplicis, aut die  
infra Octavam aliam quancunque,  
à tribus paulò antè dictis diversam  
Rationem dat Gav. Tom. II. S. 3. c. 8.  
n. 4.

An, quando diebus supra ex-  
ceptis, & contra quodcunque Fe-  
stum occurrens privilegiatis, Patro-  
nus Loci, aut Titularis Ecclesie ce-  
lebrari non potest, sed transferri in

¶ Bz ¶

Cho-



Choro ejus Festum debet à die alio-  
qui proprio in diem aliam non im-  
peditam, die tamen illo sibi alio-  
qui proprio Cantari possint ob Ti-  
tulum Ecclesie, vel Populi concursum  
duæ Missæ, una de die privilegiata, al-  
tera de Festo, id enim vero deceditur  
in Rubric. Gen. VI. Missal. quam  
consule.

Dico 3. Licet Festum Patro-  
ni Localis, ac Tituli Ecclesie ( idem est  
de Anniversario Dedicationis Templi )  
si incidat alicubi in ipsam Diem O-  
ctavam Epiphaniæ, per Rubricas Bre-  
viarij ea die celebrari non possint,  
sed transferenda sunt in diem aliam  
non impeditam, ut ibi dictum, pos-  
sunt tamen ambo ( uti & Festum  
Dedicationis ) celebrari infra Octa-  
vam Epiphaniæ, esto hujus Octava  
quæcunque alia Festa duplicia, quæ  
non sunt 1. Classis, infra illam oc-  
currentia per easdem Breviarij Ru-  
bricas excludat. Constat ex Rubr.  
Gen. X. n. 1.

Dico 4. Festum tam Patro-  
ni Loci, quàm Titularis Ecclesie  
habet integras utrasque Vesperas,  
nisi concurrat cum Festis Christi 1.  
Classis, aut B. V. Assumptæ, aut  
Festo omnium Sanctorum, aut De-  
dicationis propriæ Ecclesie; hæc e-  
nim in Concursu Festi tam Patroni,  
quàm Titularis ab ijs diversi, inte-  
gras habent Vesperas, in quibus pro-  
in tam de Patrono, quàm Titulari, tan-  
tùm sit Commemoratio ex Doctri-

na Gavanti Tom. 2. S. 3. c. 8. n. 1.  
& c. 9. n. 3. &c. videturque funda-  
ta in Rubr. Gen. XI. de concurrenti-  
fic. n. 2. De reliquo Festo Patro-  
Principalis, ac Titularis Ecclesie celebrari  
in concursu tum Vesperæ secundæ  
diei Octavæ Epiphaniæ, Paschæ,  
& Ascensionis, & Corporis Christi  
ut dicitur in Noris Tabellæ 2. de  
Concurrentia. Quomodo autem  
procedendum sit in Casu, quod Pa-  
tronus Principalis, aut Titularis Ec-  
clesie concurrat cum duplici 1. Classis  
aut vicissim duplex 1. Classis  
Patrono, aut Titulari Ecclesie, dicitur  
infra Tit. de Occurrentia & Con-  
currentia Festorum 1. Classis, &c.  
deri potest Arnaud. Tr. 2. P. 1. c. 1.  
11. n. 3. & Tit. 12. n. 10. f. 1. n. 1.  
ea, quæ supra P. II. die 28. Junij  
ex eodem in fine atulimus, item die  
24. ejusdem Mensis.

Iisdem duobus Festis ( Patro-  
ni scilicet Principalis, ac Tituli, et  
Titularis Ecclesie ) dicentur Lectio-  
nes in I. Nocturno, quæ habentur in  
Communi, non autem de Scrip-  
tura occurrente, ad majorem celebritatem,  
ut dicitur in Rubr. Gen. III. Brev. n. 9.  
nisi forsitan propriæ auctoritate majorum fuerint allegata;  
id ipsum quoque faciendum est in Festis Patronorum minus princi-  
pali, ac etiam Duplicium majorum princi-  
pali, nisi ob angustiam Temporis ponendum sit initium alicuius  
Prophetiæ, quod in his duobus po-



terioris generis Festis poni debere  
secrarium est in postrema Breviarj  
recognitione Teste Gav. l. 5. c.  
n. 15.

Lectioes II. & III. Noctur-  
ni, si non adsint propriæ in Brevia-  
rio, neque etiam extra Breviarium  
approbatæ à Sancta Sede Apostoli-  
ca, sumendæ sunt de Comuni  
Sanctorum, & infra Octavam de O-  
ctavario Romano, utpote ad usum  
Orbis Ecclesiarum edito, &  
Rit. Congr. approbato: quan-  
quidam nihil legendum est in  
ficio, nisi quod à Sede Apostolica  
approbatum, ut apud Gav. l. 3. c. 12.  
fusè probat Radulphus Propof.  
ex Gelasio Pap. & habetur in  
Bulla Sixti V. Constit. 74. ex qua  
constat, ne sac. quidem Rit. Con-  
gregationi fas esse approbare *Officia*  
*Patronorum*, nisi consultò ipso-  
rum summo Pontifice; approbata  
verò pro certo loco extendi posse  
ad alia Loca, se inconsultâ, nega-  
vit jam sæpius ipsamet Sac. Rit.  
Congregatio, quæ justis de causis  
alicui loco ea concedit, alicui  
verò negat. Quòd si accidat, ut  
Lectioes Festorum *infra Octavam* oc-  
currentium aliqua *Initia* vel Sermo-  
num, vel Homiliarum alioquin in  
II. & III. Nocturno juxta Octavar.  
Noct. Diebus, quibus fit de Octa-  
va, dicendarum, omitti debuerint,  
tamen de eodem Sermone, aut  
Homilia, cujus *littium* legi non po-

tuit, post Festum occurrens, sit rug-  
sus legendum, tunc observandum  
est id, quòd Gavantus in Adnota-  
tionibus Prolegomenis ad Octavas  
Spectantibus monet in eodem O-  
ctavario Romano ad Tit. XXXVI. de *Le-*  
*ctionib. Notandò 2.* & ex eodem nos  
suprà monuimus ad diem 12. Oc-  
tobr. f. 331. occasione diei III. infra  
Octavam S. Franc. Borgiæ.

Quòd si dies Octava *Patroni*  
*Localis*, vel *Titularis Ecclesie* incidat  
in Feriam aliquam majorem ( v. g.  
4. Temporum, aut Feriam II. Ro-  
gationum ) habentem proprium E-  
vangelium, aut in *Vigiliam Ascensio-*  
*nis*, tunc, quia in ejusmodi Ferijs  
non assignantur Lectioes aliquæ  
de *S. Scriptura*, sed tantum de qua-  
piam *Homilia*, repeti debent in I.  
Nocturno diei Octavæ illæ Lectio-  
nes, quæ in I. Nocturno ipsius Fe-  
sti fuerunt Lectæ. Si verò occur-  
rat dies *infra Octavam* in aliqua præ-  
dictarum Feriarum, tunc Lectioes  
I. Nocturni sumuntur de ipso Com-  
muni Sanctorum, prout habetur  
tum in *Rubrica Gen. XXVI. cit. n. 9.*  
*ante fin.* tum etiam in Rubricâ posi-  
ta in Comuni Apostolor. post  
Psalmos I. Nocturni. Notandum  
tamen hîc est, quòd, si Patronus, pro  
quo in tali Casu Lectioes, I. No-  
cturni sumi debent ex Comuni  
Sanctorum, sit quidem *Martyr*, ac  
non Pontifex, tunc in I. Nocturno  
non debeant dici eæ Lectioes  
quæ





quæ in Communi unius Martyris assignantur pro I. Nocturno de Actibus Apostolor: A Mileto &c; quia hæ solummodo leguntur in Festo Martyris Pontificis, non autem Martyris Non-Pontificis, ut ibidem in Rubrica Lectionibus illis inmediate præfixa dicitur: in Festo autem Martyris Non-Pontificis, incidentis in Feriam, in qua nullæ in Proprio de Tempore assignantur Lectiones de Scriptura, de qua alioquin defectu propriarum sumi solent, in ejusmodi Casu sumuntur illæ, quæ (ut ibidem præcipitur) positæ sunt in Communi plurim. MM.

*Dies Octava* Principalis Patroni Locī non est duplex majus, ut aliqui aliquando putabant, eo fine, ut integras in concursu cum Festo duplici minore ei Vesperas assererent: quos solidè refutat Gavantus Tom. 2. f. 3. c. 8. n. 23. & eadem sect. 3. c. 12. n. 25. Quemdam alium asserentem, quod infra Octavam Patroni ac Tituli, nec non Dedicatio- nis propria Ecclesia debeat fieri Commemoratio de tali Octava, quocumque adveniente Festo; quia hoc prorsus gratis dicitur, & est Privilegium solarum 3. Octavarum, nempe Nativitatis, Epiphania, & SS. Corporis Christi.

Quod si dies Octava Patroni Locī, aut Tituli Ecclesie aliquando aut alicubi incidat in Festum duplex, tunc, si istud non sit 1. aut 2. Clas-

sis, translato Festo duplici ( seu minore, seu majore ) Officium, & Missa fieri debent per se loquendo de die Octava Patroni, aut Tituli, non obstante, quod Dies illa Octava tantum duplex minus; ita enim præscribit Rubr. General. X. n. 2. Tabula' occurrentiæ, in qua innotat Gav. Tom. 2. s. 3. c. 8. n. 1. vox: Duplex per annum comprehendit majus, & minus.

Dixi tamen 1. Si non sit duplex 1. aut 2. Classis: nam si in die Octava, seu Patroni Locī, seu Tituli Ecclesie occurrat Festum 1. vel 2. Classis ( quæ Festa majora 1. et 2. Ordinis alio nomine in Rubricis solent ) tunc Officium, & Missa non quidem dicuntur de die Octava Patroni, aut Tituli, sed de Festo ejusmodi occurrente, in quo ad Vesperas obsterit concurrentem cum alio sequente Festo 1. Classis Laudibus ac Missa Commemoratio de Die Octava, ut constat ex Rubr. General. IX. n. 4. Circa finem.

Dixi 2. per se loquendo, non per Speciale privilegium, ob causam Specialem ( ut, si v. g. Festum occurrens in die Octava Patroni sit Festum eo in Loco etiam in jure celebre ) Sac. Rit. Congr. aliquando aut alicubi fieri permitit, ut in tali occurrentia Officium & Missa Clero fiant de Festo, cum Commemoratio de Octava, esto, facta ejus



simodum Privilegiò Festum illud du-  
 ( seu minus, seu majus, atque  
 nam in foro celebre ) juxta Rubri-  
 cas alioquin esset transferendum,  
 uti notat, ac probat Gav. s. 3. supra  
 cap. 8. n. 12. & c. 12. n. 20.  
 Quò posteriore Loco affert Exem-  
 plum ejusmodi Dispensationis in  
 Rubrica, seu Privilegij, dum ait:  
 Cum in Urbe quadam Ditionis E-  
 thensis, Rhegium dicta, dies Octa-  
 va S. Prosperi ( ejus Loci Patroni )  
 occurrat in Festo Visitationis B. V.  
 quod quidem non est duplex 1.  
 2. Classis, sed solummodo ma-  
 jor, at tamen in eo Loco Festum de  
 Præcepto, seu, ut vulgò vocamus, Fe-  
 stum fori, id est, non tantum obli-  
 gans ad Auditionem Sacri, sed e-  
 tiam ad abstinentiam ab opere ser-  
 vili &c. ideo cum Approbatione  
 Sac. Rit. Congreg. fit ibi Officium,  
 & Missa de Festo B. V. De die  
 Octava autem ( quæ juxta Rubri-  
 cas non perinde, ac Festa, trans-  
 ferretur ) S. Prosperi fit solummodo  
 Commemoratio. Quòd si ejusmo-  
 di Privilegium in simili Casu non  
 habeatur, tunc vel procedendum e-  
 rit juxta Rubric: supra citat: vel po-  
 tere Episcopus judiciò Gavanti  
 transferre illud Festum de Præcep-  
 to in Sequentem diem, siquidem  
 id ab eo pendeat. Casum alium  
 à Nobis relatum supra P. I. Do-  
 minicâ I. Octobr. ) vide apud eum-  
 dem Auctorem To. 2. s. 7. c. 12. n. 1.

Diebus infra Octavam Princi-  
 palis Patroni, ac Titularis Ecclesiæ pe-  
 rinde, ac infra alias Octavas, non  
 dicuntur Preces Dominicales ad Pri-  
 mam, & Completorium, etiam il-  
 lis, quibus Officium non fit de O-  
 ctava, sed v. g. de Festo occurrente  
 Semiduplici, aut de Dominica: tam-  
 etsi autem dictæ Preces Dominica-  
 les Dominicâ infra Octavam Patroni  
 occurrente etiam in Officio Domi-  
 nicali ad Primam non dicantur,  
 dicitur tamen ad Primam Symbolum S.  
 Athanasij, si Offic. fiat de Dominica,  
 non autem de Festo duplici, in ejusmodi  
 Dominicâ infra Octavam, exceptis  
 solis Dominicis infra Octavas Nati-  
 vitaris Domini, Epiphaniæ, Ascen-  
 sionis, & SS. Corporis Christi oc-  
 currentibus, in quibus non dicitur  
 illud Symbolum, eò quòd in his  
 4. Dominicis non fiat Officium de  
 Dominica, ut in Psalterio.

Infra Octavam Principalis Pa-  
 troni, ac Titularis Ecclesiæ perin-  
 de, ac infra alias Octavas, non di-  
 cuntur Suffragia Sanctorum, etiam il-  
 lis Diebus, in quibus non fit Offi-  
 cium de Octava, sed v. g. de Festo  
 Semid. aut de Dominica.

Plura de observandis Diebus  
 infra Octavam, nec non Die ipsâ O-  
 ctavâ Ss. Patronorum, ac Titula-  
 rium, dicuntur infra Tit. 4. de Octavis  
 Festorum.

Quomodo autem Separandus  
 sit Patronus aut Titularis à Socio  
 aus



aut Socijs, quem aut quos habet in Calendario, & quo Ritu sit de Socijs Officium faciendum, vide tum in Rubrica, quæ extat in Breviario Rom. post Tabulam *Occurrentia* ante finem; tum etiam apud Gavant. S. 3. c. 10. à n. 11. Ex quibus P. La Croix Tomul. 4. L. 4. n. 1267. resolvit 2. sequentes Casus: Si eadem die agatur de pluribus Ss. Socijs, v. g. de Ss. Cosma & Damiano, & solus S. Cosmas sit Patronus, vel de eo solo habeantur Reliquiæ insignes, Officium sit de ipso eo die sub *Ritu duplici*, S. Damiano autem transferatur in diem proximam non impeditam, quâ de eo solo postmodum sit (*Ritu Semiduplici*) Officium: at verò Oratio est utrique accommodanda in Singulari, Supposito, quòd S. Damianus celebratur post octavam S. Cosmæ; nam si celebratur intra hujus Octavam, sumi debet pro S. Damiano Oratio diversa ex Communi Sanctorum. Similiter, si S. Philippus sit alicubi Patronus, sit de illo 1. Maij sub *Ritu duplici* 1. Classis, & cum Octava: Ejus Socius verò, nempe S. Jacobus minor, transferatur, & sit de eo sub *Ritu duplici* 2. Classis die proximâ non impedita, ut supra Nos quoque ad diem 1. Maij ex Gavant. annotavimus. Pari modo, si occurrant alia duo Festa eodem die sub una ratione Festi in Calendario Romano descripta, quo-

rum alterum si sit Festum Patroni seu Tituli Ecclesiæ, non item alterum (v. g. Festum S. Sebastiani de quo, & Socio, nempe S. Fabiano, simul sit alioquin in Ecclesia universali *Officium* ac *Missa*) tunc ubi solus illorum alter, v. g. S. Sebastianus, est Patronus, sit de illo die de illo solo, ut Festo 1. Classis ibi, ubi est Patronus, seu Titularis non autem de Socio, imò de illo ibi ea die nihil fit: quia tamen quando ejusmodi Festum placet Commune in Calendario Romano est descriptum sub *Ritu duplici*, vel *Semiduplici*, tunc etiam Patronus socius, vel Socij, juxta allegatam Rubricam non penitus sunt commendandi, sed transferendi in diem Officiò 9. Lectionum non impeditam, & de eo, vel de ijs transferendum Officium *Semiduplex*, ut sint de *Festis majoribus*, nempe 1. aut 2. Classis (quia tunc de transferato quoque faciendum est Officium duplex, perinde, ac si id proprio suo die celebraretur) idem dato casu de S. Fabiano die illa, in quam transferatur, faciendum est *Ritu semiduplici* post Octavam S. Sebastiani. Quòd si verò in Calendario Romano omnes sint descripti tanquam *Festum Simplex*, tunc in ea Ecclesia, ubi unus, aut etiam alter eorum est Patronus Titularis, vel Socio, vel Socijs omittis nihil fit in illa Ecclesia: sic, Exempli gratia



Ecclesia Ss. Marcellini & Petri, S. fatimus nihil habeat unquam, ne eadem Commemorationem die 2. Er Ratio est, quia ex una parte in Festo 1. Classis ( quale est Patroni Titularis Ecclesiae ) juxta Rubric: nec in Officio nec in Missa aliquid de Festo simplici in eo occurrente, ex altera autem parte festum simplex nunquam transferatur, sed si eò, quò occurrit Die, si eò aliquid non potest, eò ante locò nil fit de eo, ut habet Rubric: Gen. X. n. 8. Vide etiam Arnaud. Sac. Rit. Tr. 2. P. 1. Tit. 10. n. 11. & 12. Quia tamen duplex per annum, quod non est 1. Classis, non perinde excludit Commemorationem Festi simplicis, ac tamen excludit Festum Patroni Principalis, aut Titularis Ecclesiae, ut patet 1. Classis, ideo, si unus aut alter, illorum, qui in Calendario Romano descripti sunt ut Festum simplex, alicubi celebraretur tantum ut duplex Commune per annum ( ob insignes v. g. reliquias ) vel tantum ut semiduplex, tunc de officio eodem die occurrente ordinando agenda esset meo judicio Commemoratio. & dicenda etiam 9. Lectio, propria haberet, ut supra die 11. August. diximus.

Dico 5: Ea, quae hactenus dicta sunt de Principali Patrono loci, conveniunt quoque Fundatori & Patrono Ordinis intoto Ordine post e-

jus solemnem, Canonizationem & obrentam à Sede Apostolica licentiam dicendi de eo Officium ac Missam Ita Gavant. f. 3. c. 12. n. 24. Neque videtur Regularibus prohibitum plures Patronos sub Rit. 1. vel 2. Classis, ac cum Officia celebrare. Lohner Instr. pract. 11. P. 1. Tit. 6. n. 5. La Croix Tomulò, & Librò 4. Citatò n. 1258.

Dico 6. Dedicacioni propria Ecclesia cedit Festum Patroni, & Titularis, ut ex S. Thoma probat Gavantus Tom. 2. f. 3. c. 8. n. 7. Item Festum S. Joann. Baptistae, & Festum Ss. Petri & Pauli ( consequenter etiam horum omnium Officia ) ut tradit, ac probat P. Gobat in Exper. Tr. 3. n. 696. Append. 3. à Lit. f. 3. Sed in quem Diem tunc transferendum erit Festum Ss. Apostolorum Petri & Pauli? Censet Nonnemo apud cit. Gobat Lit. h. 3. Festum Ss. Apostolorum in eo Casu celebrandum die sequenti, Commemorationem autem S. Pauli alio insequente; eò quòd Ecclesia videatur velle, ut Festivitas utriusque Apostoli, seu potius S. Petri, praeponatur Commemorationi S. Pauli: sed P. Gobat Lit. I. 3. quoad hoc ibidem contradicit, putatque in hoc quoque casu standum Rubricis Breviarij de Festo non transferendo in diem impeditum Festò 9. Lectionum, quale est Commemoratio S. Pauli: id quod & mihi probarur, supposi-



eo, quod ( ut tradit Gobat ) Festum S. Petri & Pauli, in dato Casu, non obstante, quod sint Festum Ecclesiae universalis, & pariter duplex 1. Classis, cedere debeat Festo Dedicatio- nis Ecclesiae particularis.

Dico 7. Si eadem die occurrat Patronus principalis loci, & Titularis Ecclesia Regularium, ipsi quoque Regulares debent facere Officium ac Missam de Patrono loci principali, tanquam de digniore, translato Titulari sua Eccl. uti To. 2. s. 3. cit. c. 10. n. 1 s. Gav. tradit, ac probat, qui dein subjungit : quod si quotannis hic accidat Occursus, assignanda erit dies sequens in perpetuum Titulari illius Ecclesiae, nisi ex privilegio aliter fieri debeat. A fortiori ceder Patrono loci aliudquodcunque Festum Regul. inferioris Classis, v. g. duplex majus, aut etiam duplex 2. Classis, si in Festo Patroni loci occurrat ; cum duplex 2. Classis cedat Dominicae II. Adventus, cui tamen non cedit Patronus Loci, uti constat ex Rubr. X. Gener. n. 1. Conformiter huic Gavanti Doctrinae PP. Societatis JESU Veldkirchij Festum S. Francisci Xav. quotannis occurrens in Festo S. Lucij, principalis Patroni antiquissimae illius Dioeceseos Curien- sis, nimirum 3. die Decembris, nunquam eo celebrant die, uti nec PP. ejusdem Soc. degentes in Dioecesi hac Brixinensi die 5. Febr. Festum suorum 3. BB. Martyrum Japo-


nesium, quotannis incidendum in Festum SS. Ingenuini & Albani Patronorum principalium Dioeceseos Brixinensis, sed die alio, non obstante quod Festum S. Xaverii apud eos duplex 2. Classis; Festum autem BB. Martyrum Japonensium duplex majus.

Dico 8. Patronus quoque universalis praefertur caeteris paribus Patrono particularis Ecclesiae. P. La Caze Tom. 4. cit. n. 1266. Ex quo inferitur 1. cum Arnaudo Tr. 2. P. 1. Tit. n. 3. non modò Festum Patr. Titul. sed etiam Patroni Loci cedere Festo S. Petri ac Pauli, utpote pertinens ad totam Ecclesiam, & quidem non tantum in occurso, sed etiam in occurso : ac proinde, si Patronus Loci, ut Titularis Ecclesia inferior Apostolica puta Martyr, Confessor, aut ejusmodi, concurrat cum Festo Ss. Petri & Pauli, Festum horum Apostolorum praeferi debet, & habere Vesperas integras. Dixi : inferior Apostolica nam ubi S. Paulus est Titularis propriae Ecclesiae, ibi pridie Commemorationis S. Pauli ( nempe in Festo Ss. Petri & Pauli ) in propria Ecclesia S. Pauli Vesperae dicenda sunt prout ibi praescribit propria Rubrica. Rationem dat citat. Arnau- tum quia Rubrica hoc clare praescribit ; tum quia inter Suffragia consueta Commemorationem Apostolorum praecedat Commemorationem Patroni, seu Titularis ; nisi aliunde sit



dignior ipsis, uti est S. Michael Arch.  
 S. Joan. Baptista; tum quia in O-  
 ratione *annua* hoc idem accidit;  
 tum quia Apostoli habentur veluti  
 Patroni universalis Ecclesiae ex Du-  
 cendo l. 6. c. 60. unde non solum  
 in *Officio magno* locum habent in  
*Officijs* Sanctorum communibus,  
 sed etiam in *Officio parvo* B.M. in Com-  
 memoracionib. consuētis. Itā ferē  
 tenendus, qui denique subjungit:  
 quod diximus de *Concurrentia* idem  
 tenendum de *Occurrentia*. Si enim  
 die Festo Apostolorum Petri &  
 Pauli occurrat *Patronus loci*, vel *Ti-  
 tularis Ecclesiae*, ob easdem Rationes  
 hoc de *Apostolis*, translato Festo *Pa-  
 tron.*, aut *Titularis*. vide tamen etiam  
 quod post dicenda.  
 Inferur 2. Si v. g. aliquis  
 Confessor à Particulari Ecclesia so-  
 lenniter celebreretur, praeferendum es-  
 set alteri Confessori, licet notato in  
 Martyrologio. *Neusser. P. Gobat Tr.  
 p. n. 650. lit. h.* Sed quid si Festum  
 Confessoris solenniter celebreretur,  
 non item Festum dignioris, v. g.  
 Apostoli, aut Martyris, uti conti-  
 git in Casu, quo alicubi tam Festum  
 S. Francisci Xaverij, quam Festum  
 S. Andreae Apostoli, incidentia in  
 Adventum alicubi fuerunt translata,  
 sed ambo in ea Dicecesi in solo Cho-  
 ro. Quasirū ergo ex me fuit: an  
 in locō PP. Societ. JESU prius  
 fieri possent de S. Francisco Xa-  
 verio, non obstante quod S. An-

dreas esset Festum Apostoli, esset i-  
 tem aequē 2. Classis, quam Festum  
 S. Xav. in Soc. JESU, & denique illud  
 prius esset antiquius translatum,  
 quam hoc posterius? Respondi:  
 licet extra Ecclesiam illam Societ. praer-  
 ferendus omnino fuerit S. Andreas  
 S. Francisco Xaverio à Patribus tamen  
 Soc. JESU in ejusmodi Casu  
 celebrari S. Xaverium potuisse ante S.  
 Andream; eò quod illud in eorum  
 Ecclesia, etiam cum transfertur, ad-  
 huc celebreretur *solemniter*, & cum O-  
 ctava (esto ipsa *Dies Octava*, non  
 perinde, ac Festum, transferatur)  
 non item istud: quando autem  
 duo Festa aequalis Ritus transfe-  
 rantur, & unum illorum celebra-  
 tur solenniter, alterum verò non  
 solenniter, prius faciendum esse de eo,  
 quod celebratur solenniter, quam de  
 eo, quod non celebratur solenniter,  
 colligi videtur ex Rubr. Gen. X. n.  
 6. & 7. nec non ex Rubr. Gen. XI.  
 n. 2. ubi expressè dicitur: *Festa il-  
 lorum Sanctorum, qui in proprijs locis,  
 vel Ecclesijs solenniter celebrantur, praer-  
 ferri in concursu (par ratio est de  
 occursu) alijs in Calendario Romano de-  
 scriptis.* Vide Gavant. Tom. 2. f.  
 2. c. 2. n. 29. ubi ait: quando in  
 Rub. General. Tit. 1. & 2. n. 1. ser-  
 mo est de Festis, quae in quibusdam  
 Ecclesijs solenniter, vel solemnius con-  
 sueverunt celebrari, vocibus illis  
*solemniter, &c.* respectu Cleri saecularis  
 ex Declaratione S. R. C. significari





Festivitatem aut Populi, aut Cleri cum Pompa exteriori, puta Proceffione, apparatu, concursu, & hujusmodi; at verò respectu Regularium, & Congregationum significari *Singularem quendam cultum non Communem alijs Fefus de Calendario.* Vide etiam P. Gobat Tr. 5. n. 658. in Append. appendicis lit. u. Favere huic Resolutioni videntur etiam Sacrar. Rit. Congregat. Decreta circa translationem Feltorum emanata, atque inferius alleganda, siquidem sint authentica. Favere quoque Rubrica Festo Commemorationis S. Pauli præfixa, jubens integras Vesperas de illa dicere in Festo Ss. Apostolorum Petri & Pauli in ijs locis, in quibus faciendum est Officium de illa, tanquam in propria Ecclesia.

Dico 9. Si Patronus, aut Titularis alicujus Ecclesie (v. g. S. Joannes Baptista) habet Vigiliam, & hæc habeat Officium in Calendario Romano, tunc in Vigilia talis Patroni aut Titularis omittenda erit Commemoratio de ejusmodi Patrono, aut Titulari, quæ alioqui, nisi sit duplex, aut currat Octava, vel Adventus &c, inter consueta Suffragia fieri solet; quia cum Patroni explicita mentio aut Commemoratio jam facta sit in oratione Vigilia non convenit, ut ejus mentio seu Commemoratio fiat iterum inter Commemorationes Communes, seu Suffragia, Ar-

naud. Tr. 2. P. 1. in Append. ad Tit. n. 18.

Dico 10. In quotidianorum Suffragijs, quæ (quandocumque non est Dupl. aut dies infra Octavam aut Dies intra Adventum, aut intra Dominicam Passionis, & Dominicam SS. Trinitatis, occurrens) ex Præscripto Rubricæ XXXV. dicuntur in fine Vesperarum ac Laudum, facienda quædam est ex obligatione Commemorationis (ante vel post Commemorationem de S. MARIA, vel de Apostolice Sedis ut nimirum requirit dignitas) tantum Patrono Loci, vel Ordinis, quam de Titulari Ecclesie, si sint dicitur, uti omnino possunt esse, ac hæc numero sunt 3; nam v. g. SS. Trinitatis potest esse Titulus Ecclesie, non tantum potest esse Patrona. Ita Commemorationem cum Gav. &c.

Nec obstat, juxta superius dicta P. II. die 14. Jan. in medium allegata, quòd allegata Rubrica non dicitur: fieri debere Commemorationem de Patrono, vel Titulari Ecclesie, quasi sufficeret etiam facere de alterutro: nam, ut notat observat P. Lohner Instruct. pract. Part. 2. Tit. 2. §. 11. num. 3; quando ibi dicitur Commemorationem de B. V. & Apostolis adjungendam quæque esse Commemorationem de Patrono vel Titulo Ecclesie, ante respicienda Commemorationem de Apostolis, Rubrica particulâ, illâ vel indicare hujusmodi contendit, interdum tan-



interdum Patronum præferri  
solent, prout nimirum ordo, vel  
sequitur requirit, fieri autem de u-  
oque debere non tantum non ne-  
sed supponit. Cum autem tam  
Patrono (loci, vel Ordinis) quam  
Titulari Ecclesia facienda sit  
Communiibus Suffragijs Com-  
memoratio, ideo ulterior Resolvenda  
hic restat Quæstio: De utro illo-  
rum ea prius sit facienda? R. cum  
Clemente Tom. II. l. 5. c. 18. n. 7.  
Sunt: Regulariter loquendo Patro-  
ni loci in Commemoratione facien-  
dæ præferendum esse Titulari, idque  
Rationes ibidem allatas. Di-  
tamen: regulariter loquendo, si  
semper sint in pari Dignitatis gradu  
constituti, ut si uterque v. g. sit Mar-  
tyr, aut Confessor: nam si magna sit  
inter eos Dignitatis distantia, & Ti-  
tularis sit dignior, prius omnino de-  
bet inter Suffragia Communia fieri  
Commemoratio de Titulari, quam de  
Patrono Loci, vel Ordinis, ut ibidem  
dicitur Gavanti: ex quo insuper no-  
tate hic juvat sequentia: I. Patrono  
non equiparari Patronum principalem  
loci, sed ipsdem gaudere privile-  
gio: ac proinde de hoc quoque fa-  
ciendam esse Commemorationem  
tamque pariter ante Commemora-  
tionem de Titulari, regulariter lo-  
quendo. II. Tamen in ijs Eccle-  
sijs, quarum Titulus est SS. Trini-  
tatis, vel S. Spiritus, vel SS. Cor-  
poris Christi, aut alius hujusmodi,

ratione dignitatis facienda sit et  
juscemodi Tituli Commemoratio  
non tantum ante Commemoratio-  
nem Patroni loci, vel Ordinis, sed et-  
iam ante ipsam B. V. MARIAM,  
nihilominus etiam prædictis Titu-  
lis, puta SS. Trinitatis, S. Spiritus,  
SS. Corporis Christi &c. præponen-  
da est Commemoratio de S. Cruce,  
siquidem Officium fiat *seriale*, quale  
omnino est etiam Officium Vigilia-  
rum, quæ jejuntur (exceptâ Vigiliâ  
Nativitatis Domini) & Dominica-  
rum anticipatarum ad sabbatum  
præcedens, vel hoc impedid, ad  
aliam feriam præcedentem: ita e-  
nim præscribitur cit. Rubrica 35. n. 1.  
Quia illa Feriæ indicium est, ut a-  
libi ex Gavanti retulimus, apud quem  
ulteriores reperire est hujus rei con-  
gruentias cit. l. 5. cap. 18. n. 2. 7. & 8.  
Quod si tamen facienda sit simul  
Commemoratio alicujus Festi oc-  
currentis, quantumvis simplicis, ea  
facienda est non modò ante consu-  
eta Suffragia, sed etiam ante Com-  
memorationem de ipsa Cruce, ut  
monet Rubrica ibidem n. 3. Quia  
nempe Festi Commemoratio est pri-  
vilegiata Titulo Festivo supra Com-  
munes aliorum Commemorationes,  
quæ ideo dictæ sunt Communes,  
quòd cedant priorem locum ijs, quæ  
speciales, seu Festivæ. III. Quod  
si de S. Cruce, tanquam de Titulo  
Ecclesiæ alicubi facienda sit Com-  
memoratio, tunc sufficit illa (saltem



in Officio feriali) quæ pro more fit ante alias Commemorationes, quando fit de Feria. Gavant. n. 7. cit. allegans Decr. Sac. Rit. Congreg. de die 30. Mart. 1621. additque eodem modò sufficere Commemorationem de S. Francisco (tanquam Patrono Ordinis) apud eos Ordinis Minorum, quorum Ecclesiæ Titulus est Sacrorum Strigmatum ejusdem. IV. De Titulo S. Salvatoris in hujus Ecclesia non fit Commemoratio tunc, quando Commemoratio in Officio fit de Cruce; quia hæ duæ Commemorationes inter se æquipollent. V. ubi Annuntiatio, vel visitatio, vel Assumptio &c B. V. est Titulus Templi, sufficit Communis de S. MARIA, nisi ista ratione Officij parvi de B. V. in Choro recitari omittatur; tunc enim de S. MARIA in propria Ecclesia, tanquam de Titulari illius Ecclesia, adhuc est facienda Commemoratio, illius nempe Tituli, juxta Decr. Sac. Rit. Congregat. 10. Jan. 1674. apud Gav. Sicus est si de ipsa B. V. fiat Officium. VI. In Ecclesia, Omnium Sanctorum nomine dedicata (qualis est PP. Soc. JESU Halæ in Tyroli) non est omittenda Commemoratio de B. V. & de Apostolis, quando dicuntur Suffr. Sanct. neque Apostolis prapponenda Commemoratio Tituli omnium Sanctorum, sed horum Commemoratio illorum Commemorationi ab ejusmodi Ec-

clesiæ Adscriptis postponenda, sicut vult Gav: s. cit. n. 9. id prænotatum ex Officio parvo B. V. cum etiam aliunde, ut alibi retulimus VII. Licet de Ss. Angelis (v. g. Michaelè) & S. Joanne Baptista horum Ecclesijs Titularibus fieri debet Commem. ante Ss. Apostolos de alijs tamen Ss. Veteris Testamenti non perinde fieri debere Commemorationem ante Apostolos, sed in Litanijs hos præcedant, dicit Gavant. & Arnaud. quia (inquit) in Litanijs servatur Ordo Temporis, non autem (uri hic) Dignitatis. VIII. Etiam Regulares debent facere Commemorationem de Titulari, cujus Ecclesiæ sunt adscripti, & quamdiu sunt adscripti, etiam extra Chorum. IX. Ratio de Patrono, aut Titulari, facienda de ijs Commemorationibus inter Suffragia consueta, firmi sunt ex eorum Festo (non autem ex vigilia, vel Octava illorum, ut quibus gratis dicebant) mutando verbum Nativitatem, vel Natalitia &c in Commemorationem, cujusmodi mutatio congruenter fieri non potest, immo fit alia Oratio de Communione. In Collecta S. Leonis II. ubi est Patronus Templi, pro Verb. Commemorationis Festo lege: Commemorationem In Collecta Ss. Dionysij & Sociorum MM. ubi sunt Titulares, omittenda hodierna Die. In Collecta S. Agnæ Linaris verò omittit: hunc. In Co-



ita de S. Joanne Bapt. non est in-  
gratum dicere : *praesentem Diem*  
*habilem nobis in B. Joannis Com-*  
*moratione* ; nec in Collecta de S.  
Bartholomæo absurdum dicere :  
*venerandam, sanctamque latissimam*  
*Beati Bartholomæi Commemoratione.*

An is, qui plures habet Bene-  
ficiorum & Ecclesiarum Titulos, re-  
currit totidem in Officio Comme-  
morationes facere, ita, ut si earum  
titulus omittat, non tantum pecca-  
torialis sit reus, sed etiam ejus-  
dem Beneficiarius subeat obligatio-  
nem faciendæ restitutionis fructuum  
interditi, diximus supra die 14. Ja-  
nuarii &c. ubi plura alia hac per-  
tinentia. At ulterius hic

Petes 1. Quo Ritu Titulus  
Capellæ, seu Capella, sit celebrandus?  
Hoc quaesitum Gav. Tom. II. f. 3.  
n. 15. & seqq. in hunc modum  
respondet. Constat ex Rubrica De  
Commemorationib. n. 3. non esse illud ce-  
lebrandum uti duplex 1. Classis :  
quod est igitur, ut celebrerur,  
sicut in Calendario Romano de-  
scribitur : in quo si neque nomina-  
tur, ad illud Altare celebrari pote-  
rit Missæ Festivæ cum Hymno  
angelico ( non autem cum Credo ;  
cum hoc expressè neget Rub. Gener.  
Missal. Titulo Capellæ, vel Al-  
tari ) ut alibi diximus : sed Offi-  
cium nullatenus fiat de tali Sancto Ti-  
tulo, sine Licentia Majorum, ad  
quæ attiner Officia mutare : quod

re-diximus Tom. 2. f. 1. c. 5. Tit. 26  
n. 9. Si Altare est Titulus Bene-  
ficii, Beneficiarius adhuc non debet  
Officium recitare de eo, ut de Fe-  
sto 1. Classis, neque alio Ritu,  
quàm in Calendario sit descriptus :  
eò autem ibidem non descripto,  
non video, quâ ratione propria  
auctoritate possit de eo recitare Of-  
ficium. R. 2. si verò Tit. est Ec-  
clesiæ diruta ad illud Altare trans-  
lata, tunc ille, qui emolumenta  
prædictæ Ecclesiæ percipit, æquum  
est, ut recitet Officium de eo in e-  
jus Festo, ne deperat cultus illius  
Titularis Ecclesiæ, & Ritus erit se-  
miduplex, nisi dignitas ejusdem a-  
liud exposcat, exemplò sumptò à  
Vaticana Collegiata S. Petri, quæ  
celebrat Festum S. Blasij semiduplex  
ob Ecclesiam ejusdem Sancti. cum  
emolumentis unitam Collegio Ca-  
nonicorum S. Petri. Sed in his  
Casibus consalatur S. R. C. Vide,  
quæ diximus s. 2. c. 2. n. 26. Ha-  
tenus ferè Verba Gavanti.

Petes 2. An Beneficiarius  
Ecclesiæ, quæ est Titulus Beneficii,  
licet apud eam non resideat, de-  
beat tamen ejus Festum colere, &  
istud tanquam duplex 1. Classis  
cum Octava celebrare? Respondet  
Gav. sect. 3. cap. 12. cit. n. 18. affirma-  
tivè. Rationem dat; quia illud  
Festum est Festum Tituli Ecclesiæ,  
arque 1. Classis.

Petes 3. An, quando Jus  
Pa



Parochiale unius adhuc stantis Ec-  
clesiæ translatum est ad aliam no-  
vam locò Commodiore sitam, Ti-  
tulus Veteris Ecclesiæ, etiamnum,  
ut dixi, stantis, nihilominus possit,  
aut debeat quotannis Ritu duplici  
1. Classis, & cum Octava celebra-  
ri? Respondeo affirmativè per se  
loquendo, idque ob Rationes, alla-  
tas à P. Gob. Tr. 3. n. 696. *appendic.*  
3. à lit. b. 3: usque ad f. 3. ubi etiam, à  
quo tam in Festo Titulari, quàm in-  
fra ejus Octavam dicendum sit Offi-  
cium & Missa.

*Petes. 4.* Quo Templi Orna-  
tu exteriori celebrandum sit Festum  
Patroni Titularis? 3. Cum Festum  
Patroni propriæ Ecclesiæ sit Festum  
Principale, & Solennissimum, ideo  
juxta Cæremoniale Episc. *Lib. 1. c.*  
12. apud Gerlac. Vinitor. illius Ec-  
clesiam debere elegantissimè Orna-  
ri, ac proin supra ejus Fores propo-  
ni posse Imaginem S. Patroni; &  
si Ecclesia habuerit *Indulgentias plena-  
rias* (quales in Festo *Invocationis*, seu  
Tituli suorum Templorum habent  
omnino Ecclesiæ Soc. JESU vi Bul-  
læ, seu Brevis Pauli V. *Splendor pa-  
terna Gloria &c.* emanati die 16. Dec.  
1611.) in Tabula pulchrè elaborata ad  
valvas Ecclesiæ eas appendendas,  
cum hac Inscriptione: *Indulgenti-  
æ Plenariæ.*

Hactenus Dicta de Ritu ac  
Modo celebrandi Festa Patronorum,  
ac Titularium, placet confirmare

Auctoritate D. Henrici Pissari,  
in *Appendice Directorij Canonici de*  
trono loci, & Titulari Ecclesiæ  
8. & 9 ita loquitur:

**N**otandum, quòd per  
"num Principalem locum  
"tantum designetur  
"Principalis Ecclesia Cathedralis, in  
"Diocesi, sed etiam Patronus  
"quæ sæpe non tam late patet  
"quàm Diocesis; Item Prælati  
"vitalis, & Patronus, seu Titularis  
"chie, & Monasteriorum. Festum  
"Patroni Principalis Ecclesiæ Cathedra-  
"qualis est Leodij S. Lambertus, in-  
"xta supra dicta servandum est in  
"totam Diocesim: ac Festum Pa-  
"troni Patrie, qualis est Leodij  
"Joseph, in tota illa Patria  
"vandum est ab utroque Clero  
"Ritu & Modò supra dictò  
"non in tota Diocesi, si hoc  
"rius pateat, & in plures Patrias  
"sit divisa.

"Festum Patroni, seu Pa-  
"troris Civitatis in ipsa Civitate  
"tùm servari debet, à Clero  
"lari cum Octava, à Regularibus  
"verò, etiam Monialibus, sine Oc-  
"tava, ubique tamen sub Ritibus  
"1. Classis; quæ omnia patent  
"Decretis S. C. 10. Julij 1656. 12. Junij  
"1672. 20. Martij 1683. Et hæc  
"prædicta Festa etiam servanda sunt  
"respectivè de Præcepto in Populo  
"cum obligatione audiendi Missam  
"& abstinendi ab operibus servatis



bus ex Decreto Urbani VIII. 13. Septembris 1642. Patronus Parochiæ, seu Titularis Ecclesiæ Parochialis commendatus est ab omni Clero, qui in Ecclesiæ est adscriptus, idque Ritu 1. Classis, & cum Octava. Regulares autem, sub tali Parochia in civitate habitantes, tale Festum non respicit, utpote, qui proprium in sua Ecclesia Titularem habent, & insuper Festum Protectionis Civitatis celebrant. Verum si in aliqua Parochia Rurali sicut in Religiosorum Monasterium, hi quoque Festum Patroni, seu Titularis Ecclesiæ Ruralis colere debent sub Ritu dupl. 1. Class. sed sine Octava. Ità D. Pisart n. 7. & 8.

at mox n. sequenti subjungens recens S. R. C. Rescriptum, quò Hæc ad Quæsitæ P. Guardiani Parrum Capucinorum Conventus S. Michaëlis Leodij die 28. Aug. 1706. respondens declaravit: nec licere, nec licuisse prædictis Patribus recitare Officium S. Servatii, quamvis sit Patronus Parochia, in qua morantur, sitque Festum Devotionis in Populo, & illud Festum consueverint ab immemorabili recitare. Ità reperitur impressum in Directorio Anni 1707. per R. P. Martinum Leodium Capucinum, in Rubricis versatissimum, pro tota Provincia composito. Hæc rursus cit. Scriptor.

## TITULUS II.

Quid observandum Circa alia Locorum Particularium Festa, tam in propria, quam aliena Ecclesia celebranda?

**A**D Horum Officia quod atinet, observandum imprimis est Decretum S. Rit. Congreg. è Decretum illius Registro extractum, & Calendario Breviarj Romani prædictum, quod ità sonat: *Sacra Rituum Congregatio declaravit, & decrevit, non posse post Bullam Pij V. de Breviario mutari, neque posse Locorum Ordinariis*

*rios, tam Sæculares, quam Regulares addere Kalendaris, etiam proprijs, Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, que Breviarj Romani Rubricis, vel Sacra Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentiâ conceduntur: neque propria Auctoritate, quovis pretextu, mutare ritum, qui habetur in Kalend. Rom. seu Rubr. Brev. in altiore ritum: neque extendere Concessa Officia de loco ad locum.*  
Item

[[ Pars III. ]]

[[ D ]]

Item



Item vetuit & prohibuit celebrari per totam Civitatem, vel Diocesim, etiam de cujuscumque Ordinarij Auctoritate. Festum cum Officio; eò quod in loco adfit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia; sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia Titulari, seu ubi asservatur Corpus, aut insignis Reliquia, & non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse, caput, Brachium, Crus, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modò sit integra, & non parva, & legitime ab Ordinarijs approbata.

De Sanctis Episcopis Locorum, Martyribus, Civibus, & alijs Festis, de quibus in Calendario Romano, seu Rubricis Breviarij nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum Canonizatis, nihil propria Auctoritate constituatur, sed omnino consulatur Sacra Rituum Congregatio.

Decretum quoque nuper editum super Electione Sanctorum iu Patronos, & impressum omnino servetur.

Et hac omnia decrevit, statuit, & mandavit, innovando pœnas constitutionis Pij V. respectivè.

Facta Domum relatione horum Decretorum Sanctissimo D. N. Urbano Papa VIII. ea laudavit, & approbavit, atque ab omnibus ubique sub prædictis pœnis servari precepit, necnon in novis Breviarijs de Mandato Sanctitatis sue imprimendis apponi iussit, &c. Unde

Infertur: non licere recitare Officium de Sancto, nisi id vel

in Brev. Rom. Jussu S. Pij V. editum sit contentum, vel à Papa, aut de hujus licentia à Sac. Rit. Congreg. Specialiter sit concessum. Vide Gobat Tr. 3. à n. 670. & 671. ultra ad 679. necnon Append. 1. à lit. b. & c. pluribus dissentientem, an, & cujus Auctoritate fas sit celebrare, aut Horas Canonicas dicere de quolibet Canonizato, aut Beatificato? ut mul adverte ad paulò post dicendum.

II. Ad Missas ejusmodi, quæ sum quod actinet, observandum pariter ejusdem S. R. C. Decretum, Calendario Missalis Romani præfixum, cujus hoc est Initium: Sacrum Rituum Congregatio, inherendo Decretis alijs factis, prohibet omnino Missas à S. R. C. non approbatas, & signatas Missas nuncupatas S. Gregorij pro viris & Defunctis, Missas 15. Auxiliatorum, Missam de Patre aeterno, & quascunque alias, ut supra, non approbatas; exceptis tamen Missis Rosarij, & de Monte Carmelo, quæ sunt permisse Regularibus quibusdam, & iisdem duntaxat, nec possunt ab alijs celebrari (intellige scilicet speciali Sedis Apostolicæ concessione) etiam in ipsorum Regularium Ecclesijs &c. Vide Gavant. Tom. 1. f. 1. c. 5. Tit. 2. item f. 2. c. 2. præsertim à n. 14. ac denique scilicet c. 3. ubi prædicta Decreta, uti & Bullas S. Pij V. necnon Clementis VIII. & Urbani VIII. Breviario Rom. præfixas pluribus, & quidem expressissimè, declarat: Quas Declarat

P. III. ... nes le ... in pa ... sione v ... Decretor ... Q ... celebra ... enda fit ... Priv ... iam illi ... haber ... ? ... Tit. 1 ... deb ... obse ... Ad ... Re ... Sac. ... aliq ... anno 1 ... casu M ... Missali ... Qu ... centi ... Gregorij ... à S. G ... nos dies d ... gativè, & ... 28. O ... esse h ... Monachis ... tur Gav ... in su. F ... nec S. G ... item ibid ... esse ... demque S ... licet di



ones legenti patebit, quam caute  
ac in parte sit procedendum. Oc-  
casionē verò duorum præcedentium  
Decretorum.

*Quæritur 1.* quænam ergo, u-  
bi celebratur *Festum Ss. Rosarij*, di-  
cenda sit Missa ab illis, qui non gau-  
dent Privilegio dicendi Missam pro-  
pria illi Festo? Item ab illo,  
qui habet onus dicendi *Missam de*  
*Mario*? Ad primum Gav. *Tom 1.*  
*l. 1. Tit. 15. n. 22.* Responder: fie-  
ri debere, ut in Festo ad Nives:  
sic observari in S. Æde Laureta-  
ni. Ad 2. idem Gav. *ibid. Tit 17.*  
*l. 1.* Responder: consulendam à  
Sac. Rit. Congregationem:  
quæ aliquando concesserit (nempe  
anno 1623. & 1628.) in hujusmo-  
di casu Missam votivam de B. V. ut  
Missali.

*Quæritur 2.* An vi secundi De-  
creti censentur prohibita 30. *Missæ*  
*Gregorij*, h. e. *institute*, aut appro-  
bate a S. Gregorio M. ac per 30. *conti-*  
*nuos dies dicende pro Defunctis*? *ꝛ.* Ne-  
gativè, & id ipsum negavit S. R. C.  
*die 28. Octobr. 1628.* præloque da-  
tum esse hoc Decretum, petentibus  
Monachis S. Gregorij de Urbe, te-  
statur Gav. *Tom. 1. P. I. Tit. V. n. 3. lit.*  
*l. 1. in fin.* Ritur eas dicendi ex ipso  
Decret. S. Gregor. *L. 4. Dial. 55.* refert  
idem *ibid.*: ac inde Deducit *primò*:  
non esse necessarium, ut unus i-  
demque Sacerdos per Mensam ce-  
lebraret diebus triginta, sed tantum

necesse esse, ut offeratur S. Hostia  
per Mensam, sive dein ab uno, si-  
ve à pluribus. *Secundò*, sufficere, ut  
offeratur Sacrificium, non autem o-  
pus esse, ut omnes Missæ dicantur  
Ritu proprio de Defunctis, utpote  
qui in Dominicis intercurrentibus  
prohibeatur. *Tertiò*, continuis 30.  
diebus Missas illas fieri quidem de-  
bere, remotà tamen Superstitione  
ratione *numeri* ( utpote vetità à Tri-  
dent *sess. 22. c. 9.* ) cæteroque ibidem  
à Sacris Scripturibus commendati,  
ac Mysticis significationibus erudi-  
tè illustrati: neque discontinuan-  
tur ( inquit idem Gav. ) Missæ il-  
lae ob Triduum Majoris Hebdoma-  
dæ, quò ex usu Ecclesiæ probato  
non debet celebrari. Doctores  
autem ( subjungit *ibid.* ) qui volunt  
eas posse discontinuari, vel uno die  
dici omnes triginta, concludunt  
valere, tanquam *triginta Missas*, sed  
non ut eas, quas instituit S. Grego-  
rius, ut ex ejusdem Verbis patet, eò-  
dem Locò à Gav. adductis. vide  
Gob. *Tr. 3. n. 731.*

*Quæritur 3.* An per idem  
Decretum S. R. C. prohibitum sit  
dicere ullam Missam de 15. aut  
14. ( ut Germani numerant ) Ss.  
Auxiliatoribus, nempe Georgio,  
Vito, Blasio, Dionysio, Pantaleone,  
Erasmo, Cyriaco, Christophoro, Acha-  
rio, Eustachio, Ægidio, Catharina, Mar-  
garetha, Barbara? *ꝛ.* Negativè,  
ac Dico: eam tantum prohiberi,  
quas



quæ sub Titulo *Misse de quindecim Auxiliatoribus Venetijs* impressa jam annò 1617. die 16. Jan. à S. R. C. fuit rejecta, ita, ut neque retineri possit in calce Missalis sub pœnis Librorum prohibitorum ea Missa, uti videre est apud *Gav. P. 4. Tit. 17. n. 14.* De reliquo cum in honorem *Ss. Auxiliatorum DEO. Opt. Maxim. & Templi, & Altaria* erigantur, ac etiam consecrentur, licebit utique & Missas de ijs dicere. Qualis autem sit dicenda, si petatur, ut una de omnibus simul per modum votivæ dicatur, videbimus infra Titulo 7. de Missis votivis, & videri potest *P. Lohner Instr. pract. I. P. 4. Tit. 2. §. 2. n. 3.*

*Queritur 4. Quale Officium bicendum sit de Sancto, cujus haberetur Reliquia insignis approbata?*  
 R. 1. Si ei non aliunde comperat major Ritus, ex Decreto S. R. C. de anno 1628. 8. April. Officium fieri duplex minus. Reliquia autem insignis, ratione cujus recitandum est Symbolum in Missa de tali Sancto (saltem in ea Ecclesia, in qua extant insignes Reliquiæ) iudicio *Quarti P. 1. Tit. II. dub. 3.* est manus, vel *Pes*, vel aliud frustum, sed juxta Decretum Sac. Rit. Congreg. (suprà relatum) debet esse v. g. *caput, Brachium, crus, vel pars, in qua passus, est Martyr, debetque esse integra, & non parva Pars, approbata item ab Ordinar: loc: uti in eodem*

dicitur Decreto; censetur autem adhuc esse *integra Pars* juxta citatum *Quarti P. 1. T. 1. Dub. 4. & P. Lohner Instr. 1. P. 2. Tit. 17. n. 1.* etsi illa (v. g. *Caput*) ex pluribus fragmentis constet, per artificialem unionem tamen ita conjunctis, non modò omnia adsint frusta, sed fragmenta, sed etiam appareat integra, integrum v. g. *Brachium, Caput &c.* Porro si Reliquia sit de Christo Domino, Beatissima Virgine, aut alio eminentissimo Sancto, censebitur juxta *Quintanadventum* apud *Gob. Tr. 3. n. 683.* ea esse insignis, licet sint tantum aliquot *Capilli* Beatissimæ Virginis, aut *funis* Annæ, vel alicujus Apostoli cuius magnitudinis palmaris; tunc enim inquit, *Defectus quantitatis ab eadem qualitatis Suppletur*: id si verum, tunc tamen necessaria erit legitima Superioris Ecclesiastici Approbatio.  
 R. 2. Circa Officium propter insignes Sanctorum Reliquias fitu duplici, & cum Credo in Missa bicendum, emanasse 19. Octobr. 1691. à Sac. Rit. Congr. sub Innoc. XII. hoc Decretum: *Cum Sacrosanctum tuum Congregationi innotuerit, quod plures abusus irrepressi circa recitationem Officij sub pratextu Decreti ab eadem Congregatione evulgati de anno 1690. & in Breviario Romano impressi, in quo permittitur posse in Ecclesia recitari Officia & Missas celebrari de illis Sanctis quorum Corpora, aut Reliquia insignes in*



servantur : Eminentissimi Patres eius Sac. Congregationi Praepositi iisdem libris evellendis praecipue intenti, in hunc Decretis alias in similibus editis, in hunc praedicta Officia Sanctorum relatione Corporis, seu insignis Reliquiae recitanda, intelligi debere de Sanctis duntaxat in Martyrologio Romano descriptis, et de eodem modo consuetudine de identitate Corporis, seu Reliquiae insignis illiusmet Sancti, ut reperitur in Martyrologio Romano descriptis. De ceteris autem Sanctis in Martyrologio non descriptis, aut qui in Sede non fuerit specialiter concessi, non recitari, & Missas celebrari venerunt, non obstante, quod ipsorum Corpora, vel insignes Reliquiae in Ecclesijs servantur : Quibus tamen ab Ordinarijs eorum approbatis debitam Fidelium Venerationem (prout hactenus servatum est) exhibendam esse censuerunt, sed absque Officio & Missa, sub poenis de non satisfaciendo Praecepto recitandi Officium alijsque in Constitutione Beati Pij V. contenta Die 11. Augusti 1691.

Et facta de praedictis Sanctissimo pro me Secretarium relatione, Sanctitas haecmodi Decretum approbavit, ac, ad hunc executioni demandetur, locum Ordinarijs injungendum esse praecipit die 19. Octobr. ejusdem anni 1691.

Ex quo inferitur : Stante hoc Decreto de Sancto, cujus habetur Corpora, vel insignis Reliquiae, non posse fieri Officium, nisi constet de ejus identitate, & insuper ille S. reperiarur in Martyrol. Romano, seclusa speciali

Sedis Apostol. ( ut additur in eodem Decreto ) concessione, deferiptus. Reliquias tamen Sanctorum à locorum Ordinarijs approbatas posse nihilominus exponi ad Fidelium venerationem. Scripsit quidem P. Claud. La Croix Tomulo IV. Theol. moral. 1707 impresso, lib. 4. n. 1260. rescriptum sibi fuisse Romae praedictum Decretum subtractum fuisse à Typog. Apostolica, adeoque censi tacite revocatum : at Tomulo VII. lib. 6. P. 2. ante numerum marginal. 2074. fol. 1350. nec non in conclusione ejus Tomuli post Indicem Rer. testatur se postmodum melius edoctum intellexisse Decretum huc relatum nullatenus esse revocatum, sed vigere. " Quare ( inquit cit. fol. ) standum est illo : ac propterea hoc anno 1712. Coloniae non habuimus de Ss. Constantio & Fausto, nec posthac habebimus, nisi sancta Sedes id specialiter nobis concesserit.

¶. 3. Quando dicitur, quod in sola Ecclesia, in qua est insignis Reliquia, recitari possit Officium, non est sensus, quod intra ipsam Ecclesiam recitari debeat, sed quod illis solis liceat recitare, qui sunt adscripti tali Ecclesiae. Ita Neusser : & Gob. Tr. 3. n. 696. append. 4. Litt. h. Plura huc pertinentia vide apud eundem à n. 687. & 686. Non posse autem dici Symbolum in Missa à recitante Officium de Sancto, de quo habentur insignes Reliquiae in



propria Ecclesia, si eo die celebret in alia Ecclesia, responsum esse ferunt à Sac. Rit. Congregat. 1684. 2. Decembr. Quod Decretum an sit de numero authenticorum, dicere non habeo. Juxta ea, quæ habentur in Supplemento recentiorum quorundam Missalium, Dominicâ III. Octobr. celebrant quædam Ecclesiæ Festum Ss. Reliquiarum, dicendo Missam ibi extantem, de quo P. I. Dominicâ III. Octobr. *Cap. 255. & 256.*

*¶. 4.* Quando Sedes Apostolica concedit, ut Officium dicatur de aliquo Sancto, de quo habetur Reliquia *non insignis*, Officium debet esse Semiduplex, nec dici in Missa *Credo*. Gav. Tom 2. *f. 3. cap. 3. n. 4.* & cum eo Arnaud. ob Rationes ibid. à Gav. allatas. Addunt 1. simili Ritu (nempe *Semiduplici tantum*, & sine *Credo* in Missa) particularium Provinciarum, aut Diœceson Sanctos in ijs Locis esse colendos, in quibus neque nati, neque mortui sunt, neque insignes de ipsis Reliquiæ extant, quando toti Provinciæ seu Diœcesi conceditur facultas dicendi de ipsis Officium. Addunt 2. Semiduplici quoque tantum Ritu celebrandas esse Inventiones, & Translationes *Reliquiarum* die earundem Anniversario, ad differentiam scilicet. Festorum principalium ejusmodi Sanctorum: id quod observat ipsa Ecclesia universalis in Invent. S. Stephani Protom. ait. Gav.

Excipiunt tamen Translationem Patroni Principalis, cui soli Officium duplex, & Missam, cum S. Rit. Congreg. concedere solent, uti habet Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. XI. litt. g. Quid porò dicatur circa celebranda Festa Sanctorum de quibus habetur Reliquia insignis, seu non insignis, videtur apud P. Gob. Tom. 1. Tr. 3. n. 683. 684. (ubi nominatim de Dente S. Gallipolloniæ, & Digito S. Viri Martini non ibidem num. 685. & 686.) pend. 4. torâ: Scripsit verò ea cum ante editum Decretum sub anno XII. suprâ relatum, ac modo observandum.

*¶. 5.* In Missa de Sancto, qui Titulus est Altaris, de quo nomen in die Festo illius non recitatur Officium (ob occurrentiam g. Diem Officiò aliò privilegio impeditam) sed tantum Missa ad jus Altare, convenit, ut, quomodo Oratio illius, de quo fit Officium, mitti non debet, tertio loco dicatur illa Oratio, quæ alioqui 2. Locobanda foret, si Missa cum Officio concordaret. Ità Gav. Tom. 1. P. 1. Tit. 9. n. 16. Tit. 1. ante finem. Reversionem dat: quia hæc Missa est mixta ex *Votivo*, & *Festivo*: Ex votivo quidem; quia discordat ab Officio; ex *Festivo* autem; quia eo die obitus Sanctus, & ideo etiam dicitur in ea *Hymnus Angelicus*, seu *Gloria in excelsis*, ut idem Gav. ibidem, & Tit. 1. n. 16.



4. Lit. b. cum Petro Ruiz do-  
6. De Titulis Altarium,  
extent in Calendario Romano,  
Speciali Sedis Apostolicæ  
recitari, Officium  
ex dictis, & jam annò 1618.  
Aug. à S. Rit. Congreg. defini-  
ferunt.

7. Ad Festa Bearorum  
Canonizatorum quod attinet,  
quæ alibi diximus, & di-  
S. Rit. Congreg. fertur in-  
decrevisse sequentia: 1. In  
Eclesijs, in quibus de Sedis  
Apostolicæ licentia Officium, &  
de Beatis recitari, & re-  
celebrari possunt, licitum  
Reliquias exponere, item  
imagines, vel Simulacra super Al-  
collocare, atque etiam votivas  
ibidem appendere; non  
tamen eorum Nomina esse apponen-  
Kalendarijs, nisi illius tantum  
earumque tantum Personarum,  
quo, & à quibus Festum Beati  
Officio & Missa celebratur:  
non esse illos invocandos  
publicis Precibus, præter indul-  
& approbatas; nec eorum Re-  
in publicis Processionibus  
transferendas. 2. Licet sine In-  
non sint celebrandi Dies Fe-  
Bearorum honorem, eam ta-  
prohibitionem non extendi ad  
Devotionis. 3. Episcopos Regu-  
lares, qui ex Indulto Sedis Apolto-

licæ gaudent Privilegijs suæ Reli-  
gionis, quorum pro sua Conditione  
sunt capaces, non posse tamen de  
Beatis suæ Religionis recitare Offi-  
cium, nec in proprijs Cathedralibus  
deijs Missam celebrare, nec iisdem  
Beatis Altare erigere. 4. In Missis  
de Beatis (ubi eorum celebratio est  
permissa) non esse dicendum, Credo,  
nisi adsit insignis Reliquia &c.

Queritur 5. An Regulares abs-  
que speciali Privilegio, sed sola Com-  
municatione Privilegiorum aliarum Reli-  
gionum, possint recitare Officia, &  
dicere Missas concessas alijs Reli-  
gionibus? Ad hoc quæsitum Sacr.  
Rit. Congreg. annò 1706. 20. Mar-  
tij Respondit Negativè, uti vide-  
re est apud Francisc. Monacelli P.  
2. Formular. Legal. Pract. Tit. 13. fol.  
68. & 69.

Queritur 6. Quo die cele-  
brandum sit Festum illius Sancti, de  
quo neque scitur Dies obitus, neque  
Translationis, neque insignis Manifesta-  
tionis, & tamen alijs de causis cum  
Majorum consensu celebrari debet  
ejus Festum? Proponit hanc quæ-  
sitionem Gavant. Tom. 2. in Proem.  
Sect. 8. & ad eandem ibidem sic Re-  
spondet: Antiquiores celebrabant il-  
lius Festum in die, quò in Marty-  
rologio Festum alterius Sancti ejus-  
dem Nominis occurrebat, quod nota-  
vit Baronius in Martyrologio die  
12 Febr. sub lit. E. ubi trium Mo-  
destarum fit mentio, & hic quidem  
Ri.



Ritus placet, nisi ubi timetur Error in Populis, qui credant eum, quem colunt, esse eundem, qui in Calendario Romano descriptus est: nam hujus Erroris culpabilem Permissionem recte ibidem culpæ mortalis damnat, ejusque fautores accerrimè, ut par est, reprehendit; & demum admonens Episcopos, ad quos attinet approbare Reliquias, ut caveant, nè inducatur hujusmodi abusus, nève inductus toleretur ab iisdem, subjungit: In hoc casu tutius esse celebrare talis *sancti* Festum alio die, v. g. die Translationis (si de hac constet) aut aliâ Proximiore.

*Queritur 6.* Quid observandum, quando ex Sedis Apostolicæ Permissione fas quidem est dicere *Officium*, & *Missam* de uno, vel pluribus *Sanctis* in aliquo loco, aut aliqua Solemnitate, Sancti v. g. recens *Canonizati* vel *Beatificati*; aut in Festo aliquo ejus minùs principali, &c; sed quodnam, vel quale de hujusmodi Sancto, aut Sanctis dicendum sit *Officium*, vel *Missam*, in Indulto illo non exprimitur? *Res.* In hujusmodi Casibus tam quoad dicendum *Officium*, quàm *Missam*, recurrendum esse ad Commune Sanctorum, & (si quidem concessa sit etiam *Oktava*) ad *Oktavarium Romanum*: Hinc autem

*Infertur 1.* Ante omnia discernendum esse in ejusmodi casu,

ex quam *Sanctorum Classe* sit talis *Sanctus*, vel *Sancta*? An scilicet *Classe Apostolorum*? An *Martyrum* (& si quidem sit ex hac, an sit *virginus*, vel habeat *Socium*, aut *Sociam*? An *Confessorum Pontificum*? An *Non-Pontificum*, aut *Abbatum*? An *Virginum*, vel *Non-Virginum*? si enim v. g. sit *Martyr*, nec habeat *Socium*, dicitur *Officium*, ut in *Communi unius Martyris*, si non habeat *Socium*, vel *Socios*, tunc ut in *Communi plurim. M. M.* modo, si sit *Confessor Pontifex*, vel *Non-Pontifex*, dicitur, ut in *Communi Confess. Pontificis*, vel *Non-Pontificis*. Si denique *Virgo*, vel *Non-Virgo*, tunc ut in *Communi Virginum*, vel *Non-Virginum* (*ut Martirum seu non Martir.*) ut attamen sub eo Ritu (*nimirum duplici*, vel *Semiduplici*, aut tantum *simplici*) sub quo concessum est *Officium* dicere de tali Sancto, aut Sancta &c; Observando etiam Ritu Paschalem, vel *Non-Paschalem*, pro Qualitate Temporis.

*Infertur 2.* Tamen quando pro *Officio*, aut *Missam* ejusmodi Sancti, vel Sanctæ, nil habetur proprium, ne quidem *Oratio*, aut una saltem, vel altera *Lectio*, tunc non modò *Invitatorium*, *Hymnus*, *Antiphonæ*, *Psalmi*, ac *Reliquia* hujusmodi, sed *Lectioes* quoque ac *III. Nocturni* dicendæ sunt, ut in *Communi Sanctorum*, vel *Sanctæ*



v. g. Martyr. Confess. Virgin. el Non-Virg. &c, ad Lectiones tamen I. Nocturni quod attinet ( si quomodocumque Officium sit 9. Lectionum ) observanda esse ea, quæ Rubric. Generali XXVI. n. 2. 6. 7. 8. ac præsertim 9. circa Lectiones I. Nocturni pro Officio 9. Lectionum præscribit, item sac. Rit. Congreg. de tenendis Lectionibus I. Nocturni in Officio de Festo duplici majore nisi adsint propriæ ) ex ejus Communi, non verò de Scriptura occurrere, licet occurrat *Initium*, saltem vulgariter. Quod si Sanctus non habens proprias Lectiones sit Martyr, & Lectiones I. Nocturni ( ex præsertim in modò citata Rubrica n. 9. comprehensa ) sumere necesse sit non de Scriptura occurrere: sed de Communi Martyris, tunc, si Martyr ille Sanctus sit Pontifex, seu Episcopus, dici omnino debent in I. Nocturno Lectiones ibi in Communi unius Martyris in I. Nocturno positæ de Actibus Apostolorum: *A Mileto &c.*; si verò non sit Pontifex, tunc dici nequaquam debent illæ ( quia, ut in Rubricâ ipsarum notatur, eæ solùm in Festo Martyris Pontificis dicuntur ) sed dicendæ tunc sunt positæ pro I. Nocturno in Communi plurim. Mart. de Epist. B. Pauli Apost. *Fratres Delectabiles &c.*, ut ibidem præscribitur, admonet Gavant. *Tom. 2. sect. 8. c. 2.* Tamen si præterea, quando in Communi Sanctorum, præsertim in

II. & III. Nocturno, plures sunt positæ Lectiones, nempe tum ad *varietatem* ( præsertim infra Octavas ) tum ad *Proprietatem* ( quia in Missali diversa Festa diversa habent Evangelia ) aut etiam plures *Orationes* assignantur, eligi in hujusmodi Casibus possint vel illæ Orationes, ac Lectiones, quæ positæ sunt in primo, vel illæ, quæ positæ sunt in 2. do Ordine, vel Locò, curandum tamen est, ut in III. Nocturno legantur Lectiones de Homilia illius Evangelij, quod concordat, seu coincidit cum Evangelio Missæ, & in Officio pariter dicatur illa Oratio, quæ dicitur in Missa de tali Sancto. Sed quid agendum, quando in Missa legitur Evangelium, cujus Homilia nulla habetur in Communi Sanctorum, aut etiam in toto Breviario? &c. cum Gav. *Tom. 2. s. 8. c. 2. n. 4.* Si Evangelium illud Missæ non habeat quidem Homiliam in Communi Sanctorum, habeat tamen aliquam in alio loco, aut Parte Breviarij ( ut habet v. g. Evangelium Missæ: *Latabitur Justus &c.* de Communi un. Martyris non Pontificis: *Nihil est opertum &c.* & Evangel: *Amen dico vobis, nisi granum frumenti &c.* in quorum illud habetur Homilia in Breviario ad Festum S. Polycarpi 26. Jan. in istud verò in Festo S. Laurentij 10. August. ) tunc Lectiones pro III. Nocturno sumendas esse ex illo Festo; si verò Evangelium

[[ Pars III. ]]

[[ E ]]

lium







Orationem, &c, si plures sint Virgines, habent propriam Antiph. in *utrisque Vesperis*, & *Laudibus ad Benedictus*, & *Magnificat*: nempe: *Prudentes Virgines &c*, cum Verlu: *Adducentur Virgines &c*, ac Oratione: *Da mihi, quaesumus Domine DEUS noster, sanctarum Virginum, & ( siquidem Martyrum ) Martyrum tuarum N. Sociarum ejus &c*, quæ extant ante Martinum, de Communi Virginum in Breviar. Romano. In *Contra* & *Occursu* duarum *Ss. Virginum*, & duarum *SS. Mulierum*, habentium eadem Orationem, dicitur pro alterarum Oratio: *Indulgentiam nos, quaesumus &c* ad earum varietatem, omittis, si opus, Titulis: *Virgini, & Martyris &c*, ut in Communi Virginum 2. loco. In Festis *S. Sarahæ*, & *S. Jobi* (quæ, Teste *Arnaudo* tr. 2. P. 1. Tit. 19. & *Gav.* alibi cum facultate Majorum celebrantur) legi possunt in Officio *Lectiones* hautæ ex *Genesi*, & *Historia Jobi*, quæ videl. habentur in *Dominica in Quinquagesima*, pro *S. Abraham*, & in *Dominica 1. Septembris* pro *S. Job*. In 2. autem *Nocturno* quæ ibidem habentur in 2. *Nocturno* *Dominicarum dictarum* in eorum *Commendationem*. In 3. *Nocturno*: *Homo quidam Nobilis*: cum *Homil.* quæ habetur in Festo *S. Ludovici Reg.* Vel in *I. Nocturno*. *Lectione* de *Scriptur.* occur. reliqua ut supra. Idem Servari potest in Fe-

stis *Ss. Isaiaæ*, *Jeremiaæ*, *Danielis*; *Davidis*, & *familium*, ubi celebrantur, proprijs è *Breviario* adhibitis eorum *Lectionibus*: Habes *Lectiones* pro *S. Davide* in *Dominica 6. post Pentec.* de *Apologia* illius ex *Libro S. Ambrosij. Arnaud. locò citatò. Gav. To. 2. f. 5. c. 12. n. 22.*

Ad *Missas* hujusmodi *Festorum* quod attinet, quoties propria non assignatur, nec etiam de *Communi Sanctorum* determinata aliqua præscribitur, liberum erit cuique eam recitare, quam maluerit, ex illa tamen *Classe Communis Sanctorum*, in qua continetur *Sanctus*, de quo fit *Officium*, ac *Missæ*, & modò plures, quàm una in eo *Communi* reperiantur *Missæ* de *Sancto*, vel *Sanctis* talis, vel talis *Classis*; & multò magis ( inquit *Gav. Tom. 1. P. 4. Tit. 16. n. 2.* ) liberum erit hanc vel illam *Epistolam*, hoc vel illud *Evangelium* ( dummodo concordet cum eo, quod legitur in *Officio* ) ex ibi assignatis legere; cum id permittat *Rubrica Missal.* præfixa *Communi unius Martyris Non-Pontificis*, ità sonans: *Epistola & Evangelia pro Pontifice & Martyre assignata, legi possunt etiam pro Martyre Non-Pontifice; & qua infra de Martyre Non-Pontifice habentur; etiam pro Martyre Pontifice: & similiter, qua in una Missa de eodem Communi ponuntur, dici possunt in alijs Missis de eodem Communi: item Rubrica extans ante Missam de*

|| E 2 ||

plu-



Pluribus Martyribus Tempore Paschali, ubi hæc leguntur : *Epistola & Evangelium supra dicta Missæ, dicuntur etiam in sequenti Missa, & , quæ in sequenti habentur, dici possunt in superiori.* Præterea tam in Communi *Martyrum* ( tum intra, tum extra Tempus Paschale ) quàm in Communi *Confessorum Pontificum, & Non-Pontificum*, præter *Epistolas & Evangelia* in quavis Missa ibi posita, allignantur insuper quædam aliæ *Epistole & Evangelia*, quæ locò *Epistolarum & Evangeliorum* in dictis Missis positurum legi possunt, prout magis ea huic, vel illi Festo, aut Sancto convenire videbuntur : curandum tamen est, ut pluries ex Gav: jam monui, ut Missa quoad isthæc concordet cum Officio. Quænam denique dicendæ sint Orationes, si occurrat fieri de Festo plurium Pontificum ( seu Martyrum, seu Confessorum ) aut plurium Virginum &c, habetur in Communi *Sanctorum* supra cit. Locis. Idem est de Lectionibus, & Epistola in Missa, ac similibus. Addo his, quæ ex P. Quintanadvenas Tr. 6. sing. 27. tradit Gob. *Tract. 3. n. 688.* Quando in Missali non reperis propriam Missam illius, de quo vis celebrare : si sit Martyr, Confessor &c, accipe de Communi Martyrum, Confessorum, &c; idemque observa in Breviario : unde si de *Nomine JESU* non reperis Missam, accipe Missam de Circum-

cisione, si de *Corona Christi*, accipe de *Passione*, si de *S. Gabriele*, accipe de *Annuntiatione*, sicut etiam accipies de *Annuntiatione*, si forte accendendum de *Nomine MARIE* : debentibus enim *Missis proprijs*, factis dæ sunt ex Missali illæ, quæ sunt similiores mysterio, aut Sancto de quo dicendi Missam aliunde supponitur ) habes facultatem. *Cap. To. 1. P. 3. Tit. 10. n. 16. ante festum.*

Nota hîc : De Sancto inter Canonizato non posse beneficium extra propriam Ecclesiam, ne novo Decreto id permittente, prout inferius dicenda.

*Insertur 3.* Si de Sancto alicujus *particularis* fiat *Ritus* in aliquo loco, tunc, sicut *Duplicia & Semiduplicia* Locorum particularium quoad *Officium & Missam* respectivè regulantur ut *alia Duplicia* ejusdem *Classis* ) ac *Semiduplicia* Ecclesiæ universalis, secundum Rubricas tum *Generales*, seu omnibus festis 9. *Lectionum Communes*, tum etiam *Festis Duplicibus*, ac *Semiduplicibus proprijs*, ita etiam in celebrandis *Festis Simplicibus* locorum particularium eò procedendum est modo, quem Rubricæ de celebrandis *Festis Simplicibus* in *Breviario, & Missali Romano* pro Ecclesia universalis præscribunt. Hinc autem inferuntur

*Insertur 4.* Si *Festum* quoddam *simplex* incidat in *Feriam* ( quales sunt omnes *Ferije* Adventus )

P. III. T. II. Quid observ. circa alior. locor. partic. Fests. tam in propr. dicitur  
ita : item  
perum :  
quadrag  
Feria II.  
am, aut  
tam de Do  
cendum  
omnium  
simplici i  
ntis fieri  
em, sine  
modo non  
tantum  
si in  
non dicit  
disponfor  
nticæ, i  
olaceus  
propriam  
na Oct  
a Corpo  
similiter  
Commem  
illo, nisi  
ria Chris  
alio Sanc  
propriam  
modo po  
Octava f  
propici fir  
dicitur de  
tum, &c  
terar )  
is Don  
Lectio  
Officium



item omnes Feriæ 4. Tem-  
porum : præterea omnes Feriæ  
drageliniæ, ac denique etiam  
Feriæ II. Rogationum ) aut in *Vigi-*  
*liis*, aut *Feriam*, quâ juxta Rubri-  
cam de *Dominicis* n. 4. 5. & 6. fa-  
ciendum est infra Hebdomadam de  
*Dominicis*, aut denique in *Sabbatum*  
annuum, tunc de Festo ejusmodi  
applici in *Officio*, & *Missâ* diei cur-  
rentis fieri tantum Commemoratio-  
nem, sine *Lectio*ne de eo : pari-  
tè non dici de eo *Lectio*nem,  
tandem fieri Commemoratio-  
nem, si incidat in *Dominicam*, in qua  
dicitur *Te DEUM*, sed nonum  
Responsorium ( quales sunt illæ *Do-*  
*minicæ*, in quibus adhibetur color  
rubiceus ) etiam si forsan aliqui  
propriam habeat ; ut nec, si veniat  
infra *Octavas Paschæ*, *Pentecostes*,  
et *Corporis Christi*, quibus diebus  
similiter de *Festo simplici* fit tantum  
Commemoratio, sine *Lectio*ne de  
illo, nisi infra *Octavam SS. Corporis*  
*Christi* fiat *Officium duplex* de  
alio Sancto ; tunc enim, si *Simplex*  
propriam habeat *Lectio*nem, non  
modo post Commemorationem de  
*Octava* fit *Commemoratio* de *Festo*  
*simplici* simul occurrente, sed etiam  
dicitur de eo 9. *Lectio* ( ut alibi di-  
ctum, & infra rursus suo loco di-  
cetur ) perinde ; ac dici solet in a-  
liis *Dominicis*, *Octavis*, ac *Festis*  
*Lectio*num per annum, nisi fiat  
*Officium duplex* 1. *Classis* ; nam in

*duplicib.* 1. *Classis*, nihil profus fit de *Festo*  
*Simplici* tam in *Officio*, quam in *Missâ*,  
ne quidem *Commemoratio* ( exce-  
ptâ *S. Anastasiâ Mart.* de qua non  
quidem in *Officio*, attamen in 2. *Missâ*  
*Nativitatis Domini* fit *Commemo-*  
*ratio* ) ut patet in *Casu*, quo *Sim-*  
*plex* incidit in illud *Tempus*, quod  
est à *Feria V.* in *Cœna Domini* in-  
clusivè, usque ad *Feriam III.* *Pas-*  
*chæ* inclusivè : item si incidat in  
primum *Triduum Pentecostes*.

Quod si occurrat *Festum simplex*  
in *Dominica Palmarum*, aut in *Vigi-*  
*lia Pentecostes*, fit quidem de eo *Com-*  
*memoratio* ( at sine *Lectio*ne in  
priore casu, cum *Lectio*ne verò nona  
de eo in posteriore, si propriam ha-  
beat ) in *Laudibus*, ac pridianis *Ve-*  
*spers*, non tamen in *Missâ* illius *Do-*  
*minica*, aut *Vigiliæ* ; si verò incidat in  
*Feriam V. Cœna Domini*, tunc ne in-  
pridianis quidem *Vesperis* fit de illo  
*Commemoratio* : si denique veniat  
*Festum Simplex* in *duplici* 2. *Classis*,  
non fit quidem de eo *Commemo-*  
*ratio* in hujus *primis Vesperis*, bene  
verò in *Laudibus* ( cum 9. de eodem  
*Lectio*ne, si propriam habeat ) ut  
& in *Missis privatis* ejusmodi *Festi* *du-*  
*plicis* : Admittit quoque *Festum du-*  
*plex* 2. *Classis* ( secus est de *Duplicibus*  
1. *Classis* ) in 2. *suis Vesperis* *Com-*  
*memorationem* de *Festo simplici* sub-  
sequente. *Dominicam* quoque in *Al-*  
*bis* admittere non tantum *Comme-*  
*morationem* in 1. *Vesperis*, *Laudi-*  
*bus*.



bus & Missa de Festo Simplicis occurren-  
 te, sed etiam 9. Lectionem ( si  
 propriam habeat ) in Officio, constat  
 ex ibi dictis P. I. f. 130. id quod pra-  
 cticatum hic 1697. Dixi autem : si  
 propriam habeat. Nam quando Fe-  
 stum Simplex propriam Lectionem non  
 habet, nunquam dicitur de eo ulti-  
 ma Lectio in Officijs 9. Lectionum,  
 sed ad summum fit de eo Com-  
 memoratio modò haecenus declara-  
 tó. Quando Festum Simplex incidit  
 in Feriam majorem, aut in Vigiliam  
 ( v. g. Ascensionis ) tunc, quia fie-  
 ri de eo Officium non potest in il-  
 la Feria majore, aut Vigilia, ideo die  
 praecedente nec Vesperæ de eo dici  
 possunt à Capitulo, quantumvis dies  
 illa praecedens non fuerit impedi-  
 ta Officiò 9. Lectionum.

*Insertur 5.* Si Festum Loci a-  
 licujus particularis aut incidat, aut  
 transferatur in Tempus Paschale, fa-  
 ciendum de illo Officium, & Missam  
 Ritu Paschali, adeoque, si sit Festum  
 Martyris, vel Apostoli ( unius, vel plu-  
 rium ) dicentur Officium & Missa, ut  
 in Communi Apostolorum, aut Marty-  
 rum pro Tempore Paschali in Brevia-  
 rio, ac Missali Romano notantur,  
 observando simul tum paulò antè  
 annotata, tum etiam istud nomina-  
 tim, quòd in fine Hymni : Christo  
 profusum sanguinem &c ( qui etiam  
 Tempore Paschali dicitur post Psal-  
 mum Venite in Marutino, imò etiam,  
 omisso illò aliò Hymno : Sanctorum

merius &c, in utrisque Vesperis plu-  
 rium Martyrum ) non dicatur de-  
 fusa Paschalis : DEO Patri fit &c.  
 ria, & Filio, qui à mortuis &c, &c.  
 illi Hymno propria : Te nunc beatorum  
 ptor, quæsumus &c, ob causam ab-  
 gnatam à Gav. Tom. 2. sect. 5. c. 1.  
 n. 13. & sect. 8. c. 2. n. 8. Quia  
 14. rectè advertit, quòd, quando  
 Rubrica alicubi dicit : ea, quæ ob-  
 sunt in Communi Paschali, sumi  
 bere ex Communi extra Tempus Pa-  
 schale, intelligendum id fit quod  
 Lectiones tantum I. Nocturni, &  
 quidem, ut suprà; nam in II. No-  
 cturno, inquit, non bene conveniunt  
 aliæ Lectiones, quæ leguntur extra  
 Tempus Paschale, nisi infra Octa-  
 vam ad Varietatem, ut dicitur in  
 Octavario Romano infra Octavam  
 Temporis Paschalis post quartum  
 diem. Si autem Festum particu-  
 lare vel incidens, vel transferatur  
 in Tempus Paschale, non sit Festum  
 Apostoli, aut Martyris, sed Festum vel  
 Confessoris, vel Virginis, vel No-  
 virginis ( unius, aut plurium ) tunc  
 in Officio ad Invitatorium, Antiphonas,  
 Versus, & ad Responsoria  
 Lectionum additur in fine unum de  
 Ieluja, nisi jam adit : duo vero ad  
 Responsoria Brevia Horarum, sed  
 in horum Versiculis pariter notanda  
 unum; nullum omnino verò in Ver-  
 sibus Precum, quæ ( nisi sit duplex,  
 aut infra Octavam ) dicuntur ad Pro-  
 nam, & ad Completorium : Tres ve-  
 ro



Plalmi in quolibet Nocturno dicuntur sub Prima tantum Antiphona cujuslibet Nocturni, etiam post festum Ascensionis Domini, servatum duplici vel Semiduplici, in ejusmodi Festo, cum Commemoratione Paschali de Cruce ( si sit Festum Semiduplex, & non veniat infra aliam Octavam ) aliisque Tempore Paschali observari solitis : In Missa vero ad hujus Introitum additur esse Psalmum duplex Alleluja, ut in fine Communionis, ubi non habetur : post Lectionem vero, aut Eucharistiam, omisso Graduali dicuntur versus cum 4. Alleluja, ut suis locis ponitur. Rubric. Breviarj & Missas, extans tum ante Dominicam in die, tum ante Commune plur. MM. Ante Festum Annuntiation. B. MARIE VIRGINIS.

Infertur 6. Si ejusmodi Festum particulare transferatur à Tempore Paschali ad Non-Paschale, recitandum esse de eo Officium & Missam, prout Tempore Non-Paschali solent.

III. Quando Sedes Apostolica permittit fieri Officium aliquod per Ditiones subjectas Cesari, harum nomine etiam intelliguntur Urbes Imperiales : quia de ijs dicit Cæsar : *Urbes, & Imperij Urbes* : item omnes Provinciae Ditiones, & Loca, quæ proprie sunt Feuda Imperij : est enim Cæsar illorum omnium Dominus

directus. Gob. Tract. 5. à n. 650. Append. 5. litt. m. & seqq.

IV. Omnes Diœcesanos licet celebrare omnia Festa, quæ celebrat eorum Ecclesia Cathedralis ( illis tamen exceptis, quæ Ratione insignis Reliquiæ, aliòve peculiari Titulo ipsi tantum Tempore Cathedrali sunt propria, vel peculiariter concessa, de quibus in Decreto Breviarj præfixo, superius allegato, & ab omnibus observando ) docet cit. Gobat Tr. 5. n. 650. Append. 5. cit. lit. M.

Porro hæc, & alia Festa Diœcesana posse etiam Regulares exemptos, utentes Breviario Romano, de consensu suorum Superiorum celebrare ( translato, si forsitan eò die occurrat, Festo alio Ecclesiæ universalis ) esto non obligentur ad ea celebranda, nisi, ut supra dictum, sint Festa Patronorum Principalium, & universalia, aut Festum Dedicacionis Ecclesiæ Cathedralis, ut infra dicetur, tradunt Castropal. Tr. 7. d. 2. n. 6. Tambur. in Dec. L. 2. c. 5. Joan. Stoz. L. I. P. 3. n. 386. Gob. Tr. 5. à n. 627. Laudabile insuper esse, ut Regulares Exempti celebrent Festa quoque Patronorum Diœcesanorum minus principalium, maxime si populus à Servilibus abstinere, supra ex P. Gob. Tr. 5. n. 78. 79. & 81. nec non Gav. & Lohnero tradidimus. Pro quorum majori elucidatione observa, Concil.

Tii.



Tridentin. sess. 25. c. 12. de Regularibus ita statuisse: *Dies etiam Festi, quos in Diocesi sua servandos Episcopus praeceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus servantur &c.* Quousque autem se extendat hoc Statutum quoad *Officia divina* à Regularibus quà publicè, quà privatim persolvenda, declarat Congregatio Cardinalium S. Concilij Tridentini apud Gob. Tr. 3. à n. 695. An verò, si Laici alicubi voverunt aliquod Festum, ad illud observandum tenentur etiam Regulares, praesertim exempti, decidit idem P. Gob. Tract. 5. n. 77. Plura alia huc pertinentia vide apud eundem Tr. 5. cit. à n. 85. item n. 121. ubi discuit: An induci possit obligatio celebrandi Festum dimidiatum, durans tantum Sex, Octo, aut Decem Horis &c. In Provincia Germaniae Superioris Praxis obrinuit, ut Nostri de Societate quaecunque *Festa duplicata Diocesana* sub eodem Ritu celebrent: imò à pluribus jam annis in celebrandis quoque *Festis Semiduplicibus Diocesanis* eadem Provincia cum Diocesi, in qua Nostri versantur, se se conformat: at *Festa simplicia merè Diocesana* hactenus non celebrat *Officio*, aut *Missâ &c.*

V. Sæcularis Sacerdos habens Beneficium, vel Capellaniam (intellige propriè dictam, & non tantum habentem præcisè rationem alicujus stipendij) sitam in Ecclesiæ

Regularium, seu virorum, Beneficium, tenetur orare de Sanctis, & solennitatibus illius Beneficij, sed juxta Formulam suæ Diocesis. *Quintanadvenas* apud Gob. Tr. 3. n. 728. & *Alij* apud La Croix Tr. 4. n. 1254.

VI. Quilibet Peregrinus, vel Viator commorans, vel exiens *in Loco*, ubi celebratur Speciale Festum, licitè illud celebrabit & Officiò divinò, si voluerit, modo (do ego) id non ad solos de Communitate, ut non raro commigit, sit restrictum. Ita Laym. Tr. 1. c. 5. n. 3. Tamburin: Decal. c. 5. s. 8. à n. 36. Gob. Tr. n. 605. Quòd tali Titulus communitatis, & pietatis videatur protrahari.

VII. E contra quicumque Sacerdos Regularis, vel Sæcularis, exiens etiam pluribus annis extra suum Monasterium, vel Diocesis, sed solùm tanquam Peregrinus, Advena, potest recitare Officiò Sanctis, de quibus diceret, si exierit ipsa in Monasterio, vel Diocesi ad quod, vel quam ipse spectat, adeoque etiam de Dedicatione, Patronis, vel Reliquijs suæ Ecclesiæ privatim. *Suarez de orat. l. 4. c. 2. Quintanadven.* apud & cum P. Gob. Tract. 5. n. 635. Non tamen dicendum esse *Credo*, propter insigniam præcisè Reliquias suæ Ecclesiæ ab illo, qui extra illam celebrat, & Missâ,



Missa, audio fuisse decisum, quod in medio relinquo, usque dum legitime de hoc constet. Interim ad dictis hōc, & præcedenti Numerō

*Inferitur 1.* Scholarem, in Sacra constitutum, peregrè vacantem studijs posse in Loco studij, si extra Locum Originis, Domicilij, Beneficij habitet, vel illius Loci, in quo actu degit, vel Loci Originis, vel proprij Domicilij, vel sui Beneficij Officium ac Ritum quoad celebranda Festa, per se loquendo,

legere. *Ladisl. Sennyei Exam. Ord. P. 2. 1. n. 129.* Si tamen habeat obligationem ad Chorum, recitabit Officium, quod in Choro sui Beneficij psallitur, ut declaravit S. R. L. apud Gav. cit. à Gob. T. 5. n. 129.

Quò loco, uti & in Append. subsequente, à num. 648. &c. plura referuntur Casus, in quibus Clerici tam Beneficiatis, quàm Non-Beneficiatis, nec certæ alicui Ecclesiæ adscriptis, extra proprium locum, aut Dioccesin, seu longo, seu etiam breviter duntaxat Tempore Versantibus, licet, aut non licet dicere Officium illius loci, in quo seu longo, seu brevi tantum tempore existunt.

*Inferitur 2.* Tametsi Beneficiarius per se loquendo teneatur ad Ritum Beneficij Loci, in quo residet (tum, ut huic se conformet, tum, ut ei Ecclesiæ serviat, de cuius Altari vivit) si tamen alibi habeat Domicilium, tunc habere optio-

nem eligendi alterutrum. Quòd si in duobus Locis habeat duplex Beneficium, tunc vel residet in alterutro, & debet illius Ritum sequi vel in neutro residet? & tunc debet recitare Officium illius Ecclesiæ, in qua majorem habet Gradum: quòd si hic utrobique sit æqualis, recitabit Officium Ecclesiæ dignioris; si tamen & hæ sint æquales, eliger, quod voluerit. *Sennyei P. 2. cit. n. 126.*

At contingit alicubi, ut nonnulli Sacerdotes obtineant duo tenua Beneficia Simplicia, unum in Oppido A. alterum in Loco alio vicino Diocesis B. fit autem non rarò, ut in uno illorū Locorū debeant publicè canere Vesperas diversas ab eo loco, in quo futuri sunt postridie toro manè, & etiam horis pomeridianis.

Quæritur ergò ulterius, quomodo hi tales ordinare debeant suum Officium? Ad hanc quæstionem P. Gobat. *Tr. 5. n. 647.* sic respondet:

Debent utique ejusmodi Sacerdotes in Choro psallere in *Vesperis* juxta morem Loci, in quo psallunt: quod etiam de *Completorio* pronuntiaret Cardin de Lugo: *Matutinum* poterunt, attamen non tenebuntur, orare juxta Ritum alterius Beneficij, cui sunt postridie deservituri per pleramque partem diei. Adde, quòd, quando Beneficia ita sunt vicina, possit quis dici habere Residentiam in utroque; Ratio enim Residentiæ desumitur magis à funda-



datione annexa Beneficio, quam à Loco, ergo etiam hōc Tirulō habent illi Domini majorem libertatem. Danda tamen opera, ut, quoad fieri potest, accommodent se Ritui Beneficij pinguioris, & cui sapius deserviunt. Itā S. Th. & Azor l. 9. c. 11. quest. 2. Repetitionem autem unius, aut plurium Horarum non exigit Ecclesia, ut ibidem observat citatus Auctor.

Idem Gob. eodem Tractatu §. n. 644. refert, ac resolvit ex Lugone, & Tamburino Sequentes varios Casus, in quibus est vel *licitum* vel etiam *præceptum*, jungere partes *diversorum Officiorum*. Nam I. si hodie Vesperī dixisti *Matutinum*, & *Laudes* de Feria secundum Rubricas Communes, cras verò manē accipias Beneficium, quod habet *Officium duplex* de Festo Speciali, v. g. Patrono, teneberis reliquas *Horas* omnes dicere de illo duplici. Lugo *Respons. mor. l. 5. dub. 8. n. 20.* II. Idem de Lugo ibidem testatur, id ipsum se non semel debuisse facere; quando scilicet Vesperī in uno Collegio, è quo ipsi abeundum erat, dixit *Matutinum*, & *Laudes feriales*, at sequenti die venit ad aliud Collegium, habitaturus in eo, & in quo celebrabatur *Dedicatio Ecclesie*; tunc enim illas *Horas*, quas nondum dixerat, recitavit de *Dedicatione*. III. si, postquam hodie solvisti *Matutinum* juxta Ritum Roma-

num, hias cras manē Monachus Carthusianus, aut Græcæ Ecclesie Membrum, recitabis cras aliqua ex Formula Carthusiana, aut Græca. *idem ibidem*. IV. perveneris aut viator ad locum, celebrandum Festum sub *Ritu duplici*; cum in proprio tuo Domicilio sit *seriale*, poteris non tenearis, te illi reddere conformem in Officio divino in eodē loco recitando, & cum Officium quoque hodiernum Vesperitium suō modō pars Crastini Officij, poteris quoque hodie 1. *Vesperas* tantum *Completorio*, tanquam aliquid pertinens ad crastinum Officium de eodem crastino Festo hodie citra *inconvenientiam* anticipare. Quod si *Matutinum*, & *Laudes* jam paraveris hodie consentaneè tuo *Loco*, prosequeris cras, ut *Cœpisti*, si lubuerit; si non lubuerit, poteris facere *Variationem assentientie* eodem P. Tamburino; nam prosequeris *Horas de Feria* conformas te Officium legitime incepto; assumendo *Horas de Sancto* reddis te conformem loco, in quo deges; eligere proin licebit, quò magis *inclinetur devotio*; censeo tamen melius fieri



sciturum, si eligas primum. sic ci-  
uit AA.

Horum casuum Resolutioni  
idem Gobat ibidem à n. 645, &  
subjungit quoque resolutionem  
sequentium duorum. I. Quidam  
Pater Societat. JESU, tendens ex o-  
bedientia in aliud Provinciae Su-  
bterioris Germaniae Collegium, 15.  
Novembris navigabat per Lacum  
Heronianum Constantiam versus,  
ubi erat transiturus; quia verò i-  
ncipit, in Collegio Constantien-  
si in quo per biduum, aut triduum  
substituturus, postmodum Ritum du-  
biti celebrandum Festum annuum  
Ochmari Abbatis, in tota Duce-  
sati solitum, diei illius secun-  
das Vesperas unà cum Completorio di-  
citur de *Feria Currente*, & *Matutinum*  
pro sequente die 16. Novembr: si-  
cuti *feriale*: ubi autem pervenit  
ad collegium, intellectu, esse die  
sequenti faciendum Sacrum de Com-  
muni Abbatum, si vellet esse nobis  
conformis, quaesijt, an ergo neces-  
sit, aut licitum esset, *Laudes*, & cæ-  
teras *Horas* recitare eò modò, quò  
dicitur, & an opus foret aliquid repe-  
tere? Respondi (inquit P. Gob.)  
posse quidem, at non teneri nos i-  
mitari in Cæteris Horis, & quam-  
vis nos sequeretur, nihil prorsus  
tamen esse necessariò repetendum;  
quamvis utique deceret, ut saltem  
reciteret Commemorationem de S.  
Ochmario, si noller nos sequi. II.

][ F 2 ]]

Quidam ejusdem Societat JESU Pa-  
ter versabatur in aliqua Missione,  
& quidem die, quo colebatur *Ti-  
tularis*, seu *Patronus Loci*, cum inte-  
rim in Collegio, ad quod specta-  
bat, obiretur peculiare Festum.  
Quaeritum ergo fuit ex Patre Gobat:  
An & iste fuerit obligatus recitare  
de illo *Sancto Titulari*, & an, post-  
quam redijt domum, potuerit com-  
pensare celebrationem Festi Dome-  
stici praetermissi? Ad cujus quaesi-  
ti *partem primam* Is sic respondit: De-  
cuisse magnopere, ut se conforma-  
ret Loco, non autem fuisse nocesse;  
eò quòd nec fuerit Incola illius lo-  
ci, nec ille *Sanctus* sit *Patronus Diæce-  
sanus*. Ad 2. *Partem* respondit:  
Potuisse uti Jure Tituli de Trans-  
lationibus; fuit enim (inquit) satis  
proprie impeditus aliò Officiò di-  
gniore; quamvis etiam potuerit o-  
mittere illam Compensationem;  
poterat quippe se accomodare Ri-  
tui suorum Collegialium, ad quos  
redierat, sicuti & licebat ipsi, si do-  
mum jam redierat, nondum recita-  
tis Vesperis, has dicere *Secundum*  
*Ritum Terminii à quo, vel ad quem*,  
addendo tamen saltem *Commemo-  
rationem de sequenti*: cui Resolu-  
tioni apud eundem adstipulatur  
Bruno Neusser. Addit deinde ex  
Tamburino supra citat. n. 26. ge-  
neratim loquendo posse quem mu-  
ratò domiciliò compensare Festa à  
se juxta Rubr: praetermissa, esto non

am-



amplius celebrentur in Term. ad quem, dummodo non fiat Subditus huj. Loc.

Horum Casuum particulare Resolutioni lubet illorum quoque Resolutionem hic apponere, quos in *Append. Theolog. Sacramental. l. 2. sect. 4. n. 125. & seqq.* refert Patritius Sporer, & ex Theologis ibi à se citatis sic resolvit. I. Ego in urbe A. non recitavi Officium de aliquo Sancto, v. g. de S. Dominico, vel de B. V. ad Nives, eò quòd impeditum id ibi legitime fuerit per *Festum Patroni*, aut *Dedicationem Templi*, in eo loco occurrens: postea venio in urbem B. ubi illud Festum die proprio jam fuit celebratum: ad quid in hoc casu tenebor? Respondet Tamburinus *L. 2. in Decal. cap. 5. §. 2.* Possè te die non impedito recitare de illo Festo, attamen non teneri; cum tibi data sit facultas assumendi mores Loci, in quo moraris; cum ergo in urbe B. nil amplius de illo Sancto, vel Festo agatur, neque tu ibi ex obligatione recitabis. II. Ego existens in Loco, ubi Servatur novum Calendarium jam celebravi Officiò Canonico aliquod Festum: postea venio in Locum Calendarij antiqui, ubi primùm decimo die postea agitur illud Festum. Quid agam Ego? &c. In privata recitatione facies pro libitu, ut paulò antè, at publice, & in Choro accomodabis te Loco. III. Ego ex errore, vel ob-

livione non celebravi aliquod Festum Officiò Canonico, seu non recitavi Officium de aliquo Sancto vel Festo duplici, aut Semidupli die proprio: possùme recitare die non impeditò Festò 9. Lecturam, an verò annò illò penitus mittere debeo? Respondet Curi de Lugo *Resp. mor. l. 5. dub. 8. ac cum eo*, apud P. Gob. *Tr. 5. n. 66.* ab hoc cit: Prohibilius esse te de re omittere: tum, quia onus, & jus Officij recitandi; alligatum huic diei; cum hac ergo cessante, sabbat etià Lex, seu obligatio recitandi; tum, quia sequeretur etiam illum posse Supplere, quod propter Infirmiorem non potest dicere tale Officium; tum denique, quia Rubricæ tam diligenter notantes casus, in quibus facienda est Officij translatio, hanc nullatenus exprimunt. Vicinè Pellizarius, Trullenek, Cocconius, & Tamburinus contendunt, posse te alio die non impedito Supplere. Quia quilibet Sanctus in Breviario descriptus habet Jus, ut semel in anno Precibus Canonicis colatur, aded, ut licet ille cultus affixus diei, tamen transferri possit, si hoc impeditus: cum ergo Officium per errorem fuerit impeditum die proprio, cur non possit transferri, & Compensari alio die, sicuti alias huiusmodi Idipsum ob eandem Rationem dicere dicent hujus posterioris Sa-



Patroni, si die illò, quò po-  
tar, ac debebat dici Officium de  
aliquo Sancto, si habita fuif-  
noticia de concessò ad illum  
ipfi Officiò, ac Missà, per i-  
poranciam hujus concessionis di-  
m est Officium ac Missa de a-  
diverso, ut contigit in casu re-  
P. Gobat. *Tract. 5. n. 639.* At  
Auctororum Sententiæ, ac Ratio-  
riter repugnat meritò de Lugo.  
Per errorem hodie recitavi Of-  
de Sancto, vel Festo, quod  
beret recitari primùm alterò die,  
sto illi propriò. Quid agam?  
spondet ad hunc casum Tambu-  
nus *cap. citat. num. 10* cum *Quin-*  
*advenna Tract. 7. sing. 10.* pri-  
mum eo die recitandum Officium,  
mod recitaretur, si eo die illud Fe-  
tum non esset, puta de Feria, vel  
simplici, vel Festo translato &c;  
qui Festo, inquit, postero die  
occurrenti jam est satisfactum per  
Officium die antecedente de ipso di-  
ctum, & nimis inusitatum de eo-  
dem Sancto bis dici Officium. At  
probabiliùs Responder Lu-  
go, & cum eo Villalobos, ac Gob.  
*Tract. 5. num. 640.* debere te in da-  
Casu proprio die rursus orare Of-  
ficium de illo Sancto. Quia er-  
ror, tuus privatus. & inadverten-  
tia, & si inculpabilis, non facit ti-  
bi Jus invertendi Rubricas: Un-  
de si hodie 5. Augusti sit Festum B.  
V. ad Nives, tu autem existimans

per errorem, id primùm cras oc-  
currere, hodie verò esse Festum  
Transfigurationis Domini, de isto  
hac die 5. Augusti recites Officium,  
debebis cras iterum id recitare de  
Festo Transfigurationis, utpote oc-  
currente re ipsa die sextà, non au-  
tem die quintà Augusti, idque tum  
ob Rationem paulò antè assigna-  
tam, tum, ob multa inconvenien-  
tia, quæ Cardinal. de Lugo ex op-  
posita Sententià ( ut ut eam proba-  
bilem judicent Tamburinus, &  
Quintanadvennas ) loc. cit. deducit  
contra Leandrum, *Quest. moral. P.*  
*1. in Ordine 6. Tract. 8. dub. 3. q.*  
*47.* docentem in ejusmodi Casu re-  
linquendum esse die postero ( nem-  
pe suò propriò ) Officium de Trans-  
figuratione, utpote jam hodie solu-  
tum, ac cras faciendum de B. V. ad  
Nives. IV. Petrus Sacerdos per  
errorem, seu inadvertentiam alias  
hodie recitavit *Vesperas*, quàm quæ  
ex Præsripto Calendarij Ecclesiasti-  
ci, & Rubricarum debebat, & for-  
tè etiam *Matutinum* pro sequenti die  
similiter diversum ab eo, quod cra-  
stinò die præscribitur, recitando v.  
g. de *Feria*, cùm esset recitandum de  
*Festo duplici*, vel *Semiduplici*: agnito  
errore seu cras, seu hoc die, quid illi  
faciendum? &c. laudabile quidem  
& optabile esset repetere de novo  
cras scilicet *Matutinum*, hodie ve-  
rò, si tempus superfit, etiam *Vespe-*  
*ras*, attamen ad id, juxta *Less. c. 37.*  
num.



num. 77. Tamburin. Supr. cit. num. 13. nequaquam obligaberis : quia nimirum te ex una parte bona fides excusat, & ex altera pensum Canonicum quoad Substantiam, & æquivalentem Quantitatem jam persolvisti : & quomodo reliquum deinceps Officium dicendum erit nolenti repetere id de novo, & perpetram dicta sic emendare? Respondet Cardin. de Lugo Deprehenso errore simpliciter posse te, imò etiam debere sub veniali prosequi reliquum Officium de die, aut Festo, de quo ex præscripto Calendarij, ac Rubricarum reipsa est dicendum, atque adeò dari Obligationem ( sub veniali ) non pergendi ulterius in errore, h. e. Officio, erroneè incepto, sed eum mox emendandi : Quia enim possidet Jus Officij hujus diei, & non alterius erroneè à te inchoati, error deprehensus ibi erit corrigendus, ubi deprehendetur, & qui non potest facere totum eò modò, quò deberet, debet eò facere, quò potest. Rectè tamen monet cit. Gob. n. 643. ut, si advertas, errorem hodie post primas Vesperas, tu istis subicias saltem Antiphonam, Versiculum, & Collectam, seu Orationem diei, de quo erat juxta Rubricas Orandum. Idem facias post Laudes erroneè dictas, si errorem tunc primùm noveris : Quòd si primùm post secundas Vesperas in mentem veniat er-

rori, d ipsum etiam tunc præcibus dicisque Completorium conveniens diei. Vide ea, quæ scripsi in Pastoris boni, Dote II. c. 2. q. 5. in pluris, hucucque dictis, ac porro dicendis lucem allatura. Hactenus relatæ, ac declaratæ Lugonis Sententiæ opponit se quidem Illustriss. Dom. Joannes Caramuel Theol. Regular. d. 110. n. 1407. obligatorium in dato Casu, & quidem in mortali, ad pergendum in Officio erroneè incepto, si nolit priora petere. Rationem dat; quia, qui conflabit Officium, quæ non reperitur in toto Breviario; sed Portione hac ( tantummodo in Speciem solidâ ) non obstante, Lugonis Sententiæ subscribunt Pellierius, Quintannadvennas, Leander Tambur: & Gobat. n. 642. Quæ tamen rara mutatio Officij unius aliud, non extraordinariè breve iuxta graves DD. non est graviter prohibita, imò ob rationabiles Causas etiam quandoque licita, de Continuationem erroris in dano casu noñisi peccati Venialis arguit etiam ij, qui cum Lugone Sententiæ imò unus vel alter etiam in nobis Casu probabiliter eam licitam se existimare, non obscure indicat, uti videtur est apud Sæpius cit. Gob. n. 643. VII. In Officio Semidupli- ci B. V. quod à Regularibus quibusdam ex Privilegio fit in Sebban ( habantibus v. g. Indultrium &



Officium & Missam de B. V. in Conceptione diebus Sabbaticis, non impeditis aliò Officiò pro-  
&c) si in primis Vesperis di-  
catur saltem Capiculum de B. V.  
terminandus est Hymnus Vespera-  
rum & Completorij ( si ambo sint  
eiusdem metri ) per verba : JESU  
Christe Gloria, qui natus es &c; imò e-  
tiam tunc Hymnus Completorij  
modò dictà clausulà est terminandus,  
quando de B. V. facta est saltem  
Commemoratio in 1. Vesperis. Hæc  
idem observanda etiam in univer-  
sa Ecclesia, quando fit de S. MA-  
RIÆ in Sabbato. Eòdem deni-  
que modò concluduntur Hymni  
Completorij B. V. metri ejusdem usque  
Completorium inclusivè etiam  
tunc, quando in secundis Vesperis  
saltem Commemoratio de eadem  
B. V. uti habetur in Libello Offi-  
cium PP. Discalceatorum, à S. R.  
C. approbato, ac Romæ impresso  
anno 1629. Teste Gav. mox ci-  
tando. Quod tamen ità est intel-  
legendum, nisi sequens Festum di-  
gnè propriam habeat Hymnorum  
clausulam, uti contingit in 2. Ve-  
peris B. V. ad Nives, tunc enim  
in Vesperis & Completorio Hy-  
mni clauduntur clausulà Festi fe-  
stivitatis. Atque idem servandum  
est in Officio semiduplici, quod de  
Sacramento in Ferijs quintis non  
impeditis à quibusdam Regularibus,  
etiam alijs ex Privilegio dicitur :

ita S. R. C. *ibidem*. Si verò nul-  
la in Vesperis fiat Commemoratio  
de B. V. aut SS. Sacramento, tunc ne-  
que in Completorio variatur finis, seu  
clausula Hymni, esto Officium us-  
que ad Vesperas exclusivè fuerit de  
B. V. aut SS. Sacram. Gav. To. 2. f. 5.  
c. 6. n. 15.

VIII. Quomodo gerere se  
debeant Sacerdotes exteri, ac sæcu-  
lares, volentes celebrare Missam  
in Regularium Ecclesijs & vicissim,  
colligi utcunque potest primò ex ijs,  
quæ habet Gav. Tom. 1. P. 3. Tit. 10.  
ad. n. 16. Rubric. de Defect. Miss. ubi  
ait : Non agit contra Rubricas,  
qui Officium recitans aliud, Missam  
deinde celebrat more ejus Ecclesiæ,  
in qua celebrat, ubi fortè dicitur  
Credo, vel Gloria, quæ non dicuntur  
extra eam; imò tenetur celebrare  
ibidem pro ratione Festi, juxta Re-  
gulam : cum fueris Roma &c; alio-  
quin esset alijs admirationi, si Festo  
non inferviret in propria hujus Ec-  
clesia pro Qualitate Festi. Ità fe-  
rè Gav subjungens tamen : ex De-  
cret. Sac. Rit. Congregat. *ibidem*  
cit. à tali necessariò dicendum esse  
Missam pro omnibus approbatam,  
non verò unam ex ijs, quæ certis  
Regularibus tantum, puta de ipso-  
rum Sanctis, eorum Ordini, aut a-  
lijs duntaxat sunt concessæ, nec ha-  
bentur in Missali Romano : hæc e-  
nim non possunt ab alijs, nequi-  
dem in ipsorum Ecclesijs, dici, &  
ne,



nequidem à Capellanis Sæcularibus proprijs Monialium, quæ non utuntur Breviario Romano : quo casu, inquit, consulatur Sac. Congreg. Rit. de cujus Licentia Missam quidem Capellani proprij recitant de Sancto, de quo Moniales Officium, sed cum Missali Romano, ut in proprio de Sanctis, vel de Communi; eò quòd irà decreverit eadem S. R. Congr. 20. Novembr. 1628: Si nulla est Missa in Missali Romano, quæ concordet cum Officio Monialium, puta de *Nomine JESU*, de *Spinea Corona*, & similibus eo casu Missam de Circumcisione Domini, aut Missam de Cruce, vel Passione Domini recitare poterunt, vel certè pro debita licentia adeant eandem Sac. Congregationem. I. Ita rursus Gav. jam suprà relatus in simili. *Secundo* ex Sac. Rit. C. Responso, quod illa dedit ad nonnulla PP. tertij Ordinis S. Francisci super *Sequentia Quæsitæ*, ab ijs ( ut refert Franc. Monacelli *Formulari legal. pract. P. 2. Tit. 13. n. 29.* ) in hunc Modum ei proposita : PP. Tertij Ordinis quærunt I. An diebus Dominicis, alijsque diebus, quibus in ipsorum Ecclesia celebratur de Sanctis Ordinis, sub Ritum duplici, Sacerdotibus exteris ad eam confluentibus permitti debeat celebratio de Dominica, vel alio Festo, vel etiam de *Requiem*, & quatenus affirmativè, an in Mis-

sa de Dominica, alijsque Festis, debeant Sacerdotes exteri uti Paramentis competentibus diebus Dominicis, & Festis, vel possint se conformare Paramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres? II. An Fratres diebus, quibus propria Officia celebrant sub Ritum duplici, celebrantes in alienis Ecclesijs possint celebrare Missas cum dictis Officijs concordantes, & possint celebrare de alijs, conformando se Ritui earundem Ecclesiarum, ac etiam de *Requiem*, & quatenus affirmativè quoad partem, quid quoad colores Paramentorum? III. An Sacerdotes exteri confluentes ad ipsorum Ecclesias, ut suprà, & celebrantes de Sanctis Ordinis Servorum, possint in Missis se uniformare cum Fratribus quoad Oratio, & quoad numerum Orationum, & quoad duplicium? IV. An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, quàm exteri celebrant de Dominica, possint exteri uti Coloribus Paramentorum, quibus Fratres ratione alicujus Octave, & Fratres celebrantes in alienis Ecclesijs uti coloribus juxta Ritum earundem, & an tam exteri, in Ecclesijs fratrum, quàm Fratres in alienis possint apponere Commemoratio. Octave, ut suprà occurrentis, servatà Ritum de duplici Oratione habenda



dominicis infra Octavam? V. An in Officio ad Hymn. *Iste Confessor* pro Ss. Confessoribus, quoties eisdem fixa Dies est assignata, quæ non est dies Obitus, recitari debeat Versus: *Meruit beatas scandere Sedes*; eò quòd revera Officium fiat de die obitus, & quatenus affirmativè, an eadem Regula servanda sit in Officijs de Confessoribus translatis, dummodo Officium sit de die obitus? Sac. Congreg. Rituum die 11. Junij 1701. Respondit: Ad 1. quoad primam partem dubij negativè, quando Festum celebratur cum Solemnitate, & concursu Populi, & quoad Secundam partem jam provisum. Ad 2. ut ad primum. Ad 3. posse. Ad 4. posse. Ad 5. negativè.

Qui caret Missâ propriâ, non recuset Sacrificium omittere, sed potest recitare, per se loquendo, de Communi, aut votivam. Ità P. Felix Potestas *Exam. Ordin. P. 1. c. 2. n. 247.*

Si Festum duplex, de quo agunt *Regulares* (sub quo nomine etiam veniunt *Moniales*) habuerit Missam propriam, omnibus, & solis *Regularibus* concessam, Sacerdotes sæculares celebrantes in eadem Ecclesia Regularium, Missam quidem præsertim superius jam annotata dicent de Festo duplici, sed cum Missali Romano, ex Decreto *Sacr. Rit. Con-*

[[ Pars III. ]]

gregation. 10. Novembris 1622. &c. Haftenus dictis subjungo ex Gerlaci Vinitoris *Compend. Sac. Rit. P. 1. Tit. 2.* Sequentes tres Annotationes. I. Si Sacerdos in alicujus Sancti Festo Simplici, de quo Ratione concurrentis Feriæ Adventus, vel Quadragesimæ, vel Octavæ, tantum Commemoratio fieri debet, Missam integram illius Sancti ex Singulari Devotione, aut Cauâ celebrare voluerit, utique de Sancto illo Ritu *Semiduplici* Missam ex Communi Sanctorum sumptam, cum Commemoratione Officij currentis, de quo legit Horas suas Canonicas, celebrare licitè potest. II. Poterit Sacerdos erga aliquem Sanctum, ab Ecclesia Canonizatum, seu per immemorabile Tempus pro Sancto habitum, cui publicus, & universalis conceditur cultus, eo die occurrentem, esto in Calendario ejus Nomen non sit prænotatum, pio Religionis affectu permotus, Missam pro omnibus approbatam de eodem celebrare, Ritu *Semiduplici* Festo conveniente, facta tamen Commemoratione Officij currentis, de quo Lectæ sunt Horæ Canonicæ. III. Eodem modò potest ubique, & ab omnibus de Sanctis recentè Canonizatis *Officium Missæ* in eorum Festo celebrari, quamvis *Officium divinum* de ijs sine novo Decreto Congregationis Sacrorum Rituum extra propriam Eccle-

[[ G ]]

cle-



clesiam fieri non possit; necessarium enim requiritur Speciale novum Decretum de Ritu, quod fieri debet Officium, sicuti Congregationem Cardinalium, explicationi Sacrorum Rituum præsidentium, Die 9. Decembris 1628. censuisse refert Gavantus. De Beatificatis verò non ubique, nec ab omnibus etiam Missa dici potest; quia Sedes Apostolica quoad locum, Tempus, Ritum in Beatorum cultu limitatè procedit: veluti de Beato Rocho nondum Canonizato Concessit Officium, & Missam in Ecclesijs tantum ejus nomine dicatis, & Eremiticis ejusdem, habentibus requisita Ecclesiarum, juxta Declarationem S. Congregationis Cardinalium, deputatorum ad dubia Sacrorum Rituum declaranda, die 26. Novembris 1629. apud Gavantum. Hæc Vinitor,

citans Castald. Prax. Cerem. lib. 2. sect. 6. c. 3. n. 8. & Gavant. Tom. 2. sect. 6. c. 2. n. 30. & sect. 1. c. 5. Tit. 2. n. 12. scribens autem ante Decret. super relatum de anno 1691. 10. Octobris recentioribus quibusdam Brevis summariè præfixum, cui mos circa Missis de Beatis (ubi de ijs celebrare est permittum) non esse celebrandum Symbolum, nisi ad signis Reliquia; nec esse eorum festa celebranda cum Octava, sed speciali Privilegio, nec Ritu 2. Classis, regulariter loquendo, Decretum esse ajunt à S. Rit. Congregat. de quo ex parte jam supra Plura ad hunc, & præcedentes Titulos pertinentia videri possunt apud La Croix Tom. 4. l. 4. à n. 1244. & 1257.

### TITULUS III.

#### De Modo, ac Ritu celebrandi Festum Dedicacionis, seu Consecrationis Ecclesiæ, ejusque diem Anniversarium.

**E**CCLESIE materiali (ut Tom. 2. sect. 8. c. 5. notat Gavantus) duo accidunt in Ordine ad Horas Canonicas, nimirum Titulus, & Dedicatio, quæ differunt, & conveniunt in multis: nam Titulus Ecclesiæ (ut supra dictum) est id, à quo denominatur Ecclesiæ, puta S. Salvatoris, S. Bartholomæi &c. Dedicatio verò Ecclesiæ est ipsamet ipsius Consecratio, facta ab Episcopo, ut in Pontificali Romano: quæ, quotannis anniversariè recolitur, & recitatur, antiquo omnino more



reducta est in Ecclesiam ( ut ex  
 Insebio Libr. 9. Histor. Ecclesiast. c.  
 liquer ) ideo à S. Leone Serm:  
 de Machab. Natalis Templi Dedicati  
 onis; Festum autem, in quo memo-  
 ria primæ illius Consecrationis so-  
 lemnius quotannis celebratur, An-  
 niversarius ( scilicet Dies ) vel Anni-  
 versarium ( sub intellige Festum ) De-  
 dicationis nuncupatur. Præterea  
 Festum Dedicacionis, anniversaria solem-  
 nitate celebrari solitum est dignius,  
 quam Festum Patroni Locī, ac dignius  
 quoque Festo Sancti Titularis Ecclesia  
 ut supra ex Gav. Tom. 2. sect. 3. c.  
 n. 7. observavimus ) adeoque in  
 occurſu his præferendum. Con-  
 veniunt vicissim Festum Dedicacionis,  
 & Festum Patroni Locī, ac Titularis  
 Ecclesie in Sequentibus. I. Utraque  
 sunt duplex 1. Classis. 2. Utraque  
 habent Octavam, nisi occurrant in-  
 tra Quadragesimam, aut Tempus  
 Rubr. Gen. VIII. n. 1. in fin. excep-  
 tum. 3. Utraque celebrari possunt  
 infra Octavam Epiphaniæ, non tam-  
 en in ipsa Die Octava illius, 4.  
 Utraque celebrari quoque possunt  
 in Dominicis majoribus secunda Classis,  
 quales sunt secunda, tertia, & quarta  
 tam Adventus, quam Quadragesima;  
 item Dominica Septuagesima, Sexagesi-  
 ma, & Quinquagesima. 5. Si in ijs-  
 dem occurrat Vigilia habens Ritum  
 simplicem, nihil sit de hac tam in  
 officio, quam in Missa utriusque. 6.  
 Dominice utraque habent primas Ve-

speras integras in secundis Vesperis  
 Diei Octava Epiphania, Pascha, Ascen-  
 sionis, ac Corporis Christi, una cum a-  
 lijs Privilegijs Ffestorum 1. Classis.  
 His præmissis

Dico I. Si contingat Dedicacionem  
 Ecclesiam in aliquo Festo ex So-  
 lemnioribus, tunc, nè quotannis  
 occurrentia duo Festa se invicem  
 impediunt, potest Consecrator de-  
 cernere alium diem ad celebrandum  
 Anniversarium Dedicacionis Ecclesie, à  
 se consecratæ, puta vel Diem Do-  
 minicum proximiorum, vel alium  
 adeò Commodum, ut possint Octa-  
 væ celebrari liberius, & à Populo,  
 præsertim rustico, majori frequen-  
 tiâ Festum Coli. Translationem  
 enimverò hujusmodi fieri omnino  
 ex justa causa à Consecratore Episc.  
 tunc posse, non modò Sacr. quædam  
 Congr. die 19. Febr. 1585. decrevit  
 ( ut Paulus Piafecius in sua Pra-  
 xi P. 1. c. 5. n. 8. testatur ) sed  
 etiam Congregatio Cardinal. super  
 Negotia Episcoporum, respondens  
 hac de re Episcopo Bassinen. die 14.  
 Febr. ejusdem anni, ut apud Gav.  
 To. 2. f. 8. c. 5. n. 4. videre est. Extra  
 Actum verò Consecrationis non posse  
 amplius mutari Festum, seu diem  
 Anniversarium Dedicacionis incon-  
 sulta Sancta Sede Apostolica, asse-  
 rit idem ibidem, & ait : 1674. 16.  
 Octobr. eapropter jussu ab ea ali-  
 cubi fuisse fieri de Dedicacione Ec-  
 clesie in ipsa die Nativitatis B.  
 Ma-



MARIÆ Virginis, in qua accidit consecratio, & duas potius Cantuari Missas de duobus Festis, servatâ in Reliquis Rubricâ de *Concurrentia Octavarum*.

*Dico 2.* In Anniversario Dedicacionis propriæ Ecclesiæ Officium, & Missa dicuntur sub Ritu duplici 1. Classis in *Col. Alb.* uti notantur in Communi Dedicacionis Ecclesiæ ad finem Communis Sanctorum, & siquidem celebretur in *Dominica* ( seu majore 2. Classis, seu etiã minore ) fit de ista Commemoratio in utrisque *Vesperis, Laudibus,* ac *Missâ,* cum 9. Lectione de eadem *Dominica* in *Officio,* & ultimo de eadem Evangelio in *Missâ.* An, quando die Dedicacionis Ecclesia non capit omnes, & unus tantum adest Sacerdos, huic liceat bis celebrare, aut quid tunc agendum, post Laymannum discutit Gob. Tr. 3. n. 189. &c.

In I. VESPERIS Festi Dedicacionis fit Comemoratio de præcedente *Dominica* majore 1. aut 2. Classis ( non autem de antecedente *Dominica* minore, seu per annum ) item de præcedente duplici 1. Classis minus digno; præterea de antecedente duplici 2. Classis, item de *Dominica* quacunque subsequente, h. e. eadem, quâ ipsum celebratur, die occurrente: idem est de *Die Octava Nativitatis, Epiphania, & Corporis Christi,* tam antecedente, quàm subsequente, necnon

horum 3. Festorum *Diebus infra Octavam;* ac denique de *Feria* majori de omnibus verbò alijs nihil fit nisi in *Vesperis Anniversarij Dedicacionis* ne quidem de duplici majore, aut de *Octava* præcedente, exceptis tribus illis paulò antè commemoratis, quibus fit etiã *infra earum Octavas* semper tam in *Officio,* quàm in *Missâ* Commemoratio, tam in concilio quàm in occurso cum hoc, aut in duplici 1. Classis.

Idem Festum Dedicacionis fit Commemoratio in *Vesperis, Laudibus,* ac *Missâ,* occurrentis secum cujuscunque diei *Octava,* & *Dierum infra Octavas Nativitatis, Epiphania, & Corporis Christi,* item Occurrentium: præterea in *Laudibus,* & *Missâ* occurrentis *Feria* quacunque majoris, & *Vigilia Epiphania,* de qua ( idem est de *Feris Quadragesima, secundâ Rogationum,* & *Temporibus quatuor Temporum,* habentibus Evangelium cum Homilia ) legitur etiã 9. Lectio in *Officio,* & ultimum Evangelium in *Missâ:* omnium verò aliorum eodem Secum die occurrentium Commemoracionem tam ab *Officio,* quàm à *Missâ* excludit.


Quòd si cum Festo Dedicacionis in primis *Vesperis* concurrens præcedens Festum duplex 1. Classis dignius, v. g. *Assumptio B. V. Mariæ,* quandoque contingit *Suazij, Oppido* Diocesis *Brixinensis à Mercurio* ( *foedinis celebri* ) tunc integra *Vesperis*



perae dicuntur de Digniore, cum  
 Commemoratione Festi Dedicatio-  
 nis, ut tum ex Rubricis, tum etiam  
 Gav: alibi probamus contra P.  
 Gobat, volentem Tr. 5. n. 658. in ca-  
 13, quò Assumptio B. M. V. in 2.  
 Vesperis concurret cum Festo Dedicatio-  
 nis subsequente, integras Vesperas  
 decendas esse de Festo Dedicatio-  
 nis. In II. Vesperis (quas pariter  
 integras cedit Duplici 1. Classis di-  
 gniori) Festum Dedicacionis admittit  
 Commemorationem de Dominica  
 sequente quacunq; item de quacun-  
 que seq. Die Octava; item de dupli-  
 ci Semiduplici (quale est etiam Vi-  
 gilia Epiphania) subsequentibus, nec-  
 non de Diebus infra 3. Octavas supra  
 octavas privilegiatas; ac denique de  
 die majori occurrente; de omnibus  
 verb alijs nihil. In Missa dicitur  
 per totam Octavam Gloria, & Credo,  
 nec non Præfatio de Tempore cur-  
 rente, nisi currat Octava alicujus  
 Festi habentis propriam Præfatio-  
 nem; tunc enim dicitur Præfatio  
 de Festo, ejusque Communicantes, si  
 proprium habeat, uti contingit,  
 quando alicubi infra Octavam Epi-  
 phaniae celebratur Festum Dedicacionis,  
 prout olim fiebat hîc Oeniponti,  
 dum Dominicâ infra eam Octavam  
 illud celebrabarur apud PP. Societat.  
 IESU, qui proin in Missa de De-  
 dic: dicebant Præf: & Communican-  
 tes de Epiph. In Dedic. propria Eccles.  
 solent ardere 12. Candelæ ad Missam,

& omnes Horas cantatas, infixæ Cla-  
 vis ante duodecim Cruces, in quatuor  
 Templi parietibus depictas, ac in  
 ejusdem Consecratione Sacro Chri-  
 smate ab Episcopo inunctas. In-  
 dulgentiæ plenariæ quidem nullæ  
 de Jure Communi (id est seculæ  
 speciali Sedis Apostolicæ concessio-  
 ne) Festo Dedicacionis, aut ejus Anni-  
 versario comperunt. Potestamen-  
 aut solet Episcopus Consecrans per  
 Cap. Cum ex eo, de Penitentijs, & Re-  
 missionibus in fin. peracta Consecratio-  
 ne Singulis Christi Fidelibus Eccle-  
 siam à se dedicatam ipso Die Conse-  
 cracionis visitantibus unum annum,  
 in Die verò anniversario Consecratio-  
 nis hujusmodi idiplum facientibus  
 quadraginta dies de vera Indulgentia  
 in forma Ecclesiæ consueta in  
 futurum concedere, uti videre est in  
 Pontificali Romano P. 2. sub Ini-  
 tium, & finem Tituli: De Ecclesiæ  
 Dedicacione, seu Consecratione.

Dico 3. Diebus Infra Octa-  
 vam Festi Dedicacionis, nisi de die  
 infra aliam Octavam digniorem,  
 vel privilegiatam, v. g. Epiphania,  
 aut Corporis Christi, vel de Festo 9. Le-  
 ctionum (seu occurrente, seu translato)  
 juxta Rubr. Gener. X. Breviar. sit fa-  
 ciendum, sit Officium, ac Missa, Ritu  
 Semiduplici, de Dedicacione, ut in  
 Festo, & Lectiones II. ac III. No-  
 cturni dicuntur in eo, prout notan-  
 tur pro quavis infra Octavam die  
 in Communi Dedicacionis Ecclesiæ:





in I. autem Nocturno infra Dedicacionis Octavam sumuntur de Scriptura occurrente, nisi ponendum sit Initium alicujus Libri S. Scripturae nondum positum; at in die ipsa Octava Dedicat. Lectiones II. Nocturni pariter quidem habentur propriae; ut ibi; Verum in I. & III. Nocturno dicuntur, ut in Festo.

Missa infra Octavam Festi Dedicacionis ( nisi, ut dictum, sit faciendum de alia Octava digniore, aut privilegiata, vel de Festo 9. Lectio num &c ) dicitur similiter, ut in Festo, cum *Glor. & Cred. &* in ea 2. Oratio est de S. MARIA pro Temporis diversitate ( nempe ab Octava Epiphaniae usque ad Purificatione DEUS, qui salutis aeterna &c; à Purificat. verò usque ad Advent. *Concede Nos Famulos* ) 3. autem *Ecclesia*, vel pro Pap. nisi facienda sit Commemoratio de Festo Simpliciter occurrente, aut de Feria majore, vel de Die infra Octavam minùs dignam, v. g. Festi 2. Classis; nam si facienda sit Commemoratio de Festo Simpliciter, 2. Oratio erit de illo, & 3. Locò dicitur extra Adventum Oratio de B. Virg. *Concede*. vel: *DEUS, qui salutis*, ut antè, pro qualitate Temporis; intra Adventum verò 2. Oratio erit, ut mox dicitur, de Feria occurrente, & 3. de Simpliciter. Si facienda sit Commemoratio de Feria majore, & non occurrat simul Festum Simplex, 2. Oratio erit de illa Fe-

ria, 3. verò de B. V. pro diversitate Temporis, nempe in Adventu DEUS, qui de B. MARIAE V. utero, ut extra Adventum verò *Concede* mox vel: *DEUS, qui salutis &c;* ut supra; si autem occurrat simul Festum simplex, tunc post Commemoracionem de Feria majore, fiet etiam Festi Simpliciter Commemoratio, ut sã Oratione de B. V. utpote expressã per illam Simpliciter Commemoracionem; si denique facienda sit Commemoratio de alia Octava inferioris Classis, 2. Oratio erit de illa altera Octava. 3. Verò de B. V. ut supra, nisi hæc per Commemoracionem 2. locò faciendam de Festo Simpliciter, aut Feria majore potenter occurrente, extrudatur; aut si Octava illa inferioris Classis sit Octava B. V. v. g. *Nativitatis*, aut *Conceptionis B. V.* cujus utriusque Festum, ubi non est *Titulus Ecclesie*, est solummodo duplex 2. Classis, Festum verò Dedicacionis duplex 1. Classis, atque adeò etiam quoad Octavam præferendum, juxta inferioriùs Tit. *De Octavis* dicenda; tunc enim 3. Oratio esset de S. Spiritu, quæ infra Octavas S. MARIE, et & infra Octavam Omnium Sancto- rum, alioqui 2. locum obtinet, quando infra illas Octavas non est facienda aliqua Commemoratio. Col. 111.

Si infra Octav. Dedicacion. occurrat fieri Officium de Festo 9. Lectio num, aut saltem discordantia



Officio Missam ( ut contingit, quando infra Octavam aliquam octavae *Vigilia*, quæ jejunatur, vel *quatuor Temporum* ) fit semper Octava Dedicacionis Commemoratio ( nisi Festum illud sit 1. aut 2. Classis ) & observanda tunc in Ecclesiis Cathedral. & Collegiatis sunt quæ præscribit Rubric. III. General. Missal. Rom. n. 2.

*Dominica infra Octavam Dedicacionis*, si fiat de *Dominica*, in Officio Missæ faciendæ est pariter Commemoratio currentis Octavæ, nec dicitur in Missa 3. Oratio ( nisi facta sit Commemoratio de *Festis* quorundam simul occurrente ) & si quidem Dominica illa non sit *Dominica* major 1. aut 2. Classis, Color vestitus, & Paramentorum Sacerdotum non debet esse conformis Officio & Missæ *Dominicæ*, adeoque non esse v. g. *viridis*, sed esse talis, quem de se requirit Festum, cujus Octava celebratur, nempe in nostro Officio Festum Dedicacionis, atque alibi esse *albus*.

*Infra Octavam Dedicacionis* non recitantur *Suffragia Consueta de Sanctis*, nec *Preces Dominicæ* ad Primam, & Completorium, etiamsi non fiat Officium de Octava.

Accidere potest, ut Octava Dedicacionis inchoata aliquando non compleatur, sed abrumpatur, ut in 3. Casibus. 1. Est, si adveniat *Dies 17. Decembris*, à quo us-

que ad Epiphaniam omnes *Octavæ particulares* suspenduntur; quia ( ut Gavant. Tom. 2. l. 3. c. 8. n. 9. observat ) decens est, ut ipse *Natalis Domini*, sicut *Pascha*, habeat quasi tam ante, quàm post se Octavam, licet non æquali Ritu celebrandam. 2. Quando advenit *Feria IV. Cinerum*: secluse namque *Speciali Privilegiò*, toto Tempore *Quadragesimæ* non fit Officium de Octava ullius Festi; quia cum Tempore illo singulæ *Feriae* habeant proprias Missas, non decet eas per prorogationem Festorum impediri, quam ob causam olim nulla Festa celebrabantur in *Quadragesima*. 3. Quando advenit *Vigilia Pentecostes*: hæc enim cum subsequente Octava *Pentecostes*, cujuscunque alterius Festi Octavam propter *Pentecostes Solennitatem* excludit, ut infra Tit. de *Octavis* dicitur: Quod si proin ipsa *Dies Octava* Festi Dedicacionis in aliquem ejusmodi dierum incidat, in *Vesperis* diei præcedentis nil ampliùs faciendum, ne quidem Commemoratio de Octava, eò ipsò, quòd postero die nil ampliùs fiat de Octava, ut alibi diximus.

Si *Octava Patroni*, & *Octava Dedicacionis Ecclesie* simul occurrant, fiet infra Octavam Officium, & Missa de *digniore*, cum Commemoracione alterius: *dignior* autem est, juxta Gav: *Octava Dedicacionis Octavâ Patroni*, imò ( ut ex eodem Gavant. pro-



probat Gobat infra citandus ) ipsa etiam Octava Ss. Petri & Pauli &c; non tamen Octava Assumptionis B. V. hæc enim juxta eundem, & Arnaudum est dignior Octava Dedicacionis : idem videtur sentire de Octava Omnium Sanctorum in Octavario Romano.

*Infra Octavam Dedicacionis fit de Festis duplicibus, non modò occurrentibus, sed etiam translatis, nisi ea simul incidat in Octavam Epiphaniæ ( utpote infra quam non fit de ullo Festo, præterquam Patroni principalis, & Titularis propria Ecclesia, ac Dedicacionis ejusdem, in quibus tamen fit Commemoratio solius Octavæ Epiphaniæ ) aut in Octavam Corporis Christi, quæ quidem admittit duplicia infra ipsam occurrentia, non tamen translata, nisi sint 1. Classis, de quibus quando fit, fit Commemoratio de sola Octava Corporis Christi, non autem de Die infra Octavam Dedicacionis, de qua tamen iuxta supra dicta fit Commemoratio, si fiat tantum de duplici minore, aut majore per annum. Infra Octavam Dedicacionis non coincidentem cum Octava alia privilegiata sit quoque ( cum Commemoracione Octava Dedicacionis ) Officium, ac Missa de Festo Semiduplici occurrente; de translato autem ultra unum diem Semiduplici non fit infra hanc, aut aliam Octavam : unde si semiduplex occurrat in Dominica infra Octavam, fit quidem de eo*

in Feria II. proximè subsequente, hæc aliò Festò 9. Lectionum non fit imposita; si verò Feria illa II. Festò aliò 9. Lectionum fit imposita, transfertur post Octavam juxta *General. X. n. 5.* Semiduplex quoque translata jam ante Octavam pariter transferuntur post Octavam quam si immediatè excipiat alia Octava, aut etiam plures, transfertur tale Festum Semiduplex ultra omnes Octavas.

Si Festum 9. Lectionum concurrat cum Die infra Octavam Dedicacionis, tunc, si Festum illud fit Festum duplex, istud totum habet officium cum Commemoracione *Infra Octavam*, nisi illud duplex sit 1. Classis ( quia tunc de sequenti Die infra Octavam nulla fit Commemoratio ) vel sit 2. Classis, & sequenti die non fiat Officium de Die infra Octavam : nam si postero die fiat Officium de Die infra Octavam tunc in 2. Vesperis etiam duplici Classis non fit Commemoratio de Die sequente infra Octavam, bene verò si die sequente fiat Officium de Die infra Octavam. Si autem Festum Concurrentem cum die infra Octavam Dedicacionis fit Semiduplex, tunc istud habet Officium in 2. Vesperis usque ad Capitulum; à Capitulo autem fit de Die infra Octavam, ceptò Festò Ss. Joannis & Pauli MM. quod habet 2. Vesperas in die, cum Commemoracione de



infra Octavam, ut in Rubrica pro-

*Dies infra Octavam Dedicatio-*  
concurrrens cum sequenti *Domi-*  
*nica*, aut *Festo Semiduplici* obtinet *Ve-*  
*peras* suas 2, usque ad *Capitulum*,  
*Capitulo* verò eas cedit *Dominica*,  
aut *Semiduplici* sequenti, & in ijs co-  
nvenit, si sequatur *Dominica major*,  
aut *Semiduplex*; Octavæ autem con-  
veniens, si sequatur *Dominica minor*,  
aut talis, in qua non dicitur no-  
m. Responsorium, sed *Te DE-*  
*us Laudamus*.

Dico 4. *Dies Octava Dedicatio-*  
nis nunquam transfertur ( esto for-  
sit ipsum Festum fuerit translatum )  
sed de ipsa fit *Officium & Missa*, vel  
aliam *Commemoratio* eâ ipsâ die, quæ  
si erat Octava, si Festum non fuit  
translatum; nisi veniat in Qua-  
dragesima, quò Tempore, cum, ut  
supra dictum, omittatur *Officium*  
cujuscunque Octavæ, idè si *Fes-*  
*tum Dedicatio-* ( quod alioqui  
celebrari solet cum Octava, hoc est  
per Octo continuos dies ) veniat  
ante Quadragesimam, & jam  
per aliquot dies factum sit *Officium*  
de ejus Octava, adveniente Qua-  
dragesimâ, nihil ampliùs fit de *O-*  
*ctava*, ne quidem *Commemoratio* :  
nem est de ejusdem Octava non-  
tam absoluta, quando supervenit  
ante 17. Decembris, aut *Vigilia Penteco-*  
*ste*, ut dictum ibidem ac suprâ, &

[[ Pars III ]]

Tit. seq. de Octavis iterum dicitur.

Si in *Die Octava Dedicatio-*  
nis occurat *Festum* 1. aut 2. *Classis*,  
fit *Officium*, & *Missa* de illo; fieri  
tamen simul debet *Commemoratio* de  
*Die Octava Dedicatio-* in utrisque  
*Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*. I-  
dem est, si *Dies Octava Dedicatio-*  
occurrat in *Dominica aliqua privile-*  
*giata* 1. aut 2. *Classis*; in his enim  
de *die Octava Dedicatio-* fit pariter  
solummodo *Commemoratio* in *Offi-*  
*cio*, & *Missa* ejusmodi *Dominica pri-*  
*vilegiata*; nec dicitur tunc in *Missa*  
3. *Oratio*, nisi facienda sit simul  
*Commemoratio* alicujus *Festi Simpli-*  
*cis* simul occurrentis.

Sin autem in *Die Octava De-*  
*dicatio-* occurat solummodo *Du-*  
*plex per annum* ( sive *majus*, sive *mi-*  
*nus* ) regulariter transfertur ejusmo-  
di Festum in diem aliam *Officiò* 9.  
*Lectio-* non impeditam : *Offi-*  
*cium* autem, & *Missa* sub *Ritu du-*  
*plici* minore sunt de *Die Octava* eo  
die, quo cadit, uti in Octavis non  
privilegiatis aliorum *Festorum*, cum  
*Commemoratio Diei infra aliam*  
*Octavam*, si quæ occurrat, nec non  
*Feria majoris*, vel *Vigilia*, vel *Sim-*  
*plicis*, si quod ejusmodi occurat.

Quòd si contingeret, Festum  
*Dedicatio-* transferri post totam  
suam Octavam, illò annò celebran-  
dum foret sine Octava, secluso *Spe-*  
*ciali Privilegio*.

In I. *Vesperis* *Communibus*

*Diei*



*Dies Octava Dedicacionis, & Dominica privilegiata* recitari debent Vesperæ cum Antiphonis, & Psalmis Sabbati, à Capitulo autem de Dominica privilegiata, ac in fine addi de die Octava tantum Commemoratio, ut in I. Vesperis Festi: ita enim decrevit Sac. Rit. Congregat. 9. Decembris 1622. apud Gav. & Arnaud. *vid. alib. dic.*

Si *Dominica ipsa privilegiata* in 2. Vesperis concurrat cum sequenti *Festo duplici*, adhuc Commemoratio Octavæ fiet post Commemorationem *Dominica*, imò *Diei Octava* ( non item *Dominicæ privilegiatæ* ) Commemoratio omnino omitti deberet, si duplex illud foret 1. *Classis*: Si verò sequatur *Festum tantum Semiduplex*, tunc Vesperæ erunt de *Dominica*, cum Commemoratione *Diei Octava Dedicacionis*. ut in 2. Vesperis Festi, ac postea primū *Semiduplex*, ut in 1. ejusdem Vesperis.

Si *Dies Octava Dedicacionis* concurrat cum alia *Die Octava*, à Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione præcedentis: id quod servatur etiam in die Octava *principalis Patroni*; quia Octavæ omnes sunt æquales, ac tamen exceptis Octavis Domini, & modò etiam Octavis B. V. de quibus utrisque integre dicuntur Vesperæ, si dies Octava alterius Festi cum ipsis concurrat: excipitur etiam à Regula Generali dies Octava S. Joannis E-

vangelistæ concurrans in suis 2. Vesperis cum die Octava S. Joannis, de quibus in illis fit tantum Commemoratio, ut ibi, & ibi in Rubr. Gen. 11. n. 2. additur: *quando aliter in proprijs Locis augetur.*

Si *Dies Octava Dedicacionis* concurrat cum sequenti *duplici minore* per annum, à Capitulo fit de sequenti cum Commemoratione Octavæ, si verò concurrat cum *duplici minore* fit totum de sequenti, cum Commemoratione *Diei Octava*. Enim iterum 1. *Octavas Domini*, quæ in Concursu cum *duplici* etiam majore habent utrasque Vesperas integre id quod de primis Vesperis *Octava Ascensionis & Corporis Christi* in postrema Breviarij Recognitione decretum est. Excipe 2. quædamque *Diem Octavam B. V.* hæc enim Decr. Sacr. Rit. Congregat. de anno 1691. II. Augusti habent integre utrasque Vesperas in concursu cum *duplici minore*.

Si concurrat *Dies Octava tantum Festo duplici* 1. *Classis* sequente, illa fit in 1. hujus Vesperis de *Die Octava Dedicacionis*, nec de Octava illa non privilegiata Commemoratio, prout declaratum in postrema Breviar. Recognitione Tit. IX. Commemorat. n. 4. Si autem concurrat cum sequente *duplici 2. Classis* etiam Translato, fit omnino in 1. hujus Vesperis *Diei* etiam Octava secum concurrentis Commemora-



ut, uti habetur in Rubric. Gener. n. 7. ubi in ultima Breviarii Recognitione addita leguntur hæc verba: *Si Sequens Festum etiam transferatur fuerit ex solemnioribus supra enumeratis in Rubrica IX. de Commemorationibus in secundo Ordine num. 6.* totum fit de sequenti, cum Commemoratione Octavæ.

Si Festum Semiduplex occurrat in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul Dies Octava Festi Dedicacionis, eo in casu in Vespere Sabbati Antiphonæ, & Psalterium de Festo Semiduplici, à Canticulo autem dicentur de Dominica privilegiata itidem sub Ritu Semiduplici, cum Commemoratione primæ de Semiduplici ( utpote habentis saltem dimidium Vesperarum ) postea primùm de Die Octava; quod hæc in toto Officio die sequenti nihil habeat, nisi meram Commemorationem. *Gayant. & Artaud. in Tit. de Octava.*

Disco 5. Dedicaciones quoque Sacellarum privatorum (quæ vulgò dicuntur *Capella*) intra vel extra Aedes, seu Religiosas, seu Non-Religiosas, existentium, celebrandæ sunt Ritu *Classis*, & cum Octava, si eadem Sacella illa, seu Tempella tunc sint consecrata ad modum Ecclesiarum publicarum ab Episcopo. Ita enim cum Zachar. Pasqualigo, & Brunone Neusser tradit, ac proponit P. Gobat Tr. 3. n. 696. *Append.*

2. à litt. bb. usque ad finem *Appendic.* ubi etiam declarat, à quonam, vel quibus tam in Festo Dedicacionis, quam infra ejus Octavam dicendum sit Officium, & Missa, si ejusmodi Capella spectet ad aliquam Communitatem, v. g. religiosam. Idem Tr. 5. n. 651. proponit, ac resolvit hunc casum: *Collegium nostrum Friburgense in Helvetia habet in Pago, nomine Marsens, elegantem Ecclesiam, dicatam DEO in memoriam S. Ignatii Confessoris: hujus Ecclesia, seu Sacelli Dedicacionis annua memoria celebratur Dominicâ 11. Octobris tanto accursu consentium, & Communicantium, quantum memoravi in Alphab. Sacrif. Cas. 13. Istius Pietatis promovenda ergo advolant vicini Domini Parochi, peractis Missarum solennibus magno manè in proprijs Parochijs, præstantque operam Spiritualem perquam accommodam: ortæ igitur sunt hæc 4. Questiones: I. An Patres nostri, qui è Collegio illuc mitti solent, quini, aut seni ad excipiendas Confessiones piissima Plebis, teneantur recitare Officium de Dedicacione? II. An Sacerdotes, qui advenerant, possent saltem minores Horas dicere conformiter loco. III. An etiam I. Vesperas & Matutinum? IV. An nostri Patres reduces ad Collegium licitè recitaturi essent de Diebus infra Octavam Dedicacionis? Ad I. & II. harum Questionum ibidem n. 652. responder: *Posse, propter Conformitatem cum loco, et non teneri, ob Rationes ibidem pro utraque parte allatas.**

][H2][

Ad



Ad III. responder : eos, qui pridie destinaverant præstare postridianam illam operam, potuisse pridie Dedicacionis Anniversariæ illius Sa- celli recitare I. Vesperas, Comple- torium, Matutinum, ac Laudes de ejusdem Dedicacionis Anniversario, ut ibidem probat; eandemque Re- sponsum etiam extendit ad ca- sum, quò in Pago illo Festum Pa- rocini illius Tempelli ( nempe Festum S. Ignatii, qui ejus est *Titularis* ) quotannis cum legitima Auctoritate transfertur in Domini- cam I. Augusti, quâ ibi, postquam in Collegio ipso die 31. Julij cum Ecclesia universali fuit celebratum, stabiliter celebratur, eò equidem Ri- tu, qui debetur *Patrono* simul, & *Titulari*, admittens, etiam in hoc casu Dominos illos Plebanos, ac nostros Patres posse sub *duplici* 1. *Classis* totum Officium Dominicâ illâ dicere de Confessore non Pontifice, accipiendo Lectiones II. Nocturni ( si qui carent proprijs ) de eodem Communi. Ad IV. denique respon- det Negativè; eò quòd sublatâ causâ tollatur effectus, causâ autem, cur licuerit ipsis celebrare Dedicacionem, erat Existencia in Mar- sens.

Dico 6. Dedicatio Ecclesie Ca- thedralis debet annuè celebrari sub Ri- tu *duplici* 1. *Classis* in tota Diocesi, & in Civitate quidem, in qua sita est *Basilica Cathedralis*, cum *Octava*, in

reliqua autem Diocesi sine *Octava* ex Decreto Sac. Rit. Congregatione de anno 1619. die 2. Maji Gavanti Teste. Tamen autem Regula- res etiam exempti teneantur Festum anniversarium Dedicacionis Eccle- siæ Cathedralis celebrare, saltem quodam congruentia, præsertim si Populare sit Festum, non autem Cleri tantum, ut Tom. 2. f. 8. c. 1. n. 5. observat idem Gavantus, et in- dem pariter sub Ritu dupl. 1. *Classis* ut apud P. Gob. Tr. 5. num. 10. tradit noster P. Carolus Guyer Histo- riolog. L. 2. c. 16. q. 4. ac 5. & in præ- sentia cum *Octava*, ut apud eundem Co- m. Tr. 3. n. 696. Appendic. 3. l. 1. O. cum Ascan Tambur. continet Bruno Neusser : extare tamen pe- hinent Decretum Sac. Rit. Congre- gat. de anno 1662. 8. April. in quo dicitur, eos teneri solummodo illud celebrare sub Ritu *duplici* 1. *Classis*, ac *sine Octava*; saltem extra Civitatem, in qua sita est Eccle- sia Cathedralis. Quod ultimum etiam asserit Gav. loc. citato, non- nempe ad celebrandam illius Festi *Octavam* non teneri, ob Ratio- nem, quam dat *sect. 3. c. 12. n. 6.* & quoad Societatem JESU ibidem testatur Gob. non esse praxin in Ger- mania, nisi ut faciat de Dedicacione Cathedrali sine *Octava* : *Calu- riam* ( inquit P. Claud La Croix Tom. 4. l. 4. n. 1257. ) saltem est praxi- nis jam à multis annis, ut fiat etiam



de illa cum Octava. Porro in Missa  
Dedicationis Ecclesie Cathedralis  
dicendum esse *Credo* per totam Dio-  
cesim, monet in Epitome sua  
Claudius Arnaudus & si quidem  
ea dicatur extra illam Eccle-  
siam, cujus celebratur Dedicatio, o-  
mittenda sunt in Oratione Secreta  
omnia illa verba, quae in ea paren-  
thesi clauduntur.

Dico 7. Si aliquando, aut  
alibi in eundem diem incidant  
Dedicatio propria, & Dedicatio Cathe-  
dralis Ecclesie, eo in loco faciendum  
die illo de Dedicatione propriae  
Ecclesie, non autem de Dedicatione  
Ecclesie Cathedralis. Nam prae-  
ferendam esse in tali casu Dedicatio-  
nem propriae Ecclesie Dedicatio-  
nem Ecclesie Cathedralis apud Ga-  
rat. Tom. 2. sect. 8. cap. 5. num. 6.  
& in ejus Manual. Episcop. V. Eccle-  
siae Consecratio num. 20. definitur Ro-  
ma Roman. Decis. 616. num. 1. & per  
hoc in recentior. par. 1. Unde etiam  
infra utriusque Octavam de  
Dedicatione propriae Ecclesie fiet  
officium cum Commemoratio. Octa-  
vae Dedicationis Cathedralis Eccle-  
siae, die infra Octavam, non impedi-  
ti aliò Festo, celebratae.

Dico 8. Si concurrant, aut  
occurrant diversarum Dedicationum  
Festa, vel Octavae, tunc pro varietate  
Orationum in Officio & Missa, su-  
per ea debet 2. loci, quae assigna-  
ta est ipsi Diei Dedicationis seu Con-

secrationis in Breviario, & Missali ( id  
quod additum fuit Rubricae in po-  
strema Breviarii Recognitione) dem-  
pstris tamen ijs, quae primae Dedicatio-  
ni sunt propria.

Dico 9. A celebrante extra  
Ecclesiam Dedicatam omittenda est  
in Oratione Secreta tota illa Paren-  
thesis: *Ut, quicumque intra Templi hu-  
jus &c.* cum ita expressè jubeat Ru-  
brica marginalis recentior Missa-  
lium. P. Gob. tamen existimat,  
ac probare conatur Tr. 5. num. 788.  
verba illa dictae Parenthesis adhuc  
Verificari, nec proin omittenda in  
seq. casibus: 1. si v. g. quis No-  
strum de Collegio intra Octavam  
propriae Dedicationis celebret in Sa-  
cello domestico ( quoad hoc consentit  
Nonemmo Patri Gobat, si ponatur  
carere propria Consecratione ) aut  
Pradio suburbano, vel aliqua Aede Pa-  
rochiali. 2. Si Clericus incorporatus  
alicui Ecclesiae celebranti anniver-  
sariam hujus Dedicationem celebret  
similiter domi in Sacello, vel etiam  
Ecclesia dissita uno, vel etiam plu-  
ribus milliariibus; sed mihi sequen-  
da videretur Littera Rubricae, ut ja-  
cet.

Dico 10. Si infra Octavam  
propriae Dedicationis occurrat Dedi-  
catio Ss. Apostolorum Petri, & Pauli,  
ex Praescripto Calendarii, ac Breviarii  
Romani 18. Novembr. in univer-  
sali Ecclesia sub Ritu duplici cele-  
branda, tunc Oratio: *DEUS, qui no-  
bis*



his per singulos Dies &c ( in Officio, & Missa dicenda ) non est adhibenda pro facienda Commemoratione de propria Ecclesie Dedicatione, sed pro hac dicenda est Oratio : *DEUS, qui invisibiliter &c.* h. e. ea, quæ dicitur in ipsa die Dedicationis, seu Consecrationis Ecclesie, & extat in Communi Dedicationis Ecclesie 2. locò, demptis tamen juxta superius dicta ijs, quæ primæ Dedicationi, seu Ecclesie consecrationi sunt propria. Ratio 1. partis est; quia ( ut rectè argumentatur Gob. *Tract. 5. n. 784.* ) sicut *Officium infra Octavam Dedicationis* cedit duplici occurrenti, ita & *Oratio*. Ratio 2. Partis est; quia ita expressè præscribit Rubric. propria *Breviar. & Missal. Roman.*

*Queritur 1.* An, quando Festum *Ss. Apostolorum Petri, & Pauli* ( idem est de Festo S. Joan. Baptistæ ) occurrit in *Dominica Dedicationis propria Ecclesia*, illud sit transferendum, & in quamnam diem; an verò transferendum sit potius Festum Dedicationis? Ad hoc quæsitum Respondet P. Gob. *Tr. 3. num. 696. Appendic. 3. lit. f. 3.* Festum *Ss. Apostolor. Petri, & Pauli* &c debere cedere in occurfu diei Dedicationis propriæ Ecclesie, ubi hæc celebratur sub *Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava* ( eò quòd, ut ibidem probat ex Rubricis, *Dedicatio* sit dignior ) atque adèò transferen-

dum illud esse, non verò hanc in tali casu, & quidem non in die proxime sequentem, quæ occurrit Commemoratio S. Pauli, ut eadem volebat, sed in aliam, Occasione 9: Lectionum non impeditam, juxta Stylum Ordinarium Rubric. *De Translation. præscriptum* Quòd si prædicti *Ss. Apostoli, aut Joan. Baptista*, occurrentes in diversariâ Dedicationis Dominice sent *Titular. aut Patron.* tunc obvenies ibidem *lit. g. 3. allatas*, ubi ijs juxta P. Gob. Sententiam præferenda *Dedicatio*: eò quòd, in *Gav. Tom. 2. sect. 3. cap. 8.* cum Communi S. Thomæ docet *Dedicatio* sit præferenda *Parochialis* occurfu. Idem est, si contingat ut eadem die, seu Dominica, quæ alicubi celebratur Festum Dedicationis Ecclesie Cathedralis, simul occurrat aliud Festum ejusdem Ritus, v. g. Festum S. Joannis Baptistæ, vel *Ss. Petri & Pauli Apostolorum* tunc enim, quia per Rubricam *Gen. X. Breviarij n. 6.* in casu, quo duo vel plura Festa ejusdem Ritus eodem die occurrunt, fieri Officium debet de digniori, seu Solemniori, ea verò quæ minoris Solemnitatis sunt, transferri, Festum autem Dedicationis Ecclesie ( excepto Festum assumptionis B. M. V. ) majus est, quàm Festum alicujus Sancti, ut *To. 2. l. 3. cit. c. 8. n. 7.* probat *Garv. Tit. 1. c. 1. §. 1.* & alios ibi citatos, juxta eundem, & alios ibi citatos, in



in ejusmodi casu fieri pariter ultra Octavam, & sine Octava celebrantur, uti Gavantus Tom. 2. S. 8. c. 5. n. 5. loquitur. Ratio autem cur ibi, ubi celebratur Festum Dedicacionis 1. Classis cum Octava, ei cedant in occursum tam Festum S. Joann. Baptista, quam Ss. Petri & Pauli, non item ibi, ubi illud celebratur sine Octava, est hæc; quia eò ipsò, quòd Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis extra propriam Ecclesiam ac Civitatem in Diocesi privetur Octavâ, in eadem quoque Diocesi omni dignitate & solemnitate extrinseca privatur, quam in Civitate & Eccles. Cathedr. alioquin habet; Fest. autem S. Joann. Baptista, & Ss. Petri & Pauli etiam in foro de Præcepto solemnissimè, & cū Octava in Ecclesia universalis celebratur: cū ergo juxta Decretum S. R. C. (quod sub die 27. Decembr. 1698. emanasse ferunt) si occurrerint, vel fuerint transferenda duo Festa ejusdem Ritus, quæ unica die occurrebant, quorum unum sit universale, alterum verò particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, prius fiat de universali, & postea primùm de particulari, nisi obster ratio majoris dignitatis, idè ibi, ubi Festum Dedicacionis Ecclesiæ Cathedralis non celebratur cum Octava, transferendum omnino est in casu, quò occurrit in Festo S. Joann. Baptista, aut Ss. Petri & Pauli. Nec modò dictis obstant verba illa Decreti paulò antè allegati: nisi ob-

stet



set ratio majoris dignitatis; quia accipienda & intelligenda sunt in sensu suprâ insinuato. Et hæc de casu, quò eodem die Festum Dedicacionis Ecclesie Cathedralis, & simul Festum aliud 1. Classis, nempe Nativ. S. Joan. Baptista, aut Ss. Petri & Pauli Apostol. alicubi occurrit. Simili autem modo procedendum est in eorundem quoque Concursum, nempe in casu, quo Festum Dedicacionis Ecclesie Cathedralis immediatè ante, vel post Festum S. Joan. Baptista, vel Ss. Petri & Pauli juxta Tabellam Concurr. n. 6. & Rubr. Gen. XI. n. 2. celebratur: tunc enim in Ecclesia Cathedrali, & ubi Festum Dedicacionis celebratur sum Octava, habet istud utrasque Vesperas integras cum Commemoratione Festi præcedentis, vel sequentis 1. Classis, in Diocesi verò extra Ecclesiam Cathedrali, ubi non habet Octavam, Festum 1. Classis præcedens vel sequens habet utraque Vesperas integras cum Commemoratione Dedicat. ob Rationes alibi adducendas. & antè adductas.

Quia Occurrente eodem Die Dedicacione particular. propria Ecclesia, & simul Dedicacione Ecclesie Cathedralis, præferenda est Dedicatio propria Ecclesie, translatò Festò Dedicacionis Ecclesie Cathedralis in diem primam non impeditam. Gav. Tom. 2. f. 3. c. 5. n. 6. ideo id similiter observandum circa Festum Patroni Titularis Ecclesie; quia sicut Festum Dedicacionis

propria Ecclesia, ità & Festum Patroni Titularis Ecclesie, majori cum solemnitate in particulari illa Ecclesia celebratur, quàm in ea foret celebranda Dedicatio Cathedralis Ecclesie, ac ità Decretum ferunt à Sac. Rit. Congregatione. 20. Julij 1681. Si autem in occursum Festum Dedicacionis præfertur Festo Ss. Petri & Pauli &c. tunc etiam eorum Octavæ præferretur Octava Dedicacionis, v. g. in casu, quò prioris Octava miscetur Octava posterioris, uti interdum contingit in Niponti, ubi Festum Dedicacionis aliquando occurrit infra Octavam Ss. Petri & Pauli, ac proinde eorum infra Octavam, quibus non de Festo 9. Lectionum, sicuti Officium & Missa de Octava Dedicacionis, & Octava verò Ss. Petri & Pauli currente solummodo Commemoratione. Vide dicta Tit. præced. & c.

Quæritur 2. An, quando in Parochiale Veteris, sed adhuc in partibus Ecclesie, translaturum est ad aliam Ecclesiam, de novo, ac loco commodiore ædificatam, Dedicatio veteris Ecclesie etiamnum, ut dixi, statim adhuc debeat quotannis celebrari Ritu duplici. 1. Classis & cum Octava? Responder cit. Gob. Tr. 1. p. 696. append. 3. affirmative, idque ob Rationes ibidem allatas à Lit. f. 3. usque ad Lit. f. 3. ubi quoque dicitur à quo tam in Festo Dedicacionis illis Ecclesie, quàm infra ejus Octava



dicendum sit Officium, & Missa.

*Queritur 3.* An Dedicatio anniv. cujuslibet Ecclesie, etiam solummodo *Benedicta*, quotannis celebrari possit, ac debeat cum Officio, & Missa? *ꝛ.* Affirmativam quidem sententiam teneri à P. Quinranadrennas, & Brunone Neusser apud P. Gob. *Tract. 3. num. 679. & num. 686. Appendic. 3. lit. O. 3.* non obstantibus illis verbis Collectæ: *Consecrationis reparas diem* (ed quod verbum *Consecrationis* idem sonet latinè, ac: *Consecrationis*) sed rectius à P. Gobat, ante pro se P. Carolum Guyet *l. Theologia c. 3. q. 4.* non modò obligationem, sed etiam *Licentiam* negari: ed quod horum Sententiaè præferatur Praxis Romana Teste P. Gobat.

*Queritur 4.* Quando celebranda sit *Dies anniversaria Dedicatio* ed annò, quò *Dominica I. post Epiphaniam* (ei celebrandæ aliquam ab Episcopo Consecratore in Templi Consecratione alicubi designata) incidit in *Diem Octavam Epiphaniæ*, contra quodcunque Festum, etiam *Dedicatiois*, ac *Tituli Basilicæ*, privilegiatam? *ꝛ.* Ad hanc questionem jam responsum à nobis supra *P. I. Tit. De Dominica I. post Epiph.* tum etiam *P. II. die 13.* tum fuisse conformiter resolutioni docti, ac ingeniosi cujusdam Reventoris apud P. Gob. *Tract. 3. num. 686. Append. 3. à Lit. K. 3.* eam resolven-

tis, cum hic Oeniponti ipsissimus occurreret hic casus, die anniversaria Dedicatiois Templi nostri in cidente in *Diem Octavam Epiphaniæ*: id quod toties contingebat, quoties *Dominica I. post Epiphaniam* (quæ ab Episcopo Consecratore assignata fuerat pro anniversario Dedicatiois celebrando) in *Diem Octavam Epiphaniæ* incidebat. Postquam autem anno 1710. annuente per Sac. Rit. Congregat. Sede Apostolica Celsiss. ac Reverendiss. Loci Ordinarius Anniversarium nostræ Dedicatiois Festum ob justas alias causas stabiliter transtulit in *Dominicam*, quæ intra *Mensem Julium* omnium proxima cadit *Festo Visitationis B. M. V.* ideo respectu memoratæ Basilicæ nostræ Oenipontanæ cessat modò quæstio, ac Controversia de celebrando ejus anniversario in casu, quò anniversarius Dedicatiois incidere in *diem Octavam Epiphaniæ*.

*Queritur 5.* Quomodo in loco, in quo Dedicatio propriæ Ecclesie incidit quotannis in ipsum *Festum Ss. Innocentium MM.* Ordinandum sit Officium, & Missa tam ipsius *Festi Dedicatiois* ed die occurrentis, quam etiam *Ss. Innocentium* in diem aliam translati? *ꝛ.* Ad hoc quæsitum ad mentem Gayanti responsum à me fuisse jam supra *P. II. ad diem 28. Decembr.*

*Queritur 6.* An, quando *Festum*



festum Assumptionis B. V. incidens in Sab-  
 barum in secundis suis Vesperis con-  
 currit cum sequenti Festo Dedicationis,  
 incidente in Sequentem Domini-  
 cam, Vesperæ in Festo Assumptio-  
 nis sint integræ dicendæ de Festo  
 Assumptionis, an verò de Festo sequen-  
 te Dedicationis? R. conformiter jam  
 supra dictis: Tamen P. Gob. Tr.  
 5. n. 658. in Appendice appendicis exi-  
 stimer, intergras dici posse de Festo  
 Dedicationis, mihi tamen probabilius,  
 & Rubricis Conformius videri, si  
 integræ dicantur de Festo Assumptio-  
 nis: nam juxta Tab. concurrentia  
 Duplici 1. Classis concurrente cum  
 aliò duplici 1. Classis subsequente  
 Vesperæ quoque secundæ integræ  
 dicuntur de Digniori, Commemo-  
 ratio verò duntaxat de minùs digno:  
 atqui Festum Assumptionis B. V. est di-  
 gnus, quàm Festum Dedicationis Ecclē-  
 siæ (uti colligere est ex Gav. To. 2.  
 sect. 3. cap. 8. n. 6. & 7. necnon ex  
 c. 9. n. 3.) ergo sicut in Occursu Fe-  
 sto Assumptionis cedit Festum Dedi-  
 cationis (uti manifestum est ex  
 Tabula occurrentiæ) ita & in utri-  
 usque concursu eidem cedere debet  
 Festum Dedicationis integras 1. Ve-  
 speras, & solâ istud esse contentum  
 sui Commemoratione, ob Rationes  
 II. cc. à Gav. adductas, quem pro  
 mea stare Sententia, satis indicat  
 citatus Gobat lit. II. & X. Idem di-  
 co de casu, quo Festum Dedicatio-  
 nis in 2. Vesperis concurrat cum Fe-

sto Assumptionis; nam etiam  
 (& quidem à fortiori) integræ Ve-  
 speræ dicendæ sunt de sequenti Fe-  
 sto Assumptionis, actantum facien-  
 da Commemoratio de præcedenti  
 Festo Dedicationis. Uterque dicto-  
 rum casuum contingit in  
 Suazij in Tyroli, de quo jam supra  
 & rursus infra.

Queritur 7. Quid respon-  
 dum ad sequentem casum, an  
 1711. datis ad me litteris mihi po-  
 positum? Dominicâ II. post Palmam  
 alicubi consecrata est ab Episcopo  
 quorundam Religiosorum nova Ec-  
 clesia: duravit functio Consecra-  
 tionis ferè usque ad meridiem  
 illius Dominicæ: porro occasus  
 hujus Cæremonie ortum est  
 dubium: An scilicet Religiosi illi  
 pridie consecrationis potuerint præ-  
 mas Vesperas, & postredie Ma-  
 num, ac Laudes cum reliquis Ho-  
 ris dicere de Die Dedicationis? Ad  
 item in privato Sacello, Aræ ubi  
 qua antecederet consecrata possunt  
 dicere Sacrum de ipsa Dedicatio-  
 ne eò Tempore, quò Consecra-  
 tio actu durabat, & necdum  
 completa? Ad utramque  
 Dubij partem respondendum videtur  
 affirmativè, loquendò de casu  
 hic posito, quò nempe Consecratio  
 seu Dedicatio Templi (quæ vocatur  
 Tabula juxta Gavant. Tom. 2. sect. 3. n.  
 5. n. 2. sunt Synonima) non sit  
 aliquo Festo, aut Dominicâ, contra  
 quod-



quodcumque aliud Officium privile-  
 gatum, v. g. Dominicâ in Albis, aut  
 feria II. vel III. Pentecostes, sed  
 festo, vel Dominicâ aliquâ minore,  
 qualis est *Dominica 2. post Pascha.*  
 id Officium enim quod attinet pos-  
 sibile illud dici à primis Vesperis usque  
 ad Completorium sequentis diei in-  
 clusivè, colligi videtur omnino ex  
 illa Rubrica, quæ extrat tam in Bre-  
 viario Romano in *Communi Dedicatio-  
 nis Ecclesie* ( ubi de 1. Vesperis, &  
 Laudibus Dedicacionis ) quam etiam  
 in Missali Romano post Missam  
*Anniversario Dedicacionis §. 2.* In  
 eorum Rubricarum primâ cum tam  
 in Vesperis (NB.) quam in Lau-  
 dibus *pro ipso die Dedicacionis Ecclesie,*  
*de per hujus Octavam* expressè præscri-  
 bitur Oratio in Officio recitanda,  
 diversa ab ea, quæ in Officio di-  
 cenda est in *Die Anniversario Dedicacionis,*  
*ac per istius Octavam;* & in se-  
 cunda *pro ipso die Dedicacionis* non  
 minus præscribitur *Missæ* in eo di-  
 cenda, quam *pro die Anniversario Dedicacionis,*  
 cum diversis tamen Ora-  
 tionibus in utriusque diei *Missæ* di-  
 cendis, manifestè supponitur 1. da-  
 tum, in quo tam Officium, quam  
*Missæ* dicenda sit de *ipso die Dedicacionis,*  
 & de *hujus Octava;* ad quid  
 enim alioqui tam in Officio, quam  
 in *Missæ pro die ipso Dedicacionis,* & *pro*  
*hujus Octava* in *Communi,* ut vocant,  
 præscriberetur in Breviario,  
 & Missali peculiaris Oratio?

Supponitur 2. etiam 1. Vesperas in  
 ejusmodi casu dicendas esse pridie  
 Consecrationis de die subsequente  
 Dedicacionis, seu Consecrationis;  
 ad quid enim aliàs Breviarium præ-  
 scriberet etiam in 1. Vesperis Ora-  
 tionem dicendam *pro ipso die,* ut ibi  
 loquitur, *Dedicacionis?* Nec refert 1.  
 quòd pridie, & manè subsequò ante  
 absolutam Consecrationem nondum  
 sit *Consecrata Ecclesia;* sicut enim pri-  
 die diei Festi, quò aliquis S. Con-  
 fessor obiit, uti & per subsequen-  
 tem Octavam citra Inconvenientiam,  
 ac falsitatem, dicitur: *Hic die*  
*letus meruit beatas Scandere Sedes*  
 ( quia nimirum hæc Verba dicun-  
 tur relatè ad Tempus, quò reip-  
 ta Verificantur, & fictione Juris, ut i-  
 tà dicam, Ecclesiastici tam Vesper  
 præcedens, quam Octava subsequens  
 habentur pro uno, eodèmq; mora-  
 liter Tempore, sive die, licet non  
 pro singulis ejus partibus æqualiter  
 Verificentur ) ità & hic suò modò  
 contingit. Neque refert 2. quòd in  
 Postcommunione *Missæ* in ipsa die  
 Dedicacionis dicendæ Verba illa  
*Ut in hoc loco, quem Nomini tuo indi-  
 gni dedicavimus,* soli videantur con-  
 secratori celebranti, alijs verò ad  
 summum non nisi post Templi  
 Consecrationem celebrantibus con-  
 venire: quia sicut in Oblatione ca-  
 licis ante hujus Consecrationem ci-  
 tra absurdum dicitur, ac sine omni  
 falsitate: *Offerimus tibi Domine Cali-*  
*cem.*



tem salutaris, ita etiam sine absurdo ac fallitate ante peractam Templi Consecrationem in dicta Oratione dicitur: *Quem Nomini tuo dedicavimus*; cum sicut illud (ut doctè exponit Illfung agens de *Sacrificio*) ita & hoc in suo sensu Verificetur; & sicut, quando in Canone dicitur: *Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, Tò offerimus, & Tò offerunt* alium sensum habet respectu *Celebrantis*, & alium respectu *Procurantis* Sacerdoti, aut *Cooperantis* ad illud, ita & hinc Tò *Dedicavimus* sub modò & ei, qui re ipsa Consecravit Templum, & ijs, qui ad ejus Dedicacionem suà vel operà, vel Intentione, aut votis, quibus illud divino cultui (eò ferè modò, quò quis aliquem Librum suo Patrono) destinaverunt, ac dedicaverunt, si non explicitè, saltem implicitè concurrerunt, omnino convenit. Quòd autem Rubrica Breviarii, & Missalis Romani assignans peculiarem Orationem dicendam in *Officio*, & *Missà* die ipsa Dedicacionis, non concernat solum Episcopum Consecratorem, patet 1. ex eo, quia, si hunc tantum concerneret, non esset ratio orationem illam cum sua Rubrica ita absolute ponendi in ipso Breviario omnibus Communi, & quidem eò locò, ac modò, quò ponuntur Rubricæ, & Orationes omnibus ad dicendas Horas obligatis Communes, sed deberent potius poni vel in solo Pontifica-

li, aut *Ceremoniali* Episcoporum, ita alias *Consecrationis* *Ceremonias*, vel addi in ipso Breviario limitatio solum Episcopum Consecratorem cum ergo Rubrica, seu Jus Ecclesiasticum non distinguat, nec non distinguere debemus. Patet ubi riuò 2. id etiam ex eo, quòd Rubrica Breviarii sæpiùs allegata dicitur Orationem illam dicendam esse Vesperis ipsius diei Dedicacionis, per ejus Octavam: sed qui Officium diei Dedicacionis ab hinc Vesperis, & per ejus Octavam celebrare debent, non sunt Episcopi (quod enim ad hunc *Octava*? sed in Sacerdotes, ad quos spectat Ecclesiasticam Consecrandam: ergo hi, & non Episcopus, non modò possunt, sed etiam debent illud recitare à 1. Vesperis, & per Octavam diei Dedicacionis, quando aliunde non stat.

Quòd autem etiam *Missæ* *privata* dici possint in ejusmodi Dominica de die Dedicacionis, non modò post, sed etiam ante hujus consecrationem, id indidem, ac ex modò dictis sequi videtur: quia enim die illo, quò dedicatur, seu consecratur Ecclesia, absolute licitum celebrare Missam de Dedicacione Religiosis, ad quos spectat Ecclesia ante Consummationem Dedicacionis, non erit ipsis illicitum in quovis Loco ad celebrandum idoneo die illo Missam dicere de *Dedicacione*.



Limitavi tamen meam Sententiam, & excepi dies contra Officium quodcumque aliud vi Rubricarum privilegiatos, quales sunt v. g. Pentecostes cum primis duobus diebus sequentibus, Dominica in Albis, & Dominica I. Adventus etc. nam si in horum aliquo Consecraretur aliquod Templum, observanda esset Rubrica Generalis VI. Missalis recogniti Romæ num. 1. & respectivè, quæ tradit Cæremon. Episcop. ac Tobias Corona Clericorum Regular. D. Pauli. Quoniam juxta dictam Missalis novi Rubricam ejusmodi dies sunt privilegiati contra quodcumque Officium, nam 1. Classis, etiam Dedicacionis, ut Patroni, ideo, ut aliàs ex Gav. manui, rogandus Episcopus Consecrator in tali casu, ut ad celebrandum anniversariam Dedicacionem Ecclesie decernat aliam diem, nempe vel eam Dominicam proximiozem, vel aliam diem aded commodam, & in tale Festum, aut Dominicam privilegiatam non incidentem; ut sic, quin unus alterius celebrationem impediatur, possint etiam Octava liberè celebrari, & Populus, præsertim rusticus, majori frequentia colere Festum queat: ità namque decretum fuisse ajunt à Sacra quadam Congregat. Romana 19. Febr. 1585. Extra actum verò Consecrationis non posse ampliùs Festum Dedicacionis mutari inconsulta Sede Apo-

stolica, pariter Sacr. Rit. Congreg. apud Gavantum jam suprà cit. decrevit. Ex Congreg. Episcop. Decreto verò de anno 1593. 13. Sept. debent Reliquiæ, locandæ in Altari in hujus Consecratione, esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum.

De Origine, Ritūque dedicati Ecclesias, seu Tempia, nec non de Modo celebrandi tam ipsum Festum Dedicacionis, quàm diem ejus anniversarium &c. ( & quidem ex obligatione seu præcepto, fundato in Jure Canonico c. Solemnitates 16. & 17, ubi Glosa, de Consecr. dist. 1. ) Eruditiones varias vide apud Joan. Clericorum in Decisionib. de Sacros. Missæ Sacrific. Decis. 41. totà; atque etiam apud Bissum in Hierurgia Verb. Dedicatio Ecclesie n. 51. Castaldum in Praxi Cæremon. Libro 2. sect. 13. à c. 4. Gavantum Tom. I. P. 4. Tit. 16. à n. 9. usque ad fin. Tituli: item Tom. II. sect. 8. c. 5. n. 1. & 7. ac Auctores ab eo citatos, nominatim Tobiam Coronam P. I. cap. 7. nec non Gulielm. Durandum in Rationali divinor. Officior. ac Joan. Stephan. Durantum de Ritib. Eccles. Cath. hic &c. Idem Gav. in Manuali Episcoporum ( ejus Commentarijs in Rubric. apprimi solito ) tradit complura alia in extruendis & Consecrandis Ecclesijs ac Altaribus observanda, verbò: Altare, & Verbò: Ecclesia, item Verbò: Ecclesia Consecranda



P. III. T. IV. De Modo, ac Ritu celebrandi Octava: Festorum.  
De Ecclesiarum & Altarium cition. 40. de Miss. Sacrific. u. 3.  
Edificatione eruditè quoque ac fuse a sequentib.  
git paulò antè citat. Clericatus De-

## TITULUS IV.

### De Modo, ac Ritu celebrandi Octavas Festorum.

**D**E Origine OCTAVARUM, hoc est, More antiquissimo per Consequentes *Octo Continuos dies* Festa quædam celebrandi, Hæbræis primùm, mox Christianæ Ecclesiæ divinò consiliò tradito, nec non de earum *Causis*, Fine præsertim, *Mysterijs*, ac *Ritu*, perquam erudita tradit Barthol. Gavantus in Præfatione ad Octavarium Romanum, cum Sac. Rit. Congregation. eximia approbatione ab eodem elaboratum: item *Tom. I. Thesaur. Sac. Rit. P. 4. Tit. 13. n. 8. & 9.* nec non *Tom. II. sectione 3. c. 8.* uti & AA. ab illo dictis locis citati. Nos ea tantùm in medium hic afferemus, quæ, pro Ordinandis *Officio*, & *Missæ* per illorum Festorum *Octavas*, quæ, quò *solenniora* fiant, *Octavis* gaudent (uti in Ecclesia universalis gaudent omnia duplicia 1. *Classis*, & aliqua etiam 2. *Classis*, non autem gaudere queunt his inferiora) *Breviarium*, & *Octavarium Romanum* *Tu. de Octavis* observare jubeant; sunt autem sequentia:

I. Quia per Propos. 23. ad Dulphi Tungrensis *Octava* aliter est, quàm *Prorogatio Festi*; idcirco omnes *Octave* pro una Festiva Computantur per ejusdem Radulphi Propos. 23. ac proinde eò nobilitate est Octava, quò minus interrupta à Festis aliorum. De reliquo sunt *sollemniores*, quarum dies Festi est *sollemnior*: Quænam autem pluribus vel *occurrentibus*, vel *concurrentibus* sit dignior altera, indicetur, Vide etiam *Dicta Tit. præfatione*.  
II. *Festa*, quæ cum *Octava* impræsentiarum celebrantur, & contra quæram *Octavas* post edictum Iussu Pij V. *Breviarium*; nulla aliter adduci *Octava* potest sine ipsius Solis Apostolicæ Auctoritate, enumerantur à *Breviario Rubr. VII. Genes. sequentia*: *Pascha Dominica* & *Epiphaniæ*: *Ascensio Domini*: *Pentecostes*: *Sollemnitas SS. Corporis Christi*: *Nativitas Domini*: *Epiphaniæ Domini*: *Nativitas S. Joan. Baptistæ*: *Festum S. Petri & Pauli Apostolorum*: *Festum S. Martini*: *Assumptio B. M. V. Mariæ*.



Idem: *Festum Omnium Sanctorum*: Idemque est de Octavis nondum ab-  
 ceptio B. M. V. ex Decreto Inno-  
 centii XII. *Festum S. Stephani* Pro-  
 phetae, S. Joani Apostoli & Evangelista:  
 Innocentium MM. *Festum Dedicatio-*  
*nis propria Ecclesia*: *Festum principalis*  
*Locus, & Titularis Loci, vel Eccle-*  
*siæ, ac denique, uti habetur in ca-*  
*tera Rubrica Festa alia Sanctorum,*  
*quæ apud quasdam Ecclesias, Con-*  
*gregationes, & Religiones consueve-*  
*re solebant* *cum Octavis celebra-*  
*ri (uti Fundatoris Religiosi Ordinis, qui*  
*etiam eos Religiosos Patrono prima-*  
*riæ æquiparatur) nisi Festa illa*  
*occurrant in Quadragesima, h. e. infra*  
*Tempus, quod est à Feria IV.*  
*post Pascham usque ad Pascha, seu Domi-*  
*nicam in Albis; aut intra illud, quod*  
*est à die 17. Decembris usque ad Epi-*  
*phaniam: quibus Temporibus omittitur*  
*Officium (ob Congruentias*  
*inducendas) cujuscunque Octava*  
*particularis, secluso Speciali Sedis*  
*Apostolicæ Privilegio (quale omni-*  
*bus singularibus pro S. Benedicto ha-*  
*betur apud P. Gob. Tr. 5. n. 658,*  
*etiam P. Georgius Geisser ex Or-*  
*dine S. Benedicti) ut dicitur ibidem,*  
*unde si aliquod Festum, quod alio-*  
*quin celebrari solet cum Octava,*  
*occurrit ante Quadragesimam, aut ante*  
*diem 17. Decembris venerit, & jam*  
*ante aliquot dies factum sit Officium*  
*ejus Octava, adveniente prædi-*  
*cto Tempore nil amplius sit de Oc-*  
*tava, nequidem Commemoratio;*

Idemque est de Octavis nondum ab-  
 solutis, quando supervenit *Vigilia*  
*Pentecostes; cum enim à Vigilia Pen-*  
*tecostes usque ad Dominicam Trinita-*  
*tis propter solennitatem Festi Penteco-*  
*stes omne aliud Festum, etiam De-*  
*dicacionis, & Patroni, excludatur*  
*multò magis decet ipsas etiam dies*  
*Octavarum similium Festorum ve-*  
*lut tantum semiduplicia excludi;*  
*adveniente igitur dictâ quoque Vi-*  
*giliâ usque ad finem Octavæ Pente-*  
*costes pariter cessant omnes Octavae*  
*particulares, antea forsan alicubi in-*  
*choatæ, ita, ut si dies ipsa Octava a-*  
*licujus Festi incidat in eam, tunc e-*  
*tiam in pridianis hujus Vesperis nil*  
*amplius quid fiat, ne quidem Com-*  
*memoratio, de Octava, eò ipsò*  
*quòd sequenti die nil faciendum sit*  
*de die Octava, de qua tamen debe-*  
*rent alioqui dici vel ipsæ primæ e-*  
*jus Vesperæ, vel fieri saltem Com-*  
*memoratio de illa, si integræ de ea*  
*dici non possent, ut alibi dictum.*  
 Quodsi verò non ipsa *dies Octava*  
 sed *dies aliqua ex sequentibus infra*  
*Octavam (nempe vel Secunda, vel*  
*Tertia, vel Quarta, vel Quinta, aut de-*  
*nique Sexta) alicujus Festi incidat*  
*in Vigiliam Pentecostes, vel in diem Ci-*  
*nerum, vel in diem 17. Decembris,*  
 tunc, quia Vesperæ pridianæ non  
 tantum sequenti diei infra Octavam  
 tanquam Vesperæ primæ, sed etiam  
 præcedenti diei tanquam *Secundæ* de-  
 bentur, equidem non perinde, ac



in priori casu, nil amplius pridie dictarum dierum faciendum erit de hactenus currente Octava in illis pridianis Vesperis, ut pariter alibi dictum; cum pridie dictarum dierum nondum currat illud Tempus, in quo juxta Rubric. de Octav. nil amplius fieri debet de Octava.

Ex dictis rectè colligit Arnaudus: non posse fieri Festum tam Canonizationis, quàm Beatificationis cum Octava, seclusâ Licentiâ Sedis Apostolicæ. Colligitur 2. Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione Corporis, vel insignis Reliquiæ, non propterea habere Octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica, id quod definitum quoque ajunt à S. R. C. 1653. 12. August.

III. Octavarum aliæ sunt privilegiata, aliæ non privilegiata: ex privilegiatis verò aliæ magis, aliæ minus privilegiata: unde Octavarum differentia ad 4. Classes, seu Gradus potest revocari. In 1. Classe sunt duæ, nempe Octava Pascha, & Pentecostes, in quibus non fit aliquid de ullo alio Festo, aut alicujus Festi Octavâ, nequidem Commemoratio, nisi Festi Simplicis (sine aliqua tamen de eo Lectione) si tale infra illas post primum earum Triduum occurrat: tres autem primi dies hujus utriusque Octavæ, tanquam Festa duplicia 1. Classis, etiam Festi Simplicis Commemorationem, & à fortiori ulti-

mam de eo Lectionem ab Officio excludunt. In 2. Classe est Octava Epiphania, admittens tantum Festum Patroni principalis, itémque Festum Titularis, & Dedicacionis Ecclesiæ, diebus infra ipsam occurrentibus celebrari (cum Commemoratione tamen ipsius Octavæ Epiphaniæ tam in Missa, quàm in Officio) non autem id permittens in ipsa die Octavæ, in hac enim cum specialiter celebratur BAPTISMUS CHRISTI, nec Festum Patroni primarij, nec Titularis Ecclesiæ, nec Dedicacionis ejusdem per hanc General. X. n. 2. licet in illa celebrare. Unde & Octava 1. Classis à Dubicistis vocatur: admittit tamen Commemorationem Festi Simplicis, in autem etiâ 9. de eo Lectionem, & scussum est alibi. In 3. Classe est Octava SS. Corporis Christi, quæ duplicia tantum Occurrentia, non autem translata admittit, nisi (ut in pro- strema Breviarij Recognitione observatum est) sint altioris Ordinis, hoc est Solemniora 1. Classis, uti 1880. Decembr. à Sac. Rit. Congregatione declaratum ferunt. Tamen hoc tamen, quàm in illorum Officiis, in Missa semper facienda est Commemoratio Octavæ. Infra Octavam SS. Corporis Christi poterat olim non modo fieri Commemoratio de occurrente Festo Simplicis, sed etiam legi de eo 9. Lectio, siquidem propriam habebat, & fieri ex duabus una, si duas octavæ ejusmodi habebat; at verò ex hoc



Officio et  
est Octava  
tantum  
itemque  
tionis  
occurrentia  
memoranda  
iphanie  
) non  
Octava  
lter  
nec  
ularis  
n per  
illa  
Classi  
mittit  
Simpli  
tionem  
3. Classi  
que  
non  
( ut  
gnitione  
Ordin  
uti  
ongregat  
am  
m  
est  
Octava  
im non  
occurr  
legi de  
am hab  
si  
verò ex  
bi

ac Dispositione nova Sacr. Rit. congregation. infra Octavam Corporis Christi adhuc quidem fieri potest debet Commemoratio Festi Simplicis, non tamen infra illam potest amplius dici nona Lectio de Festo simplici, nisi in casu, quò sit Officium duplex de alio Sancto, dummodo Festum illud non sit duplex 1. Classis hoc enim aliunde omnem Festi simplicis Commemorationem juxta, ac rationem à se excludit ) cessante nimirum tunc Ratione, ob quam alioquin infra Octavam Corporis Christi non esse legendam de simplici Lectionem Sacr. Congregat. deditur, ut supra P. I. dictum; ubi etiam disceptatum 1. An non ob similitudinem, vel etiam identitatem Rationis similiter dicenda sit 9. Lectio de Festo Simplici ( si propriam, unamque duplicem, habeat ) infra hanc Octavam occurrente tunc, quando Officium infra hanc Octavam sit de Festo infra Octavam SS. Trinitatis in eo loco, ubi SS. Trinitas est Titulus Tempis, adeoque celebratur cum Octava: quæ Octava cum juxta Octavam Romanam sit dignior, quam Octava Corporis Christi, ideo Feria Sabbato post Festum SS. Corporis Christi Officium, & Missa non dicuntur de Octava Corporis Christi, sed de Octava SS. Trinitatis, cum illius Præfatione in Missa, cum Commemoratione tamen Octava Corporis Christi in Officio, & Missa. 2. An

non ob eandem Rationem dicenda quoque sit 9. Lectio de Simplici occurrente propria tunc, quando Festum simplex occurrit in Dominica infra Octavam Corporis Christi? Quod utrumque Dubium etiam supra die 22. Junij P. II. occasione Festi S. Paulini &c à me propositum, & aliquatenus est discussum.

In 4. denique Classe sunt reliquæ Octavæ, quæ Festa quæcunque, non modò occurrentia, sed etiam translata, & ista non tantum, si sint duplicia, sed etiam, si sint semiduplicia, cum hoc tamen discrimine admittunt, ut de duplicibus tam ante, quam intra Octavam translatis fieri possit Officium quacunque die infra hujusmodi Octavam, Festo alio 9. Lectionum, aut Dominicâ occurrente non impedita: at verò semiduplicia in ijs occurrentia non patiantur ultra unum diem transferri, ut de semiduplici in Dominicâ infra Octavam occurrente expressè indicat Rubric. X. General. de translatis. Festor. n. 5. jubens Festum Semiduplex in Dominica infra hujusmodi Octavas non privilegiatas occurrens transferre in mox sequentem diem, seu Feriam II. que si fuerit Festo alio duplici, vel Semiduplici impedita, jubet prædictum Festum Semiduplex, veniens in Dominica, transferre post Octavam, ita, ut Festum Semiduplex ( sunt verba Rubricæ ) infra Octavam non transferatur nisi in proxime sequentem diem. An ve-

[[ Pars III. ]]

10



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



rō idem quoque fit intelligendum  
 de Feflo Semiduplici, alia die in-  
 fra hujusmodi Octavam, Feflō a-  
 liō duplici aut semiduplici impeditā oc-  
 currenre, pariter in proximam diem  
*infra eandem Octavam* vi hujus Ru-  
 bricæ transferendo, an verò id ex-  
 tra Dominicam *infra* hujusmodi Octa-  
 vam occurrens die aliquā Feflo 9.  
 Lectionum impeditā, non perinde  
 fit celebrandum *die proximā* infra O-  
 ctavam Feflo 9. Lection. non impedi-  
 tā ( uti fit, quando cadit in Domi-  
 nicam *infra Octavam* ) sed fit trans-  
 ferendum tunc *post Octavam* ? inter  
 Auctores juxta alibi dicta, & infra  
 dicenda controverti reperio. Non  
 esse transferendum in tali casu  
*Feflum semiduplex* in diem proximam  
*infra Octavam* Feflō 9. Lectionum  
 non impeditam, sed omnino post  
 Octav. cenfer P. Gob. *Tr. 5. n. 658. in*  
*Appendice Append. litt. r. suamque*  
*Sententiam* Rationibus ex Principijs  
 utriusque Juris, & ipsis etiam Ru-  
 bricis, ac præcipuo Rubricarum In-  
 terprete Gavanto petitis, stabilire  
 conatur : & verò spectando Ratio-  
 nem, uti & finem Rubricæ de non  
 transferendo *ultra unum diem* Feflo  
 Semiduplici in Dominica *infra Octa-  
 vam* occurrenre, sed eo tunc *transfe-  
 rendo post Octavam* ( ne alioquin, ut  
 notat Gav. *Tom. 2. f. 3. c. 10. n. 4.*  
 Octavæ numero dierum, quibus de  
 ipsis fiat Officium, nimis minuamur )  
 mihi quoque olim Gobari Sen-

tentia admodum fundata apparebit  
 quia tamen contraria aliorum Sen-  
 tentia ( quòd scilicet *Feflum semidu-  
 plex*, occurrens etiam *extra Domini-  
 cam*, in Feflo v. g. duplici, *infra* O-  
 ctavam *non privilegiatam*, non fit trans-  
 ferendum post illam, quando die  
 immediatè sequens alio Feflo du-  
 plici vel semiduplici impedita non  
 fuerit, sed tunc perinde fit faci-  
 dum de eo Officium die immedi-  
 tatè sequenti, ac quando incidit in  
 Dominicam ) suas quoque habet  
 Rationes, uti videre est apud P. To-  
 biam Lohner, ejus Patronum, *infra*  
*pract. II. P. I. Tit. 3. n. 2.* & eam  
 hujusmodi casu omnino esse peten-  
 candam, decisum esse à Sac. R.  
 Congregation. 3. Septembr. 1678.  
 restatur solertissimus quidam, ac  
 insigniter peritus Rubricista apud  
 P. Claud. La Croix *Tomul. 7. n. 20. ff.*  
 ac denique accedit Auctoritas Co-  
 vanti, qui licet *sect. 3. tit. 6. fo. 10. n.*  
 4. videatur favere priori Sententia,  
 aut certè obscurius loqui, cap. 11.  
 men 8. n. 3. expressè tradit & ipse  
 Sententiam posteriorem, dum ait :  
 In 2. Casibus *infra Octavam*, admittit  
 tentem *Feflum semiduplex*, fieri de  
 miduplici, etiam *translato* : Primo  
 licet, quando *semiduplex* occurrat in  
 Dominica. Secundo, quando *Semidu-  
 plex* occurrat in Feflo *Ascensionis*, aut  
 alio Feflo simili majore, quod in Ec-  
 clesia universalì, vel aliqua particu-  
 lulari habet *Octavam* : tunc enim



transfertur, inquit, Semiduplex, in diem  
proximè sequentem (si non est impedita)  
illas Octava, infra quam occurrit;  
sic in hoc quoque casu fit infra  
Octavam de semiduplexi translato, ad  
num ramentantummodo diem,  
nempe proximè sequentem, perin-  
des, ac taliter fit de eo, quando oc-  
currit in Dominica infra Octavam non  
privilegiata, ideo & ego, motus  
auctore auctoritate, censeo, postero-  
ri in Praxi sequendam esse Sen-  
tentiam: ad quam amplectendam  
et tandem quoque movet juxta di-  
P. I. Tit. de Festo Ascensionis, &  
II. die 26. Junij, non modò Au-  
thenticas, ac Exemplum Directorij  
Romani, quod Festum semiduplex  
S. M. Joannis, & Pauli ( occur-  
rit semper infra Octavam Nativi-  
tatis S. Joann. Baptistæ ) cum annò  
1710. die sibi proprio, nempe 26.  
Junij, ob occurrentem tunc diem  
Octavam SS. Corporis Christi celebra-  
re non posset, eò annò transtulit in  
diem proximam subsequenter,  
nempe 27. Junij, quæ erat dies  
infra Octavam Nativitat. S. Joan.  
Baptistæ, sed etiam, ac vel maximè  
auctoritas ipsius Sac. Rit. Congre-  
gation. à quâ ita fieri debere in hu-  
jusmodi casu Decretum fuisse testa-  
tur Henricus Pisart Locis citat: à me  
allegatus. Cæterùm Gavantus re-  
f. n. 3. citato observat, Rubricam  
General. VII. loquentem de Octavis  
4. Classis, hoc est admittentibus di-

etò modò semiduplexia etiam translata,  
non esse intelligendam de semidupli-  
cibus occurrentibus ante Octavam die  
aliquo impedito, sed de occurren-  
tibus in Festo, aut Dominica infra O-  
ctavam, & de translatione in diem  
proximè sequentem non impeditum  
aliò Festò; nam quòd semiduplexia oc-  
currentia die aliquo impedito ante  
Octavam, sint transferenda post O-  
ctavam, ait nullum esse dubium:  
indèque infert c. 10. n. 4. semiduplex  
occurrentis infra Octavam Corporis Chri-  
sti ( excludentem juxta dicta semidu-  
plexia omnia etiam occurrentia, ita,  
ut nullum infra eam possit celebra-  
ri ) si eam proximè sequantur O-  
ctavæ Nativitatis S. Joan. Baptistæ,  
& Ss. Apostol. Petri & Pauli, trans-  
ferri debere post omnes 3. dictas O-  
ctavas, & consequenter, si has in-  
super excipiat quædam alia Octava  
particularis ( v. g. Dedicacionis pro-  
pria Ecclesiæ, uti annò 1710. contigit  
hic Oeniponti ) etiam ultra hanc  
quartam. Et Ratio, inquit, est;  
quia amisso Jure Vicinitatis ad pro-  
prium diem, non est major ratio,  
cur citiùs celebretur. Idem Gav.  
c. 8. n. 2. in numero Octavarum 4.  
Classis, seu non privilegiatarum, expre-  
sè etiam ponit Octavas Nativitatis, &  
Ascensionis Domini. Neque mireris,  
inquit, etiam has admittere Festa se-  
miduplicia, quia Schola Nativitatis Chri-  
sti est officina humilitatis ex S. Augustin.  
Octava autem Ascensionis, respectu Ec-

¶ K 2 ¶

cler





ecclesia militantis est Octava mixta marone, ob discessum Christi.

IV. Si Festum habens Octavam transferatur post dies Octo à die Festi, non celebratur illò annò cum Octava, nisi Titularis Ecclesie privilegiò ( de quo suprà die 13. Jun. ) aliter fieri oporteat; si verò ad pauciores dies transferatur, dies ejus Octava non transfertur, sed numeratur à die, quò Festum incidit, & celebrari debebat, si translatarum non fuisset, & in Octavo die ab illo celebratur Octava, & quidem integrò Officiò, si dies illa tale admittat, vel saltem Commemoracione in Officiò, & Missà diei, si nihil ex suprà dictis obster. Rubr. Gen. X. n. 1. ante fin.

V. Infra Octavam Officium de Octava fit semiduplex ( exceptis Feria II. & III. Octavarum Pascha, & Pentecostes, in quibus fit duplex 1. Class. ) in die Octava autem duplex: & tam infra Octavam, quàm in die Octava Officium fit cum 3. Nocturnis, novem scilicet Psalmis, & novem Lectionibus ( exceptis Ferijs, seu diebus infra Hebdomad. Pascha, & Pentecostes, in quibus fit cum uno Nocturno, ut suis Locis ponitur ) & regulariter, nisi scil. aliter notetur ( ut infra Octav. Nativit. Domini, & Epiphan. &c ) omnia dicuntur, sicut in die Festi, præter Lectiones; quarum primæ tres infra Octavam semper sunt de Scriptura

occurrente in Officio de Tempore, præterquam infra Octavam Assumptionis B. MARIÆ, in qua singulis diebus, quibus fit de Octava, præfixæ sunt Lectiones propriæ de Canticis Canticorum; præterquam tamen, si dies infra Octavam occurrat in aliqua Feria quatuor Temporum, aut in Feria II. Rogationum, aut in Vigilia Ascensionis; tunc enim Lectiones pro I. Nocturno die ejusmodi infra Octavam sumendæ sunt de Canonis Sanctorum, id quod indicatur in Rubrica posita in Communi Apostolorum. Aliæ Lectiones II. & III. Nocturni diebus infra Octavam ( siquidem Octava fiat Officium ) dicuntur pro ut notantur pro II. & III. Nocturno diebus illis infra Octavam concurrentibus, loquendo de Octava Ecclesie universalis, nec non de Octava Dedicacionis Ecclesie; infra Octavam verò Patroni, vel Titularis Ecclesie, aut alterius Festi, quod in aliquibus tantum Ecclesijs celebratur cum Octava celebrari, si appellas Ecclesias Lectiones propriæ & approbatæ pro II. & III. Nocturno infra Octavam non habentur, præter tendæ sunt Lectiones positæ in Communi Sanctorum, si de Sanctis sit Octava, alioqui Lectiones diei Festi per sæpe cit. Rubr. II. de Octav. &c. Nè verò deessent ( saltem ut plurimum ) pro II. & III. Nocturno ejusmodi Octavarum Lectiones propriæ, & approbatæ, Bartholomæo



Gavatus Clericus Regularis Congregationis S. Pauli collegit, & Auctoritate Sacr. Rit. Congregationis lucem edidit Octavarium Romanum, Complectens Lectiones ab eadem Sacr. Rit. Congregatione approbatas pro Octavis proprijs, & Communibus Sanctorum ( quarum omnium Indicem, tam propriarum scilicet, quàm Communium, eidem Octavario præfixit ) in II. & III. Nocturno recitandas infra Octavas Festorum, præsertim Patronorum Loci, nec non Titularium propriarum Ecclesiarum, quæ cum Octavis juxta Rubricas Breviarii Romani debent celebrari. Quòd si in III. Nocturno Lectiones Communes non deserant aliquibus Festis, quæ videlicet proprium habent Evangelium, tunc illi diem Festum ( in quo omnino legi debet proprium Evangelium cum sua Homilia ) in sequentibus diebus infra Octavam in Missa & Officio legendum est Evangelium vel proprium, vel aliud congruentius de Communi, cum suis Homilijs, ut infra Octavam Ss. Petri & Pauli.

In ipsa die Octava Lectiones Nocturni, si proprias non habeat, dicuntur de Script. occurrente, vel de hac ( ob occurrentem v. g. Festum quat. Temporum, aut II. Rogationum, vel Vigiliam Ascensionis ) desumi non possint, vel ita aliquando notetur, dicuntur sicut in

Festo, uti contingit in die Octavae Dedicacionis Templi, in qua dicuntur illæ ipsæ, quæ dictæ fuerant in ipso Festo. In II. Nocturno autem accipiuntur in die Octava, si propriae non habeantur, ex Communi Sanctorum, ut in Octavario Romano. In III. denique Nocturno leguntur in die Octava uti in Festo, si ea proprijs, aut Communibus careat Lectionibus in Evangelium Festivum, nisi aliud notetur. Gav. ibidem. Qui postmodum in Adnotationib. ad Tit. 26. de Lectionib. monet; si accidat, ut ob Festa infra Octavas non privilegiatas occurrentia, initia Lectionum, pro II. & III. Nocturno diebus infra Octavas in Octavario Romano, aut Proprio assignatarum, sua die legi non possint, & tamen de iisdem Sermonibus, aut Homilijs, quorum vel quarum Initia ob Festum antecedenter occurrens legi non poterant, post Festum occurrens sit rursus legendum, tunc post tale Festum in III. Nocturno Titulum Sermonis non esse sic legendum: De Sermone &c: nec in III. Nocturno sic: De Homilia &c ( eò quòd nondum de iisdem Lectum sit aliquid antecedenter ) sed vel legendum esse simpliciter sic: Sermo, aut: Homilia S. N. &c, perinde, ac si esset Initium Sermonis, seu Homilia; vel certe, omisso illò ejus textu legendum esse ipsum ejus Initium in diebus præcedentibus positum, prout scilicet



ter videbitur magis congruere. Id ipſum obſervandum, quando in die Octava præſcribitur ſumi aliquas infra Octavam omiſſas, ob diem Dominicam, aut Feſtum occurrens.

In *Vesperis infra Octavam* omnia dicuntur ( ſiquidem fiat de *Octava* ) non tamen duplicando Antiphonas, niſi Feriâ II. & III. Paſchæ, ac Pentecoſt. ut in II. *Vesperis Feſti*, uſque ad primas *Vesperas* diei Octavæ excluſivè. Quod ſi in aliquo ſex primorum dierum infra Octavam non fiat totum Officium de *Octava*, ſed faciendâ ſit tantùm aliqua de illa *Commemoratio*, tunc Antiphona & Verſiculus pariter eſt ſummendus ( niſi aliter in loco notetur uti ſit infra Octavam Ss. Petri & Pauli ) ex II. *Vesperis*, non autem ex primis *Vesperis Feſti*. Rubr. Genet. VII. num. 5. In primis autem *Vesperis* ipſius diei *Octavæ* omnia dicuntur *Ritu duplici*, ut in primis *Vesperis Feſti*, niſi rurſum aliter in proprijs locis notetur, uti contingit quoad Orationem in die Octava Ss. Stephani & Laurentij, in qua alia dicitur, quam in Feſto: idèmq; contingit etiam in die Octava Epiphaniæ, ac Ss. Petri & Pauli. Ex Diſtis

*Infertur I.* Si duobus diebus conſequenter agatur de eadem Octava, *Vesperas* præcedentis diei non eſſe à Capitulo dicendas de ſequenti

( uti ſit, quando hodie factum eſt de die infra Octavam, aut Feſto ſemiduplici, cras autem faciendum eſt de alio Feſto duplici ) ſed ſecundæ quæque *Vesperæ* hodiernæ diei infra Octavam totæ dicuntur de *currendis infra Octavam*, ut in 2. *Vesperis Feſti*, perinde, ac ſi cras ſequeretur Feſtum ſolummodo ſimplex.

*Infertur 2.* Si die aliqua infra Octavam, v. g. ſecundâ, aut tertiâ ob occurrens Feſtum non ſit factum de Octavâ, faciendum autem eſt illa die aliqua poſteriore, non propterea in pridianis *Vesperis* ( ut eæ à Capitulo dicantur de die poſtquente infra Octavam, ſive de illa in illis fiat tantùm *Commemoratio* Antiphonam & Verſiculum pro Octava ſumi debere ex I. *Vesperis Feſti*, ſed ſemper modò prædictò ex ſecundis *Vesperis Feſti* uſque ad diem excluſivè.

*Infra Octavas* non ſunt obſervanda conſuetæ Sanctorum, nec dicuntur *Preces Dominicales* ad Primas & *Completorium* etiam ſi Officium fiat de Octavâ, ſed de Dominica, aut Feſto ſemiduplici. Rubr. Genet. VII. num. 6.

VI. *MISSA* de die infra Octavam pariter dicitur, uti in Feſto, quando propria non aſſignatur ( uti ſit infra Octavam Nativitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Ss. Apollolor. Petri, & Pauli ) ſub eo Ritum, ſub quo Officium, cum, vel ſine *Commemoratio*.



memoracione Festi, aut alterius diei  
infra Octavam, aut etiam Feriæ ma-  
joris &c simul occurrentis, prout  
distinguitur requirit qualitas, & Clas-  
sificatio Octavæ, de qua fit Officium, de  
quo supra hoc Tit. n. III. & infra  
Tit. VIII. De reliquo ad orationes  
in Missa infra Octavas dicendas quod  
distinguitur, infra Octavas Pascha, & Pen-  
tesimester Feriæ II. & III. dicitur tan-  
tum una Oratio: reliquis autem  
infra illas Octavas diebus dicuntur  
tantum orationes, una de die  
infra Octavam, altera Ecclesie, vel  
Papa; aut, si occurrat Festum  
complex, altera erit de Festo sim-  
pliciter tantum. Infra Octavas B. V.  
infra Octavam omnium sanctorum 2.  
Oratio dicitur de S. Spiritu. 3.  
Ecclesie, vel pro Papa, nisi facien-  
da sit Commemoratio de Festo sim-  
plici, aut Feria majore &c; tunc e-  
rit Oratio 3. est illa, quæ alioquin  
esset secunda, nempe de S. Spiritu.  
Infra ceteras denique Octavas pri-  
ma Oratio est de die currente in-  
fra Octavam: secunda Oratio (ni-  
si faciendâ sit aliqua Commemo-  
ratio de Festo simplici, aut Feria  
majore &c) est de S. MARIA, pro  
diversitate Temporis (nempe in  
Advent. DEUS, qui de B. M. V. Post  
Octavam Nativit. Domini verò us-  
que ad Purific. DEUS qui salutis ater-  
næ: post Purificationem usque ad  
Adventum: Concede nos Famulos  
tuos) ac denique 3. Ecclesie, vel pro

Papa, prout notantur post Domi-  
nicam in Albis: si autem facien-  
da sit Commemoratio de Simplici,  
aut Feria majore &c, tertia erit,  
quæ alioquin esset secunda. In Fe-  
stis Semiduplicibus infra Octavas oc-  
currentibus 2. Oratio est de Octava.  
3. ea, quæ alioqui 2. locò infra O-  
ctavam dicenda foret, si Officium  
& Missa fieret de Octava. In Do-  
minicis demum, infra Octavas (e-  
tiam Epiphania, ut notat Gav. P. 4.  
Tit. 3. n. 16.) occurrentibus, dicun-  
tur tantum duæ Orationes, una de  
Dominica, secunda de Octava tan-  
tum, nisi & tertia sit dicenda ra-  
tione faciendæ Commemoracionis  
de Festo simplici occurrente, de  
quo omnino fieri ea debet 3. locò.  
Idem est de Festo duplici infra O-  
ctavam non privilegiatam occurren-  
te; nam & tunc 1. Oratio est de Fe-  
sto. 2. De Octava tantum, nisi faci-  
enda sit 3. locò Commemoratio  
Festi simplicis. Si in Missa Festi  
dictum est Credo, aut propria Præ-  
fatio, vel etiam proprium Commu-  
nicantes, aut Hanc igitur &c, dicen-  
tur etiam infra Octavam, & quidem  
non modò, si Missa dicatur de O-  
ctava, sed etiam, si dicatur de alio  
Festo, nisi istud propriam habeas  
Præfationem; exceptâ tamen Octa-  
vâ Nativitatis Domini, infra quam  
tam in Missis Festivis, quam etiam vo-  
tivis, non modò Communicantes, sed  
etiam Præfatio dicitur de Nativita-



te, quantumvis alioqui propriam habeant, ut patet in Festo S. Joannis Apostol. & Evangel. in quo infra Octav. Nativit. occurrente non dicitur Præfatio de *Apostolis* (esto hæc dicatur in die ejus *Octava*) sed de *Nativit. Domini*. Si Festum aliquod, etiam ex majoribus, infra aliquam Octavam, habentem propriam Præfationem, occurrens non habeat propr. Præfat. dicitur etiam in talis Festi Missâ Præfatio propria Octavæ, licet de hac nulla fiat Commemoratio: si vicissim infra Octavam, habentem propriam Præfationem & propriam *Communicantes* (ut habet Octava Ascensionis Domini) occurrat Festum habens propriam Præfationem, Præfatio erit de Festo, *Communicantes* verò de Octava, esto de hac non sit facta Commemoratio in Missa Festi, v. g. in Casu, quo infra Octavam Ascensionis occurrit Festum Ss. Philippi, & Jacobi: tunc enim Præfatio erit de Apostolis, *Communicantes* autem de Ascensione, esto de hac non sit facta Commemoratio in *Officio & Missa*. Idem accidit in *Missis votivis*, quæ dicuntur infra eandem Octavam, & habent propriam Præfationem; tunc enim pariter separatur *Communicantes* à sua Præfat.

VII. Si contingat, ut duo Festa habentia Octavam alicubi, aut aliquando occurrant eodem die (v. g. Festum Ss. Corpor. Christi, & Festum

Nat. S. Joan. Bapt. vel habens Octav. in Eccl. universali, & simul Festum *Patroni Loci*, vel *Titularis*, habens Octavam in Ecclesia aliqua particulari) tunc *Officium cum Missa* sit de *digniore*, translatio autem de *minoris digno*: Quod si tamen singularibus hujusmodi Festorum incidere ad eundem diem occurrentia, tunc illorum posteriori Auctoritate Minorum assignandus est certus *fructus* dies, qui nec Festò 9. Lectorum nec die, vel Octavâ privilegium sit impeditus. Similiter, si duorum diversorum Festorum Octavæ simul concurrant (v. g. Octava S. Joannis Baptistæ, & Octava Ss. Corpor. Christi, vel Octava Patroni Ecclesiæ cum alterius Festi Octava) eisdem diebus, quibus infra illas non est faciendum de Festo 9. Lectorum, aut de Dominica, pariter faciendum est *Officium & Missa* de Octava dignioris Festi, & consequenter etiam Octavæ, non est ex eo desumendum (ut in Adnotationib. ad Octav. Roman. & Tom. 2. Thelaur. l. 3. c. 8. n. 6. & c. 9. n. 3. moneo Grat. atque ex eo Arnaud.) quod Sanctus ille in Ecclesia, ubi celebratur Octava, videatur potiorē habere locum,



ntem, sed attendenda est dignitas  
 res *Classes* Festorum, & Octava-  
 rum concurrentium : nam prima  
 Classis est dignior *secundâ* : in pari  
 autem Classe attendendus est *Ordo*  
 Personarum, earumque dignitas,  
 nempe hic : Christus, B. Virgo,  
 Angeli, S. Joan. Baptista, Aposto-  
 li, & alij deinde juxta Ordinem  
 Litaniarum, ac Rubricarum de Con-  
 currentia Officij num. 2. additque  
 Cur. attendi quoque majorem hac  
 parte dignitatem (cæteris tamen  
 æquibus) ex eo Titulo, quod unum  
 Ecclesia universali celebretur,  
 non item alterum. Insuper Ti-  
 tulus, ex quibus desumi queat ma-  
 jor Festi unius (& consequenter e-  
 iusdem Octavæ) præ altero Solemnita-  
 tis, vide apud P. Gob. Tr. 5. n.  
 10. in Append. appendicis lit. u. & x.  
 non P. Carol. Guyetum He-  
 reologæ l. 1. c. 13. q. 3. quem re-  
 ferat Gobat, ubi monet, id quod  
 Cur. cit. ait de desumenda Digni-  
 tate Festorum ex Ordine, sive serie,  
 quæ Sancti collocantur in *Litanijs*,  
 non esse integrè verum; cum S.R.  
 1666. die 18. Septembr. declararit,  
 nullam adesse Disparitatem inter  
 Translat. Festor. Apostolor. & Evangel.  
 sed in casu, quo & Evangelista &  
 Apostolus transfertur, faciendum prius  
 esse Officium de eo, qui prior in  
 Calendario Ecclesiastico occurrit.  
 Idem etiam dicta Tit. præc. Ex Dictis

rentij (cujus Festum est tantum du-  
 plex 2. Classis) cedere Octavæ S.  
 Claræ in Ecclesia S. Claræ, ubi  
 hæc est duplex 1. Classis; non au-  
 tem cedere Octavam *Assumptionis B. V.*  
 aut Octavam *Omnium Sanctorum* O-  
 ctavæ alicujus *Sancti Patroni loci*, aut  
*Tituli Ecclesia* : Licet enim etiam *Fest.*  
*Patr. loci*, ac *Tit. Eccl.* sint dupl. 1. Class.  
 quia tamen Festum *Assumptionis*, &  
*Festum Omnium Sanctorum* in eadem  
 Classe est Festum dignius, utpote Fe-  
 stum universalis Ecclesiæ nulli ce-  
 dens alij Festo, ut constat ex Ru-  
 bricâ *Breviarij Tabula occurrentie* su-  
 scriptâ; ideo Octava quoque *Assum-*  
*ptionis*, & *Omnium Sanctorum*  
 præferri debet Octavæ *Patroni loci*,  
 ac *Titular. Ecclesia*, cum illa concurrenti.  
 V. dicta Tit. præc. f. 53. & 54.  
 Inferes 2. DEDICATIONIS O-  
 ctavam digniorem esse quidem Octa-  
 vâ *Patroni loci*, & hanc digniorem  
 Octavâ *Titularis* (nisi sit magna in-  
 ter *Patronum*, & inter *Titularem* Di-  
 gnitatis Distancia) Octavam tamen  
*Assumptionis B. V.* digniorem esse Octa-  
 vâ *Dedicationis*, ut supra Tit. de *Patro-*  
*nis* ex Gav. retulimus, ubi plura  
 huc pertinentia. Ex ibid. dictis  
 constat, Octavam *Dedicationis* di-  
 gnorem quoque complurium judi-  
 cid esse Octavâ SS. *Petri, & Pauli A-*  
*postolor.* eò quod, ut ibid. Gobat tra-  
 dit, horum Festum cedat in occur-  
 su Festo *Dedicationis*.

Inferes 1. Octavam S. Lau-  
 [ Pars III. ]

VIII. Si infra Octavam pri-  
 [ L ] [ ]



privilegiati 1. Classis, nempe Pascha aut Pentecostes, occurrat Festum 9. Lectionum, nihil tunc fit de eo, sed Transfertur post Octavam juxta Rubr. de Translat. Fessor. & siquidem infra Octavam Paschæ occurrat Festum Annuntiationis, tunc circa hujus Translationem observandum est Decret: S. R. C. editum 1692. 13. Septembris. Si autem infra Octavam privilegiatam 1. Classis (nempe Pascha, vel Pentecostes) occurrat Festum simplex, tunc Feriâ II. & III. Paschæ, aut Pentecostes etiam de illo nec dicitur Lectio, nec fit Commem. etiam in 2. Vesperis Feriæ III. si forsan postridie hujus ejusmodi Festum simplex occurrat: at verò in cæteris infra utramque dictam Octavam Diebus fit tam in Missa, quàm in Officio Commemoratio Festi simplicis occurrentis, attamen sine Lectione, quantumvis propriam aliquin habeat.

Si infra Octavam 2. Classis, h. e. Epiphaniæ, occurrat Festum Patroni principalis, aut Titularis Ecclesie, aut Dedicationis illius, fit de ejusmodi Festo 1. Classis infra illam Octavam (cum Commemoratione Octavæ, tam in Missa, quàm in Officio) non tamen fieri infra illam potest de alijs Festis duplicibus, aut semiduplicibus, seu occurrentibus, seu Translatis, in ipsa verò Die Octava Epiphaniæ ne quidem de Patrono principali, nec de Titulari Ecclesia, nec de ejus

Dedicatione fieri potest Officium, aut Missa, ut supra jam dictum: ubi etiam monui, infra eandem hanc Octavam fieri in ejus Officio ac Missa Commemorationem (sine Lectione) de Festo simplici, infra illam occurrente; in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, juxta Rubricam diebus infra Octavam Epiphaniæ præxam.

Si infra Octavam 3. Classis, nempe SS. Corporis Christi, occurrat Festum duplex, fit de eo, etiam cum Commemoratione hujus Octavæ ubique, etiam si Festum illud in duplex 1. Classis; at verò de Festo simplici translato, nihil fit infra hanc Octavam juxta Rubricam novam Missæ (nisi Festum illud sit duplex 1. Classis) nihil item fit infra illam de Festis semiduplicibus, seu translatis, seu occurrentibus, sed tam occurrentibus, quàm translatis, pariter transferuntur post hujus Festi Octavam; quæ si concurrat cum Octava S. Joannis Baptistæ, tunc, quia hæc simul concurrat cum Octava SS. Petri, & Pauli, transferentur ejusmodi Festa semiduplicita post omnes Octavas. De Festo autem simplici, infra Octavam hanc 3. Classis, nempe Corporis Christi, occurrente fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, non tamen dicitur de eo nova Lectio, quantumvis propriam habeat, siquidem Officium fiat de Octava, nam si Officium infra hanc Octavam fiat



fit duplex de alio Sancto, tunc (ut  
 supra dictum) non modò fit de eo  
 in locis Commemoratio, sed etiam  
 dicitur nona Lectio de eodem sim-  
 plici, si propriam habeat (faciendo  
 ut duabus unam, si necesse fit)  
 in modo Festum illud non fit du-  
 plex 1. Classis, ita decernente Sac. Rit.  
 Congregatione. Quòd si Festum  
 illud, de quo fit infra hanc Octa-  
 vam, fit duplex 1. Classis, tunc ju-  
 ra Rubr. Missal. ac Breviar. nihil  
 omnino fit de Simplei, ne quidem  
 commemor. in Officio, aut Missa: si  
 vero Festum infra hanc Octavam  
 occurrens fit duplex 2. Classis, non  
 fit quidem de Festo simplici Com-  
 memoratio in 1. Vesperis, & Missa  
 privati, bene tamen in Laudibus, ac  
 Missa privati, legereturque de eodem  
 nona Lectio, si propriam ha-  
 beat, & Festum illud duplex non oc-  
 currat in Dominica; tunc enim 9.  
 Lectio in Officio, & ultimum Evan-  
 gelium in Missa dicenda forent de  
 Dominica, & de eadem facienda  
 Commemoratio non modò ante  
 Commemorationem de Festo sim-  
 plici, sed etiam ante Octavam Cor-  
 poris Christi in Officio, & Missa. An-  
 te de simplici infra Octavam hanc  
 occurrente dicenda fit 9. Lectio non  
 modò, quando Officium fit duplex  
 de alio Sancto, sed vel de Dominica infra  
 Octavam Corporis Christi, vel de die  
 infra Octavam SS. Trinitatis, ubi hæc  
 est Titulus Templi? Vide supra hoc

Tir. num. III. &c. Quando (ut  
 interdum contingit) occurrit *Vigi-  
 lia* S. Joann. Baptistæ, vel Ss. Apo-  
 stolor. Petri, & Pauli infra hanc Oc-  
 tavam SS. Corporis Christi, tunc  
 in Officio Octavæ dicitur 9. Lectio  
 de *Vigilia*, & in Missis privatis ulti-  
 mum Evangel. de Homilia ejusdem  
*Vigilia*, & tam in *Laudibus*, quàm *Mis-  
 sis privatis* fit Commemoratio de illa  
 suo loco: in *Ecclesijs* autem *Cathe-  
 dralibus* & *Collegiatis* dicuntur tunc  
*duæ Missa Conventuales*, una de *Octava*  
 post *Tertiam*, altera de *Vigilia*, post  
*Nonam* modò suis locis declarato.  
 Si denique infra *reliquas*, seu 4.  
*Classis* (adeoque *non privilegiatas*) *Oc-  
 tavas* occurrat Festum aliud 9. *Lectio-  
 num*, seu duplex, seu semiduplex, fit  
 de eo *Officium* & *Missa*, cum Com-  
 memorazione tamen *Diei currentis in-  
 fra Octavam*, nisi Festum illud oc-  
 currens fit 1. aut 2. Classis; tunc e-  
 nim nec in *Officio*, nec in *Missa* fit  
 Commemoratio de Octava hujus-  
 modi 4. *Classis*, seu *Non-privilegiata*:  
 Excipitur *Octava Nativitatis Domini*:  
 nam de hac, quocunque Festo du-  
 plici infra eam occurrente, semper  
 fit in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*,  
 ac *Missa*, Commemoratio, uti ha-  
 betur *Rubr. IX. de Commemorat.* pe-  
 rinde, ac de *privilegiatis* 2. & 3. *Clas-  
 sis*, nempe *Epiphania*, & *SS. Corporis  
 Christi*, de quarum utralibet necesse  
 est facere Commemorationem in  
 utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, &  
*Missa*.

¶ L 2 ¶

Missa,



Missæ, occurrente infra eas duplici quantumvis solenni.

Infra easdem Octavas 4. *Classis*, seu *Non-privilegiatas*, non tantum fit de Festo duplici, & semiduplici quocunque occurrente ( ut modò dictum ) sed etiam de duplici quocunque translato, imò & semiduplici, attamen, quantum ad hoc posterius, nonnisi ad unum diem, nempe proximè sequentem translato, ut supra num. III. cit. declaratum.

Quomodo verò ordinanda sit Missa quoad orationes, necnon Præfationem, & Communicantes &c, si infra Octavam aliquam fiat de Festo 9. Lectionum, habente propriam Præfationem, aut etiam Communicantes &c, vel simul concurrat dies infra Octavam alterius Festi, dictum est supra num. VI. hoc Tit.

Infra easdem Octavas 4. *Classis*, seu *Non-privilegiatas*, sive Officium fiat de Octava sive de Festo 9. Lectionum, fit in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac Missæ Commemoratio de Festo simplici occurrente, cum nona de eodem Lectione in Officio, si propriam habeat, ut supra. Excipe 1. nisi Festum simul occurrens sit duplex 1. aut 2. *Classis*; nam si sit 1. *Classis*, nec Commemoratio fit ullibi de Festo simplici, nec dicitur de illo 9. Lectione; si autem sit duplex 2. *Classis*, tunc de simplici extra Dominicam simul occurrente dicitur quidem nona Lectione in Officio, si propr. habeat,

& fit de eodem etiam Commemoratio in *Laudibus*, & Missis privatis, non tamen in 1. *Vesperis*, & Missæ solenni. Excipe 2. nisi Festum duplex simul occurrens veniat in *Dominica*, nec enim 9. Lectione dicitur de *Dominica* in Officio ( uti & ultimum Evangelium in Missæ ) de simplici autem tunc fit ( omisâ pro illo anno propria de eo Lectione ) tantum Commemoratio, ut paulò antè, in *Officio* & Missæ.

In *Vigilijs*, *Ferijs* quatuor temporum, ac 11. *Rogationum*, venientibus infra Octavam non privilegiam ( v. g. *Dedicationis* propria *Episcopalis*, aut *Festi particularis* ) si non occurrat Festum 9. Lectionum, Officium dicitur de Octava, cum Commemoratio *Vigiliæ*, aut *Feriæ* 4. temporum, aut 2. *Rogationum*, cum 9. de *Homilia* *Vigiliæ*, aut *Feriæ* ejusmodi occurrentis Lectione in eodem Officio, ad quod, dum decantantur in Choro *Horæ*, adhibentur etiam color Octavæ convenientes; at verò Missæ, tam private, quam *Conventualis* tunc dicuntur de *Vigilia* aut *Feriæ* ejusmodi occurrente, cum Commemoratio tamen Octavæ, ut *Glor.* & *Cred.* & cum *Præfatione* *Communi*, seu ultimo loco in *Messali* extante, non autem cum *Præfatione* de Octava, esto hæc propriam habeat. In fine Missæ dicitur *Benedicamus*, & *Evangelium* *Joan.* *Color* *Paramentorum* *Sacerdotum*



Violaceus; Color autem Al-  
 tris fequitur Officium, adeoque de-  
 bet eſſe talis, qualem requirit Fe-  
 ſtum, cuius agitur Octava: Exci-  
 tatur tamen quoad hoc Miſſa ſole-  
 mnis; nam pro Miſſa ſolemni conve-  
 nit in tali caſu, ut Pallium quoque  
 alaris (vulgò Antependium) con-  
 cordet cum colore Paramentorum  
 Miſſæ, ut rectè Petrus Ruiz, Te-  
 ſt. Gav. Tom. I. P. 1. T. 19. in ſin.  
 notavit in ſuo Cæremoniali.

Si occurrat FERIA Adventus in-  
 fra Octavam 4. Claſſis, & non ſimul  
 occurrat FERIA quatuor Temporum,  
 tunc non modò Officium, ſed & Miſ-  
 ſa dicitur de Octava, cum Commem-  
 oratione FERIÆ Adventus ex Do-  
 minica præcedente, & tunc 3. Oratio  
 eſt de ſimplici, ſi quod occur-  
 rat, alioqui de B. V. (DEUS, qui de  
 B. M. V. ut in Dominica I. Adven-  
 tu) niſi Octava illa ſit Octava ipſius  
 B. M. V. uti eſt Octava Conceptionis;  
 tunc enim 3. Oratio eſt de S. Spiritu.  
 Reliqua ut in Feſto, ac Ritu  
 ſemidupl. & in fine ultimum E-  
 vangel. S. Joan. Dixi autem: Et  
 non ſimul occurrat FERIA quatuor Tem-  
 porum; nam ſi Tempore Adventus  
 infra Octavam veniat FERIA quatuor  
 Temporum, tunc Officium dicitur qui-  
 dam de Octava etiam in Adventu,  
 cum 9. Lectione de FERIA quat. Tem-  
 porum, ac verò Miſſa diſcordat ab  
 Officio, diciturque (tam privata, quam  
 ſuam Conventualis) in tali caſu de

FERIA quatuor Temporum, cum Com-  
 memoracione Octava, & 3. Oratio-  
 ne de S. Spiritu, ſi currat Octava  
 Conceptionis B. V. (ut annò 1707.)  
 alioqui de B. V. niſi ſimul occur-  
 rat ſimplex, aut ſimul alia Octava;  
 tunc enim de ſimplici, aut Octava al-  
 tera minùs digna dicenda foret 3.  
 Oratio. Præfatio Communis (nom-  
 de Octava) & alia, ut ſuprà. Si  
 autem in die Vigilia, aut FERIA qua-  
 tuor Temporum, aut FERIA II. Rogatio-  
 num, infra Octavam Non-privilegiatam  
 occurrente, occurrat ſimul Feſtum  
 9. Lectionum, tunc ſicut Officium ſit  
 de Feſto cum Commemoracione O-  
 ctava, & Vigilia, aut ejuſmodi FERIA,  
 nec non cum 9. Lectione de eadem  
 Vigilia, aut FERIA in Officio, ita et-  
 tiam tunc de Feſto dicuntur Miſſa  
 (ſaltem privata) at tamen cum  
 Commemoracione Octava, & Vigi-  
 lia, aut ejuſmodi FERIA quatuor Tem-  
 porum, aut FERIA ſecunda Rogationum,  
 ſimul occurrentis, nec non cum ul-  
 timò de eadem Vigilia, aut FERIA e-  
 juſmodi quatuor Temporum, vel ſe-  
 cunda Rogationum Evangelio per Ru-  
 bric. General. III. Miſſal. n. 2. Dixi  
 autem: Miſſa ſaltem privata; nam  
 ſaltem in caſu, quò Feſtum S. Leo-  
 nis Papæ celebratur infra Octavam  
 Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ die  
 ſuo proprio, in Eccleſijs Cathedralibus,  
 & Collegiatis dicendas tunc eſſe duas  
 Miſſas principales, ſeu Conventuales, u-  
 nam de Feſto poſt Tertiam, cum Com-



memoracione Octavæ & Oratione  
3. ( siquidem sit Fæstum *Semiduplex*,  
nec occurrat unà Fæstum *Simplex* )  
de S. MARIA; alteram verò post  
*Nonam* de *Vigilia*, cum Commemo-  
ratione Beatæ MARIAE, *Concede nos*,  
& *Ecclesie tue*, vel pro Pap. *DEUS*,  
omnium &c. ac Evangel. S. Joan. in  
fine utriusque, satis colligitur ex  
Rubrica Fæsto S. Leonis *Pape* 28. Jun.  
præfixâ; an verò etiam infra alias  
Octavas non privilegiatas duæ Mis-  
sæ Conventuales sint dicendæ in  
casu, quò in *die Vigilia*, vel *Feria*  
*quatuor Temporum*, vel *Feria II. Ro-*  
*gationum*, occurrentium *infra* aliquam  
Octavam; Officium sit de aliquo Fæ-  
sto 9. *Lectio*num, id alibi in hoc ope-  
re discutio.

Si aliquod Fæstum *duplex*, in-  
fra Octavam *Non-privilegiatam* occur-  
rens, alio *majori Fæsto duplici*, hodie  
impediatur, tunc illud prius trans-  
fertur in aliam diem proximam in-  
fra eandem Octavam, Fæsto 9. *Le-*  
*ctionum* non impeditam, cum Com-  
memoracione Octavæ in *Officio &*  
*Missâ*; hodie autem sit *Officium &*  
*Missâ* de duplici occurrente *majori*.  
*Rubr. Gen. X.*

De *Dominicis* infra Octavas  
*Nativitatis*, *Epiphania*, *Ascensionis Do-*  
*mini*, & *Corporis Christi* occurrenti-  
bus Officium sit sicut infra Octa-  
vam, & in *Proprio* de *Tempore*,  
cum Commemoracione Octavæ, ac  
sine *Precibus & Suffragijs Sancto-*  
*rum*.

In *Dominicis* verò *infra* alias  
Octavas occurrentibus, si Fæstum *du-*  
*plex* non occurrat, *Officium & Missâ*  
dicuntur de *Dominica*, ut in *Plu-*  
*rio*, cum Commemoracione *Octavæ*  
in *Officio & Missâ*, sed sine *Precibus*  
*Dominicalibus* ad *Primam*, & *Conse-*  
*rtum*; absque *Suffragijs* quosque  
*consuetis de Sanctis in Laudibus*, ac  
*Psalm: Confitemini*, & *Symbolum*  
*Quicumque*; In *Missâ* verò non de-  
bitur tunc 3. *Oratio*, nisi facienda  
Commemoratio de Fæsto *implicis*,  
aut alia ex *Mandato Superioris*.  
Porro quando in *Dominicis*, *infra*  
hujusmodi Octavas occurrentibus sit  
*Officium de Dominica*, adhiberi de-  
bet tam ad *Officium*, quam ad *Missâ*  
sæ color ipsius Fæsti currentis  
ve, non autem ipsi *Dominica* con-  
veniens, esto non de Octava, sed de  
*Dominica* dicatur *Officium & Missâ*,  
exceptis tamen illis *Dominicis*, quibus  
tributus est *Color Violaceus*, quales  
sunt *Dominica Adventus*, & illæ  
quæ occurrunt à *Dominica Septuagesimæ*  
usque ad *Dominicam Palmæ* inclu-  
sivè, de quarum aliqua si *infra*  
Octavam alicujus Fæsti hac *Officium*  
ac *Missâ*, semper adhibendus est  
*color violaceus* per *Rubric. Gen. Matthei*  
XVIII. n. 2. & 3. ante fin.

Quòdli verò in *Dominicis* per  
*annum*, seu *minore*, *infra* hujusmodi  
Octavam *Non-privilegiatam* occu-  
rat Fæstum *duplex*, tunc *Officium &*  
*Missâ*



Missæ sunt de illo, cum 9. Lectio-  
ne de Dominica, ejusque, uti & O-  
ctava ( nisi Festum illud occurrens  
sit Duplex 1. vel 2. Classis ) in iisdem  
Commemoratione : In Missa quo-  
que tunc dicitur Evangelium ejus-  
dem Dominicæ in fine.

Quod si Festum duplex in  
Dominica minore infra talem Octa-  
vam occurrens sit 1. vel 2. Classis,  
tunc quidem nec in Officio nec in Mis-  
sæ fit de eurrente Octava Comme-  
moratio ( nisi in 2. Vesperis, si qui-  
dem Festum hodiernâ Dominicâ oc-  
currens sit tantum dupl. 2. non autem  
1. Classis, & cras fiat Officium de Octa-  
va ) fit tamen etiam tunc Comme-  
moratio de ipsa Dominica occurrente  
in utrisque Vesperis, Laudibus,  
& Missa, cum 9. de ea Lectione  
in Officio, & ultimo de eadem Do-  
minica Evangelio in Missa ejusmo-  
di Festi duplicis, seu 1. seu 2. Classis.  
Cuius autem : In Dominica per annum,  
seu minore, nam in Dominicis majori-  
bus 1. Classis nequit fieri Officium de  
alio Festo, etiam duplici 1. Classis :  
in Dominicis autem majoribus 2. Clas-  
sibus Officium potest solummodo  
de Festis dupl. 1. Classis per Rubr. Gen.  
X. Brev. n. 1.

Quod si in Dominica infra O-  
ctavam Non-privilegiatam occurrat Fe-  
stum semiduplex, Officium, & Missa fit  
de Dominica, cum Commemoratio-  
ne de Octava tantum, nisi simul oc-  
currat Festum simplex, ut supra; Fe-

stum autem semiduplex in tali Domi-  
nica occurrens transfertur tunc ju-  
xta Rubric. General. X. de Trans-  
lation. Festorum n. 5. ( inferius de-  
clarandam ) in diem seu Feriam 2.  
immediatè subsequentem, cum Com-  
memoratione Octava : quæ tamen  
dies, seu Feria II. si fuerit aliò Festo  
duplici, vel semiduplici impedita, tunc  
Festum prædictum semiduplex veni-  
ens in Dominica transfertur post to-  
tam Octavam, imò ut cum a-  
lijs notat La Croix, post omnes O-  
ctavas, si plures sibi immediatè suc-  
cedant, vel invicem misceantur,  
aut dies intermedij sint alijs Festis  
celebrandis impediti : quandoqui-  
dem Festum Semiduplex, infra Octa-  
vam die impedito occurrens, per  
paulò antè cit. Rubric. & suprâ di-  
ctâ non transfertur infra Octavam,  
nisi in proximè sequentem diem,  
quæ proin si sit pariter impedita,  
tunc ejusmodi semiduplex ob ratio-  
nem alibi ex Gav. datam transfertur  
post Octavam, & tunc insuper ce-  
dit juxta Rubric. X. de translat.  
Festor. n. 7. Semiduplicibus alijs  
ante ipsum translatis. Semiduplicia  
autem ante Octavam cadentia trans-  
ferri non posse infra Octavam ali-  
quam etiam Non-privilegiatam ( ut  
tamen infra hujusmodi Octavas  
transferri possunt Festa duplicia, e-  
tiam minora ) evidenter patet ex  
Rubricâ Festo S. Leonis 28. Junij  
præfixa. Et hæc de Occurren-

cia



ria dierum infra Octavas. Jam verò

Ad Concurrentiam eorundem dierum infra Octavas, cum alijs Festis & Officijs concurrentium, quod attinet, observandæ sunt sequentes Breviarij, & Octavarj Romani Rubricæ. 1. duplici in Vesperis concurrente cum die infra Octavam, omnia dicuntur de duplici, cum Commemoratione tamen Octavæ, nisi duplex fuerit 1. aut 2. Classis; si enim duplex fuerit 1. Classis, nulla fit diei infra Octavā Non-privilegiatam Commemoratio, si autem fuerit duplex 2. Classis, fit de die infra Octavam non privilegiatam concurrente tunc tantum Commemoratio, quando die sequenti fit Officium de die infra Octavam, non item, si die sequenti fiat Officium de alio Festo 9. Lectionum, etiamsi istud sit tantum semiduplex. Gav. Tom. 2. f. 3. c. 8. n. 18. Dixi autem: de die infra Octavam Non-privilegiatam in duobus hisce casibus non fieri Commemorationem, si duplex 1. aut 2. Classis dictò modò cum ejusmodi die infra Octavam concurrat: nam loquendo de diebus infra Octavam aliquam privilegiatam concurrentibus semper fit Commemoratio de die infra ejusmodi Octavam in utrisque Vesp. Laud. ac Missa, hujusmodi autem dies sunt dies infra Octavam Nativitatis Domini, necnon Epiphania, & Corporis Christi, de quibus semper fit in Officio, & Missa

Commemoratio quocunque duplici cum illis concurrente, aut concurrente, ob harum scilicet 3. Octavarum dignitatem: secus est de diebus infra alias Octavas, etiam Ascensionis Domini, aliorumque Festeorum concurrentibus, de quibus non potest de semper fit Commemoratio in cursu, aut concursu alterius Festi per Rubric. General. VII. n. 3. & II. 6. Fortasse (inquit Gav. Tom. 2. f. 3. c. 8. n. 4.) quia tria illa Festiva nostra sunt, Festum verò Ascensionis Angelorum potius, quam aliorum denique Sanctorum non equalia sunt tribus primis. Vide eundem ibidem n. 18. Hinc, circa annò 1704. Festum Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi, ob occurrence Festum Ascensionis Domini die I. Maij translatum fuisset (saltem alicubi) in Feriam II. post Dominicam infra Octavam Ascensionis, in primis etiam Vesperis (dictis eò annò Dominica infra Octavam) nec de Dominica nec de ipsa corrente Octava Ascensionis fit est Commemoratio, sed in sequentibus est sunt, sine omni Commemoratione, de Ss. Philippo & Jacobo tantum juxta Directorium Romanum postridie quoque, seu Feria II. infra sequente, in quam (saltem alicubi) si non ubique) tunc translaturat eorum Festum, nec in Missa, nec in Officio facta est Commemoratio de Octava Ascensionis, ne quidem in II. Vesperis; eò quòd Feria III. infra



si sequente non fuerit factum Offi-  
cium de Octava, sed de Festo S. Joannis  
ante portam Latinam. An verò Fe-  
stum Ss. Apostolorum Philippi &  
Jacobi non fuerit potius ( ob occur-  
rentiam in Dominica infra Octavam A-  
scensionis Festum semiduplex S. Mo-  
nice ) in aliam posteriorem diem  
non impediri per Rubricam X. de  
Transl. n. 5. & Sac. Rit. Congregat.  
Decretum à Pisart allegatum, eò  
modo transferendum, ex dicendis in  
Rubrica Corollaris Tituli 6. de Occurrentia  
& Concurrentia Festor: patebit.

2. Semiduplici concurrente cum  
alio infra Octavam, à capitulo fit de se-  
quenti, Commemoratio autem de  
precedenti, nisi aliter signetur: quod  
alio additur; quia in II. Vesperis Ss.  
Joannis & Pauli MM. (ut ibi, nem-  
pe 26. Junij notatur in propria Ru-  
brica ) non obstante, quòd in Ec-  
clesia universali sint tantum Semidu-  
plex, non fit à Capitulo de Die infra  
Octavam S. Joannis Baptistæ, sed se-  
cundæ illorum Vesperæ integræ de  
Ss. Joanne & Paulo MM. dicun-  
tur: quæ tamen exceptio locum non  
habet in casu, quò eorum Festum  
non celebratur infra Octavam, sed trans-  
fertur, adeoque non concurrat cum  
Die infra Octavam, sed cum Festo alio i-  
dem semiduplici; tunc enim Festum  
Ss. Joannis & Pauli dividit omnino  
Vesperas suas 2. das cum Festo semi-  
duplici subsequente, ut alibi dictum.

3. Dominicâ concurrente cum

Die infra Octavam, omnia dicuntur  
de præcedente ( nempe de Domini-  
ca ) cum commemoracione subse-  
quentis, nempe Diei infra Octavam.

4. Die autem infra Octavam  
concurrente cum sequente Dominica,  
aut cum semiduplici, à Capitulo fit de  
Sequenti, cum Commemoracione  
Octavæ.

5. Cum Simplicè propriè non  
concurrat Dies infra Octavam, sed fit de  
eo pridie illius commemoratio in  
Vesperis secundis Diei infra Octavam,  
pridie illius Festi simplicis celebratæ.

IX. Tamen juxta Superius  
dicta in Casu, quò Festum habens  
Octavam transfertur, non perinde  
transferatur, aut transferri possit il-  
lius Dies Octavæ, accidere tamen po-  
test, ut aliqua Octava jam inchoa-  
ta omnino compleri non possit, id-  
que in 3. Casibus, ut supra n. II.  
insinuat. Primus est, quando ad-  
venit Dies 17. Decembris. Secundus,  
quando advenit Feria IV. Cinerum.  
Tertius, quando advenit Vigilia Pen-  
tecostes, quomodo autem in 3. his  
Casibus Ordinandum sit pridianum  
Octavæ Officium quoad Vesperas &c,  
dictum est supra suis locis.

Si eodem die, v. g. in aliqua  
Dominicâ, occurrant duo Festa ha-  
bentia Octavam, & eorum unum  
in Feriam III. mox subsequentem  
transferri debeat, tunc quidem in a-  
liquo sensu quasi currit Octava usque  
( cum, ut notat Gavantus )

[[ Pars III. ]]

[[ M ]]

Octa-



Octava non incipiat à die, quò Festum celebratur, sed à die, quo Sanctus obiit, aut obiisse creditur, vel certè recolitur ( & hinc *dies Octava* nunquam transfertur ) non tamen propterea Feriâ II. Si in ea occurrat Festum duplex, videtur tunc faciendâ Commemoratio Octavæ utriusque : cum enim *Octava* sit *continuatio Festi*, dici autem, aut esse *continuatio Festi* non possit id, quod nondum est celebratum, ideo nec Commemoratio faciendâ videtur in casu posito. de Festo Feriâ 3. celebr.

X. In *Die Octava* cujuscunque Festi ( si Festum duplex 1. aut 2. *Classis* non occurrat, nec etiam *Dominica major* 1. vel 2. *Classis* ) Officium fit duplex de *Die Octava*, cum Commemoratione *Dominica* ( præterquam in *die Octava Epiphaniæ*, in qua nihil fit de *Dominica*, quia tunc hujus Officium ponitur in Sabato præcedenti per Rubric. Special. & Gen: IV. n. 2. ) uti & *diei infra aliam Octavam*, si utraque, aut alterutra earum simul occurrant, nec non *Festi simplicis in die Octava* occurrentis, de quo etiam dicitur 9. Lectio, si propriam ( unam vel duplicem ) habeat, & non veniat in *Dominica*; tunc enim 9. Lectio Officij non dicitur de *simplici*, sed de *Dominica*, & de eadem legitur quoque tunc ultimum Evangelium in *Missâ*. Dicitur autem tam *Officium*, quam *Missâ* in *Die Octava* à primis Ve-

spers usque ad secundas inclusive, ut in Festo, nisi aliter noceat, aut propria *Missâ* assignetur, nec Festum *equalis*, vel *altioris Ritus*, aut habeat *Officium privilegiatum* ( quale etiam habent *Dominica majores* ) pridie, vel postridie occurrat; tunc enim observandæ sunt Rubricæ, ac Regulæ tum à Breviario Romano Titul. XI. & XI. de *occurrentia & concurrentia Festorum* infra declarandis, præscriptæ, tum etiam paulò post hinc ad jungendæ. Excipiuntur quoque

Lectioes, quæ in tribus *Nocturnis* in *Die Octava* non semper dicuntur ut in *Festo*, sed regulariter de supra N. V. hoc Titul. est annotatum.

Tamen autem *Dies Octava*, quia non transfertur, excludat, & transferri faciat Festum duplex per annum [ sive sic majus, sive minus, ut dicitur in Rubr. Gen: 10. de *Translat. Fistor: n. 2.* ] in ea occurrens, celebratur tamen per eandem Rubricam n. 2. & ex Decreto Joannis XXII. citato à Gavant. l. 3. c. 8. n. 2. & 12. *Festis solennibus* 1. & 2. *Classis* ( præterquam *Die Octavâ Nativitatis Domini*, & *Die Octava Epiphaniæ*, ac demum *Die Octava Corporis Christi*, quoniam quæ prioribus nulli omnino Festo cedunt, ultima autem non nisi Festo duplicibus 1. *Classis* cedit ) in primis, ut de *die Octava* modò mox noferendò fiat simul Commemoratio

Igitur

Si in *die Octava* alicujus Fe-



si habentis Octavam occurrit ali-  
 quod Festum duplex ex majoribus 1. aut  
 2. Classis, tunc Officium & Missa  
 fiat regulariter de Festo, diei verò  
 Octava, regulariter loquendo, fit  
 tunc solummodo Commemoratio,  
 tamen non modò in 1. Vesperis,  
 Laudibus, ac Missa, sed etiam in  
 2. Vesperis, nisi altera post Octa-  
 vam die occurrat rursus aliud Fe-  
 stum duplex 1. Classis; tunc enim  
 in 1. Vesperis Festi diem Octavam  
 sequentis, non fit Commemora-  
 tio de die Octava præcedente, nisi  
 si privilegiata, uti est dies Octava  
 Corporis Christi, de qua semper  
 fit Commemoratio in utrisque Ve-  
 speris, Laudibus, ac Missa, quo-  
 rumque duplici non modò in die O-  
 ctava, sed etiam infra Octavam adve-  
 niente. Imò in casu, quo Festum  
 Corporis Christi occurrit in Festo  
 S. Joan. Baptistæ, tunc sicuti in Fe-  
 sto S. Joan. Baptistæ Officium non  
 fit de S. Joanne Baptista, sed trans-  
 lato Festo S. Joannis Baptistæ in  
 sequentem diem, fit de Festo SS.  
 Corporis Christi, ità etiam in die  
 Octava S. Joannis Baptistæ ( quæ,  
 quia non perinde, ac Festum, trans-  
 feratur, coincidit in tali casu cum  
 die Octava Corporis Christi ) Offi-  
 cium non fit de Octava S. Joannis Baptis-  
 tæ, sed de die Octava Corporis Christi, utpo-  
 te digniore; de die Octava autem S.  
 Joan. Baptistæ fit tunc solummodo  
 Commemoratio, in utrisque tamen

Vesperis, Laudibus, ac Missa, nisi  
 ubi ( loquendo de secundis Vesperis )  
 Festum Visitationis B. V. est 1.  
 Classis; ibi enim in 2. Vesperis ( quæ  
 in die Octava S. Joann. in tali loco  
 dicuntur integræ de Festo Visitationis )  
 non fit Commemoratio diei Octava  
 S. Joannis, sed solius Octave SS. Cor-  
 poris Christi. Cæterùm dixi paulò  
 superiùs : regulariter loquendo occur-  
 rente Festo 1. aut 2. Classis in die O-  
 ctava fieri de ista solummodo Com-  
 memoracionem, non autem ipsum Of-  
 ficium : quia excipitur 1. dies Octava  
 Nativitatis Domini, & dies Octava  
 Epiphania; nam in his duabus, utpo-  
 te Specialiter privilegiatis non fit de a-  
 liquo Festo, etiam 1. Classis, sed  
 quantumcunque id sit solemne, oc-  
 currens in utralibet illarum trans-  
 ferri debet per Rubricam antè cir-  
 in diem similiter non impeditam.  
 Excipitur 2. dies Octava SS. Corporis  
 Christi, quæ ex Decret. Joan. XXII.  
 cedit quidem duplicibus 1. Classis,  
 nempe Festo Nativitatis S. Joannis  
 Baptistæ & Festo Ss. Apostolorum  
 Petri & Pauli ( at tamen ea Lege,  
 ut de Octava Corporis Christi fiat Com-  
 memoratio in utrisque Vesperis,  
 Laudibus, ac Missa ) non autem ce-  
 dit duplicibus 2. Classis; hæc enim  
 cedere debent prædictæ diei Octave  
 Corporis Christi, uti ex Rubr. X. Ge-  
 ner. num. 1. rectè colligit, & ex-  
 pressè tradit Gav. sect. 3. cap. 8. n.  
 24. ubi tamen observat, quòd li-



cet per Rubricam modò citatam dies Octava Corporis Christi videatur ex Fefis majoribus etiam 1. Classis solis Fefis Nativitatis S. Joannis Baptifte, & Ss. Apofolorum Petri & Pauli cedere (eò quòd horum duntaxat faciat mentionem) perinde tamen, eadèmq; ratione etiam cedat Patrono loci, itèmq; Titulo Ecclefia, hujusque Dedicatìoni, necnon Commemorationi S. Pauli in propria huius Ecclefia, ità, ut hæc quoque quatuor 1. Classis Fefia celebrari poffint in Die Octava Corporis Christi, licubi in eam aliquod eorum incidat, cum Commemoratione tamen Octavæ in utrifque Vesperis, Laudibus, ac Miffa. Atque huic Gavanti opinioni favere videtur, tum quòd Joann. XXII. in fuo Decreto fuprà allegato non modò meminerit Fefi S. Joannis Bapt: fed etiam alterius Fefi ex majoribus; tum, quòd in Rubricà immediatè pofitâ fub Tabella occurrentia, quæ incipit: Notandum, non ponatur dies Octava Corporis Christi.

Si in Die Octavâ alicujus Fefi habentis Octavam non quidem occurrat Fefum 1. aut 2. Classis, occurrat tamen in eâ Dominica major 1. aut 2. Classis, dies Octava cedit Officium, & Miffam hujusmodi quoque Dominica occurrenti, ea tamen rursus lege, ut fiat Commemoratione Diei Octavæ in utrifque Vesperis, Laudibus, ac Miffa talis Dominicæ (omiffâ in hac tertiâ oratione, nifi

simul occurrat Fefum fimplex) que tamen Commemoratione Diei Octavæ non privilegiatæ omittitur in 2. Vesperis, fi Feria 2. fubfequente occurrat Fefum 1. Classis. Quòd fi pridie talis Dominicæ, occurrenti in Die Octava alicujus Fefi, non occurrat Fefum 9. Lectionum, nec Dies infra Octavam alterius Fefi, tunc præmæ Vesperæ Communes diei Octavæ & Dominica privilegiatæ, dici debent ufque ad Capitulum, ut in Placitorio in Sabbatis per annum; à Capitulo verò de Dominica privilegiatæ, ut in 1. ejus Vesperis, & in fine diei Commemoratione diei Octavæ tunc (nifi cras occurrat fimplex Fefum fimplex) itidem ex 1. ejus Vesperis, fine Suffragijs confuetis Sæctorum, & fine Precibus Dominicalibus ad Completorium, ità decernente apud cit. Gav. n. 13. S. R. Congregation. 9. Novembr. vel Decembris 1622. juxta alibi dicta, & decernenda. Si autem pridie ejus diei Dominicæ occurrat Fefum fimplex, aut dies infra Octavam alterius Fefi, tunc pridie diei Octavæ in Dominica privilegiatæ occurrentis dicendæ funt Vesperis, modò fuprà die 9. Decembris declarato, & ex parte etiam paulò pòtè hîc declarandò.

Si Dies Octava alicujus Fefi incidat in diem Cinerum, aut in diem 17. Decembr. aut in Vigiliam Fefti, tunc juxta fuperius dicta de die Octava nihil omnino fit in tali cafu.



ne quidem Commemoratio in primis Vesperis talis diei.

Si in die Octava alicujus Festi Dominica major privilegiata, nec Festum duplex 1. aut 2. Classis, sed quodcumque aliud duplex ( seu majus vel minus ) aut tantum semiduplex occurrat, tunc translatio Festi ejusmodi in diem aliam proximam non impeditur, Officium cum Missa fit de die Octava. Gob. Tr. 5. n. 629. De eadem die Octava si Officium & Missa, si occurrat in Dominica per annum, seu non privilegiata, attamen cum Commemoratione Dominica in Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non ultimâ de eadem Dominicâ Lectione in Officio, & ultimò Evangelio in Missa, pariter ut supra.

Si in die Octava alicujus Festi occurrat Festum simplex, fit de eo in Officio & Missa diei Octavæ suis locis Commemoratio, itidem ut supra.

Si pridie diei Octava occurrat Festum semiduplex, adeoque in 2. Vesperis concurrat cum die Octava subsequente, tunc, nisi dies illa Octava incidat in Dominicam privilegiatam, aut in Festum duplex 1. vel 2. Classis, Vesperæ integræ dicuntur de die Octava, ut in 1. Vesperis Festi ( nisi aliter notetur, ut contingit circa dies Octavas quorundam Festorum supra memoratas, in quibus dicitur alia Oratio, quam in

Festo ) cum Commemoratione tamen Festi semiduplicis præcedentis. Dixi verò insuper : Nisi dies illa Octava incidat in Dominicam privilegiatam, aut in Festum duplex 1. vel 2. Classis; nam in 1. casu pridie diei Octava juxta jam supra, & alibi dicta, dicuntur Vesperæ usque ad Capitulum de Festo semiduplici pridie occurrente, à Capitulo autem de Dominicâ privilegiatâ, de die Octavâ autem fit in eo casu solummodo Commemoratio, & quidem post Commemorationem de Festo Semiduplici; eò quòd de eo fuerit Officium, & habuerit in tali casu saltem dimidium Vesperarum, dies autem Octava tunc nec habuerit Officium, nec habitura aliquid fit in toto sequenti Officio, nisi meram Commemorationem. Ob eandem rationem simili quoque modò ordinandæ sunt Vesperæ pridie diei Octavæ in Dominicam privilegiatam incidentis, si Sabbato præcedente occurrat fieri Officium de die infra Octavam alterius Festi dignioris, ut die 9. Decembris demonstratum. In 2. autem casu de Festo semiduplici nihil omnino fit, de die autem Octava fit in eo casu solummodo Commemoratio, in utrisque tamen Vesperis ( per se loquendo ) Laudibus, ac Missa, ut supra.

Si pridie diei Octava occurrat Dominica ( sive major, sive minor ) & cras fiat de die Octava, tunc pridie.



dianæ Vesperæ integræ dicuntur de die Octava, ut in 1. Vesperis Festi ( nisi quadantenus aliter notetur ) cum Commemoratione Dominicæ in 1. Vesperis cum die illa Octava concurrentis, attamen sine Suffragijs consuetis Sanctorum, & absque Precibus Dominicalibus ad Completorium : cui Commemorationi superadditur Commemoratio de die infra aliam Octavam, atque etiam de simplici, si quæ, aut quod simul occurrat.

Si pridie diei Octavæ occurrat Festum duplex, adeoque in suis secundis Vesperis id concurrat cum die Octava subsequente, tunc si tam dies Octava, quam Festum illud sint ejusdem solennitatis, regulariter Vesperæ usque ad Capitulum dicuntur de Festo duplici præcedente, à Capitulo autem de die Octava cum Commemoratione præcedentis; si verò non sint ejusdem solennitatis, tunc habens majorem solennitatem, aut Riturum, habet integras Vesperas; de habente verò minore fit in iisdem solummodo Commemoratio : & quod hic dictum de concursu Festi duplicis cum die Octava, intelligendum quoque est regulariter de die Octava cum alia die Octava ejusdem vel diversæ solennitatis in 1. Vesperis concurrente. Dixi autem tam hinc, quam supra : regulariter : Ratio limitationis est; quia Excipiuntur 1. Dies Octava Epiphaniæ, & Paschæ, de quibus supra, ac suo locò; item

Festum Ascensionis, & Corporis Christi : Ad concursum enim in 1. Vesperis diei Octava horum Festorum quod continet, juxta Notandum Tabulæ Concurrentiæ subscriptum, in 1. Vesperis diei Octava Ascensionis, & Corporis Christi totum Officium fit de Concursu cum Commemoratione Festi duplicis præcedentis, nisi hoc fuerit solenne principale, vel 1. aut 2. Classis; quia tunc de Festo hinc Officium etiam Vesperar. & Commem. duntaxat de ejusmodi quæ Octava. Excipiuntur 2. dies Octavæ Festor. B. V. M. nam ex Decr. S. R. Congregation. 1691. 11. Augusti Quæcunque dies Octava B. M. V. habere debet integras utrasque Vesperas in Concurrentia cum Festo duplici minore : id quod nunc quædam novissimis Rubricis Tit. XI. de Concurr. Offic. n. 7. exprimitur : ubi additur, id pariter intelligendum de diebus Octavis etiam particularibus B. V. alicujus Religionis. Scilicet Octavam sequatur duplex simul Classis, dividunt regulariter Vesperas; si autem eam sequatur duplex major Vesperæ erunt de sequenti, Commemoratio verò de præcedenti : Excipe Octav. Epiph. Pasch. Ascens. & Corp. Christi : nam in 2. Vesperis ei Oct. Epiph. Pasch. Ascens. & Corp. Christi, de sequenti duplici, etiam majore, fit tantum Commem. secus est si fuerit Festum duplex 1. vel 2. Classis, seu Patronus, vel Titulus, aut



...atio Ecclesie; quia tunc de Festo  
... Officium, & de ejusmodi die  
... Commemoratio, uti ibidem  
... dicitur. Similiter die Octava Cor-  
... Christi in 2. Vesperis concu-  
... cum die Octava S. Joannis Ba-  
... Vesperæ illæ integræ dicun-  
... de Octava Corporis Christi, cum  
... Commemoratione Octava S. Joan-  
... juxta Rubricam Tabulæ con-  
... scriptæ subscripam. De reliquo

Quia Octava omnes ( exce-  
... Octavis Festorum Christi, & B.  
... ) sunt ejusdem solennita-  
... nisi aliter notetur, divi-  
... Vesperas, si in 1. aut 2. Vesp-  
... una cum altera concurrat. Di-  
... nisi aliter notetur; nam ob spe-  
... Dispositionem Rubricæ, diei  
... S. Innocentium præfixæ, in die  
... S. Joannis Evangelistæ Vesperæ  
... dicuntur integræ de die  
... S. Joannis Evangelistæ, de die  
... autem subsequente Ss. Innocent.  
... tantum Comem. ut ibi. Diei  
... Ss. Trinit. deberi integras Vesp-  
... concursu cum dupl. min. probo P.  
... 203.

Si diem Octavam sequatur du-  
... 1. Classis, in 2. Vesperis nihil  
... de die Octava præcedente, exce-  
... tamen quatuor supra dictis, ni-  
... Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis,  
... Corporis Christi, de quarum qua-  
... etiam tunc fit Commemoratio,  
... sequenti duplici 1. Classis  
... juxta antè dicta.

Si Diem Octavam Sequatur Du-  
... 2. Classis, etiam translatum, Ve-  
... dicuntur quidem integræ de  
... Festo, fit tamen in ijs commemo-  
... Octava præcedentis.

Si denique Diem Octavam Se-  
... quatur Semiduplex, aut Dies infra ali-  
... am Octavam, totum Vesperarum  
... Officium est de præcedente, Seu  
... Die Octava, commemoratio verò de  
... Sequente, nempe Festo Semiduplici,  
... aut Die infra Octavam.

Festa Pentecostes, & Nativit. Domi-  
... ni includunt etiam ipsorum Vigilias :  
... ac proinde sicut in neutro horum  
... Festorum fit aliquid de Octava, ne-  
... quidem Commemoratio, ita etiam  
... in neutra harum Vigiliarum fit quid-  
... quam de Octava. Gav. Mox citand.

In Paschate & Pentecoste Offi-  
... cium utriusque huius Octavæ ter-  
... minatur in Sabbato sequenti ad No-  
... nam : atque exinde colligit Gav-  
... in Octavario Romano solennitatem ho-  
... rum Festorum incipere respectivè  
... à Sabbato Sancto, & à Vigilia Pentecostes.

XI. Infra Octavas dicitur Ora-  
... tio, ut in Die Festi ; Idemque est  
... etiam de Die Octava, nisi alia pro-  
... pria assignetur, uti fit in Die Octava  
... Ss. Petri & Pauli, item S. Laurentij,  
... ac S. Stephani, nec non Epiphaniæ.

XII. Hymnus : Te Deum dicitur  
... in omnibus Festis, & per eorum  
... Octavas, exceptò Festo Ss. Innocen-  
... tium, nisi id venerit in Dominica ;  
... tunc enim dicitur, uti & , ubi est  
... Tit.



**Titulus Ecclesia**, juxta Gav Tom. 2. f. 6. c. 6. num. 7. Semper quoque dicitur in die Octava illius Festi.

XIII. *Responsorio brevia*, quæ ponuntur in Festo habente Octavam, dicuntur per totam Octavam, quando fit de Octava.

XIV. *Symbolum S. Athanasij* non dicitur quidem in Dominicis infra Octavas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, & Corporis Christi; dicitur tamen in Dominicis, infra alias Octavas occurrentibus.

De non dicendis *Frecribus Dominicalibus* ad Primam, & ad Completorium infra Octavas (etiamsi Officium non fiat de Octava, sed de Dominica, aut Festo semiduplici) uti & de non dicendis infra Octavas *hymnis consuetis Sanctorum*, seu *Commemoracionibus communibus*, etiamsi rursus Officium non fiat de Octava, mox jam supra. Octava Dedicacionis de Octava, Ss. Petri & Pauli si in unum miscantur, illam huic esse præcedendam, probavi P. 2. f. 212. 3. J.

## TITULUS V. De Observandis Circa Festa ad Libitum.

**P**RÆTER FESTA DE PRÆCEPTO, h. e. ex Obligatione, ac Præcepto Ecclesia, seu Universalis, seu alicujus Particularis, Ritu iisdem Conveniente celebranda, dantur insuper, & occurrunt quædam alia per annum, quæ dicuntur ad libitum; eò quòd de Licentia, ac Indulto Sedis Apostolicæ quidem possint, non tamen necessariò debeant de illis dici Officium, ac Missa; utrumque verò non nisi sub Ritu, ac Modò in ejusmodi Indultis vel expressè præscripto, aut à Sac. Rit. Congregat. declaratò. Circa Festa hujusmodi ad libitum celebranda nil quidem expressè disponunt, aut statuunt Rubricæ Ge-

ner. Breviarij, non desunt tamen quædam Decreta, Auctoritate summorum Pontificum à Sac. Rit. Congregatione. desuper edita, ac præsertim de in praxi observanda: quorum duo præcipua antequam in medium hic afferam,

Notandum est I. Aliis hujusmodi Festorum esse ad libitum celebranda, h. e. sine restrictione ad certum Locum, aut Nationem, vel Communitatem, & talia modò sunt sequentia: 1. Festum S. Canuti Regis Danorum Martyr. Semidupl. 19. Januar. à Clement. X. 2. S. Laurentij Justiniani Episcop. Conf. Semidupl. 5. Septembris ab Innocent. XII. 3. S. Wenceslavi



Ducis Böhem. Mart. *Semid.* 28. Sept. Clemente X. 4. S. Remigij Episcop. Conf. *Semidupl.* 1. Octobris, quæ de Sedis Apostolicæ Licentiâ alibi quidem sunt *Festa de precepto*, ut verò in tota reliqua Ecclesia universalis, in quantum sunt *Semidupl.*, seu 9. *Lectionum*, solummodo *Festa ad libitum*. Alia verò esse ad libitum concessa alicui loco, aut *Comunitati*, vel *Provincia* duntaxat *particulari*: tale est (teste Gavanto Tom. 2. f. 7. c. 4. in fin.) Festum S. Conradi *Placentini* 19. Febr. à S. N. Congregatione concessum sub *Semid.* tantummodo *Placentinis*, & *Netinis* in Sicilia, 1614. & dein de ab Urbano VIII. Ordini Minorum S. Francisci 1625. quo circa (inquit Gav.) non est cuique datum illud recipere, neque fuit ad libitum concessum: & verò subrepticias esse illas Schedas, in quibus tanquam *Festum de Precepto Urbis & Orbis* circumferuntur, evidens est ex ipso *Calendario* & *Directorio Romano*. Ex eodem *Directorio Romano* refellitur similiter error quorundam *Breviariorum*, quæ *Festum Beati* (nunc *Santi*) Pij V. allebant, jam antequam Is in numerum *Sanctorum* solemnibus Ritu retineretur, fuisse Romæ *Festum de Precepto*, alibi verò (hoc est, extra Romanam) in Ecclesia universalis *Festum ad libitum*; cum usque ad hunc annum 1712. fuerit Romæ non nisi *Festum ad libitum*, & quidem ibi tan-

tum, & in paucis quibusdam locis, quibus fuerat specialiter concessum, ut alibi jam observavimus, & ex *Directorij Romani*, usque ad annum 1712. inclusivè ibidem editis, apertisque id Verbis asserentibus probavimus. Ad hujus posterioris generis *Officia Sanctorum ad libitum* possunt etiam revocari illa, quæ nonnullæ Congregationes, Religiones, aut Ecclesiæ, vel Nationes de Sedis Apostolicæ licentiâ semel vel pluries singulis hebdomadibus, vel mensibus de SS. Sacramento, aut *Immaculata Conceptione*, B. M. V. aut *sui Ordinis Fundatore*, vel de alijs Sanctis, diebus Festo duplici, aut semiduplici non impeditis possunt celebrare, de quibus in fine hujus *Tituli*.

Notandum est II. Cùm olim minus restrictè, quàm hodie, data fuerit licentiâ celebrandi *Festa ad libitum* (tam ea, quæ pro *universali Ecclesia*, quàm etiam illa, quæ *Ecclesijs*, vel *Locis particularibus* conceduntur) iudeo non amplius ea omnia hoc tempore procedere, aut posse practicari, quæ pluribus abhinc annis nonnulli AA. tum *Rubricista*, tum *Morales* de *Festis ad libitum* scripserunt, nominatim P. Gobat *Tr. 5. num. 36. append. 6. item n. 650. append. 1. à lit. a. appendic. 2. à Lit. e. id quod ipse ex parte notat ibid. append. 3. lit. q. & n. 663. in append. 2. lit. f. & h.* Sic olim P. Gobati, ac aliorum Com-

] Paris III. ]

] N ]

mu.



munis erat Sententia, *Festa ad libitum*, suo proprio die impedita, perinde transferri posse, ac *Festa de Præcepto*, idque ob Decr. Sacr. Rit. Congregation. editum 9. Jun. 1668. & 1671. 18. Jul. Verùm aliquot post annis, nempe 1673. die 2. Decembris, eadem Sacr. Rit. Congregatio ex Mandato Clementis X. limitavit illud Decretum, aliudque (in Breviarijs paulò recentioribus post dictum annum in calce ante *Festa ad libitum* summarie extans) in lucem edidit, & in eo decrevit, *Festa Sanctorum ad libitum* in posterum non esse transferenda, si eorum Festivitas incidat in diem Dominicam, vel aliquem diem *Festorum mobilium* (id est nulli certo diei mensis affixorum) sed tunc illò annò eorum Officia esse omittenda: quia tamen in posteriori hoc Decreto limitatio fiebat ad solos dies Dominicos, ac dies *Festorum mobilium*, ideo *Festa ad libitum* in dies alios impeditos incidentia perinde, ac *Festa de Præcepto*, adhuc posse transferri idem Gobat, & cum eo Lohnerus, ac alij sustinebant, ita tamen, ut, si contringeret, ex pluribus *Translatis*, unum esse *Festum de Præcepto*, alterum verò solummodo *ad libitum*, juxta Regulam Gav. in Rubr. de *Transl. Festor.* l. 3. c. 10. n. 16. tunc priùs fieret de eo, quod fuit de *præcepto*, & postea primùm de eo, quod erat *ad libitum*, nisi *translatum ad libitum* altioris Classis, seu gradùs

foret; tunc enim de hoc priùs fieri debere idem Gav. locò recens cit. Gob. ubi suprà n. 650. contendebat. Verùm quia Innocent. XI. anno 1682. die 24. Januar. Decretum Antecessoris, nempe Clement. X. non transferendis quibuscunque *ad libitum*, sed ( siquidem ea incidant vel in diem Dominicam, vel aliquem *Festorum mobilium* ) de *præcepto* tunc omittendis extendit in posterum etiam ad *Octavas*, & *Natalitia Sanctorum*, ex Indulto Apostolico in *Religione*, vel *Diocesi de præcepto* branda, ita, ut *Festa ad libitum* aut *infra* aliquam *Octavam*, aut aliquo *Festo particulari* altioris *Classis*, vel *Ordinis* occurrerint nec illo celebrari, nec etiam amplius, seclusò *speciali Indulto* sint, sed in ejusmodi loco, in quod incidunt in talem diem, esse omittenda, seclusò, ut dicitur, *speciali Indulto Apostolico*. Quia præterea eadem Sac. Rit. Congregatio anno 1706. die 20. Martii quoque Concessionem ad *particulares dies* restrinxit, quibus de *Sede Apostolica* Indulto permittitur celebrare quædam *Religiones*, *Congregationes*, aut *Ecclesias*, vel *Nationalitates* particulares semel vel pluribus hebdomadibus, vel *Menibus* extra *Adventum*, ac *Quadragesimam* celebrare possint *Officium de Sacramento*, vel de *aliquo Sancto Ordinis* v. g. *Patrono* ) *dielibus*



est duplici, vel Semiduplici non impedi-  
 &c., cum diebus huiusmodi impe-  
 diatur annumerandas quoque esse de-  
 crevit non solum *Ferias* omnes *Ad-*  
*ventus*, & *Quadragesima*, sed etiam  
*Feriam II. Rogationum*, item *Ferias* o-  
 mnes quatuor *Temporum*, uti & *Vigi-*  
*lium*, sive cum *Jejunio*, sive absque  
*Jejunio*, ac demum eam quoque *Fer-*  
*iam*, in qua secundum Rubricas re-  
 ponendum est *Officium Dominica*, sub  
 ioco celebrari impedita, ita, ut in  
 nulla harum dierum ejusmodi *Offi-*  
*cia* (alioquin in ejusmodi *Congre-*  
*gationibus* &c. ad libitum Concessa)  
 possint amplius recitari, etiam si in  
 Indulto de memoratis diebus nulla  
 specialis mentio sit facta, idem quoad  
 celebranda *Festa ad libitum* hodie in  
 generali, secluso speciali Privilegio,  
 procedendum est juxta sequentia  
 Decreta, quorum primum con-  
 cernit *Festa ad libitum* quacunq[ue], seu  
 universaliter concessa; Alterum verò  
 officia particularibus duntaxat *Cetibus*  
 certis diebus recitari permissa.  
 Primum (quod, ut supra memini, 24.  
 Januar. 1682 sub Innocent. XI. e-  
 manavit, ac extat apud P. La Croix  
 Tom. 4. l. 4. n. 1269.) ita sonat:  
 Cum alias Sac. Rituum *Congregatio* de-  
 creverit, *Officia Sanctorum ad libitum*  
 esse transferenda, quando dies eo-  
 rum Festivitatum sunt impediti die *Dom-*  
*nico*, aut aliquò aliò die *Festorum* mobi-  
 lium, quæsum fuit declarari, quæ Re-  
 gula servanda sit, quando occurrunt

eodem die cum *Officijs Sanctorum* *Ca-*  
*lendarij* proprii, vel translatis, vel de-  
 mum semel per *Hebdomadam*, vel per  
*menssem* recitari Concessis? & Sac. *Congre-*  
*gatio* respondit, prædicta *Officia San-*  
*ctorum ad libitum*, etiam duplicia, oc-  
 currentia in diebus *Dominicis*, *Octa-*  
*vis*, & *Natalitijs Sanctorum* alicujus *Re-*  
*ligionis*, vel *Dioecesis*, ex vi *Calendarij*  
*proprii*, à *Sede Apostolica* approbati, quam-  
 vis sub *Ritu Semiduplici* de *Fræcepto* ce-  
 lebrandis, non esse transferenda, sed o-  
 mitti debere: si autem occurrant eodem  
 die, in quo alias aliquod *Festum* trans-  
 latum poni deberet, tunc liberum fore  
 declaravit eadem *Officia ad libitum* reci-  
 tare, & *Officium translatum* ulterius ad  
 aliam diem non impeditam transferre:  
 prout etiam omisso officio, quod semel per  
*Hebdomadam*, aut *Mensem* ex *Apostoli-*  
*co Indulto* recitare concessum est, *Offi-*  
*cium ad libitum* eadem die occurrens re-  
 citari posse decrevit.

Posterius verò *Decretum* (ex-  
 tans apud *Franciscum Monacelli* in  
*Formular. Legal. Practic. P. II. fol. 68.*  
 & 69. ita habet: Cum *Sacrorum Ri-*  
*tuum* *Congregationi* demissè supplicatum  
 fuerit sequentia dubia declarare:

Primum. An, cum multis *Congre-*  
*gationibus*, *Religionibus*, sive *Eccle-*  
*sijs*, vel *Nationibus* concessum sit à *San-*  
*cta Sede Apostolica*, ut semel vel pluries  
 in singulis *Hebdomadibus*, vel *Mensibus*  
 celebrentur varia *Officia per annum*, v.  
 g. de *Sanctissimo Sacramento*, vel de *San-*  
*ctis in diebus non impeditis* aliquo *Festo*



duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi Officia facere etiam in diebus Sancta Quadragesima, Adventus, Vigiliarum, & quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus Officiorum Concessionibus?

Secundum. an dies impeditus Festo duplici, vel semiduplici pro dictis Officijs recitandis intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; quod scilicet Festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies Octava sit dies impeditus respectu talium Officiorum?

Tertium, An Regulares absque speciali Privilegio, sed sola Communicatione Privilegiorum aliarum Religionum possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litanijs, & Confiteor, itémque recitare Officia, & Missas Concessas alijs Religionibus.

Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad Relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Colloredo respondit

Ad Primum negativè, & hujusmodi Indulta non habere locum in Ferijs Adventus, Quadragesima, quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum Jejunio, sive absque Jejunio, nec in Feria II. Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundum Rubricas sit reponendum Officium Dominica.

Ad Secundum Affirmativè.

Ad Tertium negativè in Omnibus.

ET ità declaravit, ac servari voluit, ac insuper, ut Declarationes, seu Decreta prædicta omnibus immutentur, Typis ea imprimi mandavit die 20. Martij 1706. &c.

Ad prius horum Decretorum quod attinet, observandum est 1. Nominè Octavarum intelligi in eo non modò diem ipsam Octavam sed etiam dies quoscunque infra Octavam, etiam tantùm particularem, tam Festorum mobilium, quàm inobitium occurrentes, ità, ut, sive die ipsa Octava, sive die aliqua infra Octavam Festum aliquod ad libitum occurrat, nequeat transire vi dicti Decreti in diem aliam infra, sive post Octavam, sed omnino debeat ( quatenus est Festum ad libitum ) in tali loco : unde contingere potest, ut Festum aliquod quod alioquin in Ecclesia universali est ad libitum, alicubi nunquam possit celebrari, sed debeat constantiter omitti : id quod de festo alicubi contingit circa Festum S. Laurentij Justiniani primi Venetorum Patriarcha, de quo in Locis, in quibus Festum Ss. Angelorum Custodiam celebratur Dominicâ I. Septembrii habet Ritu duplici 2. Classis, & cum Octava, nunquam fieri potest Officium semiduplex ad libitum ( eò quòd in ejusmodi Locis semper veniat infra illam Octavam ) nisi à Sede Apo-



alica alicubi obtineatur *Speciale Indultum*, illud, non obstante Decreto Generali Innocentij XI. celebrandi sub eo Ritu die aliò fixò post Octavam; cujusmodi *Indultum speciale* olim à Sede Apostolica pro Provincijs Septentrionalibus obtulerat Societas JESU, cum Festum S. Hedwigis Ducissæ Poloniæ constanter apud Nos incidens in *Octavam S. Francisci Borgiæ*, eorumnum erat *Festum ad libitum*: ne enim Officiò à S. Sede Apostolica huic Sanctæ ad libitum concessò eam in ijs Provincijs cogeret Societas perpetuò carere, per speciale *Indultum* ab eadem Sede Apostolica Societas pro dictis Provincijs impetravit, ut Officiò Sanctæ huic Septentrionis Patronæ concessum ad libitum possent ipsæ stabiliter in diem 20. Octobr. tanquam diem fixum transferre, de quo plura huc licentia ibidem.

*Observandum* ulterius est 2. Quod, cum Sac. Rit. Congregatio (Teste Monacelli *loc. cit. fol. 67.*) Officiò aliquod *particulare* alicujus Sancti, cuidam loco, vel alicui Diocesi, vel Religioni, aut Provinciæ pure concessum soleat idipsum quandoque ex Gratia (caussa aliqua rationabili impellente) alijs quoque locis, Diocesibus, Religionibus, & Provincijs per extensionem indulgentie, quin tamen mens illius sit, ut eam in hujusmodi locis sub eodem

Ritu, ac pari cum solennitate celebretur, quandoque autè contingat, ut in Executione hujusmodi Indultor. ab ijs, qui extensionis Gratiã impetrarunt, non leves committantur errores, ad hos autem Cavendos cum quæsitum fuisset subin in Sac. Rit. Congregation. sub quo Ritu in Regnis Hispaniæ (excepta Civitate Gerundæ, cujus Principalis est Patronus) sit celebrandum Officiò S. Narcissi Episcopi, & sub quo Ritu censi debeat *indultum Officiò* per Extensionem in cæteris Casibus, quando à Sac Congregatione non exprimitur? Congregatio examinatis Decretis sub die 3. Aug. 1697. apud cit. Monacelli respondit: *Officiò S. Narcissi recitandum esse in Civitate, & Diocesi Gerunde 29. Octobris cum Missa sub Ritu duplici 1. Classis, & cum Octava, die verò 18. Martij de eo faciendam Commemorationem duntaxat, sicut Quadragesim. Tempore sit de simplicibus. In Cæteris autem Regnis Hispaniarum recitandum esse sub Ritu duplici minore dicta die 29. Octobris tantum, reformando Decreta annorum 1682. & 1689.*

*Observandum* 3. Si *Festum ad libitum*, occurrens in aliquo supra dictorum dierum, ut tale, & tanquam *Festum 9. Lectionum* non possit celebrari, habeat tamen simul etiam *Ritum simplicem de Præcepto* (uti habet S. Remigius) eò annò non penitus esse omittendum, sed saltem



Ritu simplici de Præcepto esse celebrandum, nisi Festum illud, in quo occurrit, sit duplex 1. Classis. Ità s. R. Congr. apud Pisart, Direct. Can. Tit. X. Notand. XX. Qui Numero sequenti addit: Ea Festa, quæ de Indulto Sedis Apostolicæ in certis Provincijs ( uti in Imperio Romano Festum Desponsationis B. M. V. aliæque similia duplicia ) celebrantur, concessione in hunc v. g. modum sonante: *Ut tale vel tale Festum cum Officio & Missa sub Ritu duplici N. celebrari possit, & Valeat &c.* ex Sensu Ritualistarum non comprehendi supra tactò Decretò Innocent. XI. adeoque & transferri posse, nec alio sensu ad libitum ea Festa censeri, quam quod liberum fuerit Episcopis, Superioribus Ordinibus, aut Capitulis Generalibus ea acceptare vel non; semel autem admissa à superioribus liberum non esse subditis ea dimittere, vel non servare.

Observ. 4. Festa sub Ritu duplici, aut semiduplici ad libitum concessa, de quibus fit mentio in priori supra relatorum Decretorum, censeri debere sub modò inter dies impeditos respectu duplicium, aut semiduplicium de Præcepto translatorum: constat tum ex ijs, quæ habentur in fine ejusdem Decreti, tum etiam ex illis, quæ Tit. seq. dicuntur de Occurrentia, & Translatione Festorum; Vicissim aut Officia illa, quæ nonnullis Congregationibus, aut Religionibus &c. semel aut pluries

per Hebdomadem, aut Mensem diebus nullò Festò duplici, aut semiduplici impeditis recitanda occurrunt, cedere debere Festis duplicibus, ac semiduplicibus translatorum de Præcepto, constat ex posteriori Decretò, utpote asserente, Festum duplex, vel semiduplex de Præcepto, etiam translatorum, nec non dies Octavarum esse dies impeditos respectu talium Officiorum. An autem Festum 9. Lectionum ad libitum ( v. g. S. Canutus ) celebrari etiam debeat Dominica 2. aut 3. post Epiphaniam, quando Officium ejusmodi Dominica ob citius advenientem Septuagesimam anticipatum est ad diem Sabbati, aut aliam parte Septuagesimam, in qua Festum semiduplex ad libitum occurrit, discussum est partim supra P. II. ad diem 19. Januarij, partim vero P. I. Titulo de Dominica II. III. sequent. post Epiphaniam.

RECITANTES ex legitima Concessione Apostolicæ Concessione Officium ac Missam de SS. Corpore Christi, quavis Feria V. infra annum, Officium 9. Lectionum, aut aliunde exceptum non impeditur, dicere ea debent sub Ritu semiduplici ( Paschali, vel non Paschali, pro Temporis exigentiâ ) in Colore albo &c. de reliquo servare sequentem in modum:

I. Officium à primis Vespertis Feriæ IV. dicitur, ut in 1. Vespertis Festi SS. Corporis Christi, tamen, uti dictum est, sub Ritu



aplici, ac cum Precibus Dominicali-  
 bus, & Suffragijs Sanctorum Tempori  
 congruentibus. 2. Extra Tempus Pa-  
 schale omittuntur *Alleluja*, quæ in  
 Antiphonarum, Versuum, & Respon-  
 soriarum in Festo SS. Corporis Christi,  
 ac infra hujus Octavam (uti & Tem-  
 pore Paschali) alioqui ponuntur ac  
 dicuntur; ita enim præscribitur in  
 emendationibus Libellis, cum facul-  
 tate Superiorum de Modo ac Ritu re-  
 citandi hoc Officium infra annum in  
 locum datis, obeam, opinor, ratio-  
 nem, quod Additio illorum *Alleluja*  
 videatur esse Privilegium solius Oc-  
 tavae Corporis Christi, ac Temporis Pa-  
 schali; id quod etiam ex eo colligitur,  
 quod extra prædicta Tempora  
 nec ad Introitum *Misse* ( qui idem  
 est cum Introitu *Missæ* Festi, & Oc-  
 tavae Corporis Christi ) nec ad  
 Versum : *Panem de Cælo præstitisti eis*  
 etc, uti constat ex Rituale Romano,  
 infra annum addantur ea *Alleluja*,  
 quæ *Missæ*, & prædicto Versui per  
 Octavam SS. Corporis Christi, & Tempo-  
 re Paschali alioquin addi solent. 3.  
 Vicissim Tempore Paschali ad Invitatio-  
 nes, Antiphonas, Versus, & Responso-  
 ria breviora, quàm alia, additur in-  
 stead *Alleluja*, ubi in illis non habe-  
 tur, & omnes 3. Psalmi dicuntur  
 in quolibet Nocturno sub prima  
 Antiphona illius Nocturni. A Se-  
 ptagesima verò usque ad Pascha omittuntur  
*Alleluja*, ubicumque haberetur in  
 prædicto Officio. 5. Lektionen I,

Nocturni infra annum sunt semper  
 de Scriptura occurrente : in II. & III.  
 Nocturn. autem sumuntur ex Octava  
 Festi Corporis Christi, prout habentur  
 per binos semper menses pro toto  
 anno dispositæ in Libello, anno  
 1641. Ingolstadij, ac subin etiam a-  
 libi cum facultate Superiorum im-  
 presso, ordine sequenti, nempe :  
*Mense Januariò : Sermo, & Homilia,*  
 ut in die Festo. *Mense Februariò :*  
*Sermo Sabbati infra Octavam Cor-*  
*poris Christi, & Homilia Feriæ VI.*  
*Mense Martio, ac Aprili : Sermo Do-*  
*minicæ infra Octavâ, & Homilia Sab-*  
*bati. Mense Maio, ac Junio : Sermo*  
*& Homilia Feriæ II. Mense Julio, &*  
*Augusto : Lektionen II. & III. No-*  
*cturni ex Feria III. Mense Septem-*  
*bri, & Octobri Lektionen II. ac III.*  
*Nocturni ex Feria IV. Mense No-*  
*vembri, & Decembri : Sermo & Homilia*  
*Diei Octavæ. Observandum verò*  
 hõc locò est, quòd, quando Lectio-  
 nes in II. & III. Nocturno infra annum  
 recitandæ in hoc Officio sunt de-  
 sumptæ ex aliquo Sermone, aut ex  
 aliqua Homilia alicujus S. Patris, tunc  
 Titulus Lectionum ejusmodi Noctur-  
 ni sit efferendus in Nominativo, adeo-  
 que dicendum : *Sermo sancti N. vel*  
*Homilia Sancti N.* non autem : *De Ser-*  
*mone Sancti N. vel : De Homilia San-*  
*cti N.* eò quòd de illis lectum non  
 fuerit die præcedente, uti fit infra Oc-  
 tavam SS. Corporis Christi, quando  
 Lectio ejusdem Sermonis in II. No-  
 in



Eturmo, aut ejusdem Homilia in III. Nocturno sequenti aliquo die continuatur. Qua de re videri potest Gavantus in *Prolegomenis Octavarum Romani in Annotationib. ad Octavas spectantibus* supra f. 331. P. II. à me cit. Dixi autem: sunt desumptæ ex aliquo Sermone, vel Homilia; secus enim est de Lectionibus, non ex aliquo S. Patris Sermone, aut Homilia, sed ex aliquo alio ejus Tractatu (v. g. aliquâ ejus Epistola, aut Libro) desumptis; tunc enim Titulus ejus Tractatus eò modò semper legitur, prout infra Octavam in Breviario, aut Octavario Romano exprimitur, ac proinde quando Lectiones II. Nocturni sumuntur pro hoc Officio ex Feria III. (uti mense Julio, & Augusto) aut ex Feria IV. infra Octavam Corporis Christi (uti mense Septembri, & Octobri) legendus est Titulus illius respectivè Epistola, aut Libri in II. & III. Nocturno, prout ibi Feria III. aut IV. exprimitur, dicendo in 1. casu: Ex Epistola S. Cypriani &c. in 2. autem casu: Ex Libro S. Ambrosij &c.

Porò Nomine dierum impeditorum Officiò 9. Lectionum (hoc est, duplici, vel semiduplici) ac exceptorum, intelligi etiam eos dies, in quibus ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, item dies infra Octavas &c. ac denique etiam eas Ferias, in quibus secundum Rubricas est reponendum

Officium Dominica, constat ex supercit. Decr. Generali Sacr. Rit. Congreg. de anno 1706. 20. Mart. ubi dicitur: Quòd Congregationes, Religiosæ sive Ecclesiæ, vel Nationes, quibus à S. Sede Apostolica concessum fuit, ut semel, vel pluries singulis hebdomadarum, vel mensibus varia per annum Officia celebrentur in diebus Festo aliquo duplici, vel semiduplici non impeditur, v. g. de altiss. Sacramento, vel Sanctis (v. g. immaculata Conceptione B. M. Virginis Ordinis Fundatore) non ratione Ferijs Adventus, Quadragesime, Temporum, secunda Rogationum, & que Vigiliarum (sive cum Jejunio, & absque Jejunio) non possint fieri hujusmodi Officia, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquo ejusmodi Officiorum concessione, sed neque ulterius id possint in ea Rubrica, in qua secundum Rubricas reponendum Officium Dominica, neque eo die, in quo ponendum est Officium de Festo duplici, vel semiduplici translato, nec denique etiam illò, quo fit Officium de curante aliqua Octava, uti videtur etiam apud Francisc. Monacelli in *Præmular. Legal. pract. Tit. 13. §. 6. & 69. & supra f. 97.*

MISSA, quando infra annum ex Sedis Apostolicæ Indulto fit Officium semiduplici, Officium de SS. Sacramento, non dicitur ut in Festo Corporis Christi, sed prout notatur inter festivas in fine Missalis, non quidem



... sed Ritu semiduplici, adeo-  
ne cum Gloria in Excelsis, & Ite mis-  
... in fine; attamen sine sequentia,  
... Credo. Oratio 2. & 3. ( nisi fa-  
... sit aliqua Commemoratio )  
... uti in Festis semiduplicibus,  
... Diversitate Temporis currentis.  
... de Nativitate Domini, sine  
... Communicantes. Col. Alb.

INDULTUM dicendi infra an-  
num Officium & Missam de SS. Sacra-  
mento Euchar: modò hætenus rela-  
... ad non minus pias, quàm eni-  
... preces modò regnantis Sacr. Ce-  
... Majestatis ( CAROLI VI. ) per  
... Comitem de Gallasch, ejus a-  
... Sedem Oratorem Ordinarium,  
... S. D. N. CLEMENTI XI. Papæ  
... Sanctitas sua 17. Augusti  
... concessit, ut nimirum impo-  
... sum in omnibus Dominijs, & Sta-  
... Hereditarijs Augustissimæ Do-  
... Austriacæ, ab ijs, qui ad Ho-  
... Canonicas tenentur, qualibet Fe-  
... V. non impediã Officiò 9. Le-  
... ( quale habent Festa dupli-  
... & semiduplicia, tam in sua sede  
... suo proprio die occurrentia, quàm  
... iam translata, nec non dies infra  
... Octavam, ac ipsæ dies Octava ) ex-  
... tibus tamen Adventus, Vigiliarum-  
... & Quadragesimæ Temporibus  
... Officium SS. Sacramenti sub Ri-  
... semiduplici recitari, ac etiam Mis-  
... respectivè celebrari de eodem  
... possit, & valeat, uti videre est in  
... brevi Apostolico desuper confecto,

¶ Pars III. ¶

nec non in Libello, anno currente  
1717. Brixinæ impresso, cui Titu-  
lus : Officium de SS. Eucharistia Sa-  
cramento, Ferijs V. non impeditis infra  
annum alicubi ex Indulto Apostolico  
recitandum &c. Prædictis pro  
typo jam descriptis

Quæsitum ex me fuit : An  
ibi, ubi ex Indulto Sedis Apostoli-  
cæ Festum SS. Lanceæ, & Clavo-  
rum Domini sub Ritu duplici ad libi-  
tum fas est celebrare Feriã VI. post  
Dominicam in Albis, id liceat trans-  
ferre in diem aliam non impeditam  
tunc, quando Feriã illã VI. ob occur-  
rens aliud Festũ dignius, aut Ritum ha-  
bens altiore ipsũ celebrari non potest,  
ut continebat annò 1715. quò in  
Feriam illam VI. incidit Festum In-  
ventionis S. Crucis, cui, tanquam Fe-  
sto Ecclesia universalis, ac habenti Ri-  
tum duplicem 2. Classis, cedit Fe-  
stum particulare ad libitum Lanceæ,  
ac Clavorum? Transferri id posse  
censebant Aliqui; eò quòd nec De-  
cretò auctoritate Clementis X. an-  
nò 1673. editò, nec etiam Decretò  
jussu Innocent. XI. 1682. publicatò  
Festi ad libitum in tali casu Transla-  
tio prohiberi videatur, uti ea De-  
creta expendent constabit. Ni-  
hilominus Respondi ego : In ejus-  
modi casu, quò nempe Feriã illã VI.  
post Dominicam in Albis occurrit Fe-  
stum Inventionis S. Crucis, aut aliud  
simile dignius, aut Ritũ altioris,  
Festum Lanceæ, ac Clavorum nec

¶ O ¶

56



Feria illa VI. esse celebrandum, nec in aliam diem, Festo 9. Lectionum non impeditam, esse transferendum, sed eò annò penitus esse omitendum, idque propterea, quòd concessio ( siquæ facta est à Sede Apostolica ) celebrandi illud Festum cum proprio Officio ac Missa ad libitum, determinatè sit facta cum restrictione ad Feriam illam VI. quâ proin si ob concurrentiam Festi dignioris celebrari non possit, procedendum eò annò erit eò omnino modò, quò Tempore Gavanti ex Decreto Sacri Rituum Congregationis de anno 1638. die 6. Februar. procedi debebat circa Festum Rosarij, vi cuius, quando in Dominicam I. Octob. ( quâ alioqui juxta constitutionem Gregorij XIII. in ijs Ecclesijs, in quibus adest Altare seu Capella Rosarij B. V. Ritu duplici majore celebrabatur ) inci-

dit alicubi Festum altioris Ritus, in casu nihil fieri debebat de Festo Rosarij, neque hoc transferri, sed idere est apud eundem Gav. Tom. 2. f. 7. c. 12. post initium Capituli, & præ P. I. Tit. 49. Dominici I. Octobris. Atque ita practicarum repertorio etiam quo ad Festum Ss. Lancee & Clavorum Domini in quadam Decreti anno 1710. quò in Feriam VI. Dominicam in Albis incidere non potest Dedicacionis Ecclesie Cathedralis, ut proin annò nil factum est ibi de Festo Lancee, ac Clavorum: de cuius authenticæ concessione, sub ea licentia universalitate ac extensione, que non à nonnullis, & quidem una cum Ritu duplici 2. Classis tribuitur, hæc merito à quibusdam dubitanti constat ex Dictis P. I. f. 139. De Feria post Dominicam in Albis, ob Rationes ibi insinuat.

## TITULUS VI.

De Occurrentia, & Concurrentia Festerum, & respectivè etiam Dominicarum, Vigiliarum, ac Feriarum &c.

**D**ATUR in OFFICIO DIVINO Occurrentia, & Concurrentia. Concurrentia est duorù pridiæ & postridiæ celebrandum, attenditurque Ordinariè in secundis Vesperis unius, & in primis alterius Festi. Occurrentia est duorum in eodem die. *Con. 2. f. 3. c. 9.* Utraque *suas* habet in Breviario Romano Rationes.



Generali X. & XI. nec non in 7a. &c. descriptas : juxta quas proin in Occurrentiæ & Concurrentiæ Praxi procedendum, ut sequitur.

§. I.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium 1. Classis.

ESTA DUPLICIA 1. Classis in Bre- viario Romano enumerantur sequentia duodecim. 1. Nativitas Domini. 2. Epiphania. 3. Pascha Resurrectionis, cum antecedentibus, & duobus sequentibus. 4. Ascensio Domini. 5. Pentecostes, cum duobus sequentibus. 6. Festum SS. Corporis Christi. 7. Nativitas S. Joannis Baptiste. 8. Festum Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. 9. Assumptio B. MARIÆ Virgine. 10. Festum Omnium Sanctorum. 11. Dedicatio propria Ecclesie. 12. Titulus Ecclesie : His quoque addendum ( ut cum Gargano notat Arnaudus Dedicatio Ecclesie Cathedralis, utpote & ipsa sub una duplici 1. Classis per totam Diocelin celebranda, attamen cum habeat ut supra Tit. de Dedicat.

nempe vel in Dominicam 1. Adventus, vel in Dominicam Quadragesime, vel in Dominicam Passionis, vel in Dominicam Palmarum, vel in Dominicam Pascha, vel in Dominicam in Albis, vel in Dominicam Pentecostes, vel in Dominicam Ss. Trinitatis, nequit fieri Officium de Festo, ut ut istud sit duplex 1. Classis, sed transferri hoc debet in diem proximam aliam non impeditam; Officium autem fieri debet eo die de Dominica majore 1. Classis tunc Occurrente. Quomodo vero ordinandum tunc sit Officium talis Dominicæ in 1. & 2. Vesperis, necnon in Laudibus, ac Missa, si forte una occurrat vel concurrat Festum simplex, vel etiam aliud 9. Lectio- num præcedens, vel subsequens, id declaramus suo loco. Dominicus hujusmodi 1. Classis à fortiore cedunt in occurru Festi semiduplicia.

2. Si Festum duplex 1. Classis ( quale sunt Festum Patrum Principa- lis loci, ac Ordinis, nec non Titularis Ecclesie, ac hujus Dedicatio ) occur- rat in Dominica majore 2. Classis, nempe vel in Dominica II. vel III.

¶ O 2. ¶

vel

De Occurrentia Festorum du- plicium 1. Classis

¶ SI Festum quodcumque duplex, e- tiam 1. Classis, incidat in Do- minicam aliquam majorem 1. Classis,



vel IV. *Adventus* ( nisi in hanc incidat *Vigilia Nativitatis Christi* ) vel in *Dominica Septuagesima*, vel *Sexagesima*, vel *Quinquagesima*, vel denique in II. vel III. vel IV. *Quadragesima*, tunc Officium fit de Festo illo 1. Classis: fieri tamen simul debet Commemoratio de ejusmodi *Dominica occurrente* 2. Classis in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missa*, cum 9. *Lectio* de *Homil.* ejusdem *Dominicæ* in *Officio*, ac *ultimo* de eadem *Evang. in Missa*.

3. Si Festum duplex 1. Classis incidat in *Dominicam per annum*, sive *minorem*, Officium fit de Festo, ac pariter Commemoratio de *Dominica* in utrisque *Vesperis* ( nisi quoad secundas Commemorationi talis *Dominicæ* obster concursus cum sequenti aliò Festo 1. vel 2. Classis ) nec non in *Laudibus*, ac *Missa*, legiturque & tunc 9. *Lectio* de *Dominica* in *Officio*, & *ultimum Evangelium* in *Missa Festi*.

4. Si Duo Festa duplicia 1. Classis occurrant eodem die, Officium fit de *Privilegiato*, ac verò *Translatio* de *non Privilegiato*; quòd si neutrum præ altero sit *privilegiatum*, Officium fit de *Digniore*, *Translatio* de *minus digno*. *Duplicia* 1. Classis, ac *dies privilegii* contra quòdcunq; aliud duplex simul occurrentes sunt: Festum *Epiphania*, & *dies illius Octava*: *Feria V. in Cena Domini*: *Feria VI. in Parasceve*: *Sabbatum Sanctum* ma-

ioris *Hebdomadæ*: *Festum Pasche*, & *Pentecost*: cum duobus sequentibus diebus: *Festum Ascensionis Domini*: *Festum Ss. Corporis Christi*: *Festum Assumptionis B. V. M.*: *Festum omnium Sanctorum*: *Festum Nativitatis & Circumcisionis Domini*, in quorum aliquo proin si aliquando alicubi occurrat aliud Festum duplex pro 1. Classis ( verb. grat. *Festum Dedicacionis in Festo B. V. Assumptæ* ) contingere potest in loco, in quo pro Festo anniversario *Dedicacionis* propriæ *Ecclesiæ* celebrando *Dedicator* assignavit *Dominicam* III. *Augusti*, & in illam incidit aliquando Festum *B. V. in Cælos Assumptæ* ) Festum illud aliud 1. Classis necessariò est transferendum in diem proximam aliam non impediantur Idem est, ut dixi, de *minus digno* si occurrat eodem die, quòd magis dignum: porro *major dignitas* tenetur præ alio, in pari *Classis* constituto, desumitur à *majoris* tenetur præ altero *solemnitate*; quòd si & hæc sit æqualis, attenditurordo personarum, harumque *dignitas*, ut scilicet *Festa Domini* præstantur omnibus alijs, *Festa B. Mariæ V. Festis Sanctorum*, *Festa Angelorum & Apostolorum* cæteris alijs *Festis*. Attenditur quoque *major dignitas* ex eo *Titulo*, in *Capite* ( si tamen cætera sine *privilegio* ) quod unum celebretur ab *Ecclesiâ* *universali*, non item alterum.



Gen. XI. n. 2. in fin. & Gav. in  
 deorationib. prolegom. ad Octavar. Ro-  
 mex. juxta quem ( ut alibi adnota-  
 vimus ) Festum Dedicacionis præfer-  
 tur Festo Patroni, imò juxta P. Go-  
 bat etiam ipsi Festo Ss. Apostolor. Petri  
 & Pauli : cedit tamen Festum De-  
 dicacionis Festo Assumptionis B. M. V.  
 juxta antè dicta, & Festo Patroni loci  
 Festum Titularis Ecclesie, nisi sit ma-  
 gna inter eos dignitatis distantia.  
 Para huc pertinentia vide suprâ hac  
 P. Tit. 1. & 3. à f. 60. item P. II. die  
 14. & 28. Jun. fin.

5. Si Festum duplex 1. Classis,  
 & Festum duplex 2. Classis occurrant  
 eodem die, Officium fit de primo,  
 translatio de secundo, nisi secun-  
 dum ( nempe duplex 2. Classis ) sit  
 verum ex privilegiatis contra quod-  
 cumque aliud Festum : qualia du-  
 plicia 2. Classis contra quodcumque  
 aliud Festum ( etiam Patroni, & Ti-  
 tularis Ecclesie, ejusdemque Dedicacionis )  
 privilegiata sunt Festum Circumcisio-  
 nis Domini, & Festum Ss. Trinitatis,  
 in quibus si occurrat Festum quod-  
 cumque aliud, etiam 1. Classis trans-  
 ferri id debet in diem proximam a-  
 ntem non impeditam, & fieri Offi-  
 cium de Festo Circumcisionis, aut Ss.  
 Trinitatis, ut ut ambo sint tantum  
 ubi ea non sunt Titulus Ecclesie ) du-  
 plicia 2. Classis.

6. Si Festum duplex 1. Classis,  
 & Festum duplex per annum [ seu mi-  
 nus, seu majus ] eodem die simul oc-

currant, Officium fit de primo, at  
 verò translatio de secundo. Dixi  
 autem : & Festum duplex, nam de  
 die Octava ( ut ut & ipsa habeat Ri-  
 tum duplicem ) id uniyersaliter, ut po-  
 stea dicetur, non procedit ; cum den-  
 tur Octava privilegiata contra quodcum-  
 que Festum etiam 1. Classis. Adde,  
 quòd dies Octava juxta Rubr. de Trans-  
 lat. non transferatur.

7. Si Festum duplex 1. Classis  
 & dies infra Octavam eodem die si-  
 mul occurrant, Officium fit de Fe-  
 sto, nihil autem de die infra Octa-  
 vam, nisi Octava illa sit una ex privi-  
 legiatis ; nam infra Octavas 1. Classis  
 ( quales sunt solummodo Octava Pa-  
 schæ, & Octava Pentecostes ) non fit  
 de ullo Festo ; infra Octavam verò  
 2. Classis, nempe Epiphania, fit qui-  
 dem de Festis 1. Classis, non item  
 de alijs ; & infra Octavam 3. Classis,  
 hoc est, Corporis Christi, fit etiam de  
 alijs quibuscumque Festis duplicibus  
 occurrentibus, non item de translatis,  
 nisi sint 1. Classis. Verum quo-  
 cumque Festo infra dictas duas Octa-  
 vas ( nempe Epiphania, ac Corporis  
 Christi ) uti & infra Octavam Nativita-  
 tis Domini occurrente, semper fieri  
 debet Commemoratio quoque de  
 die illa infra Octavam ; eò quòd  
 hoc sit speciale dictarum trium Oc-  
 tavarum ( nempe Epiphania, Corpo-  
 ris Christi, ac Nativitatis Domini ) Pri-  
 vilegium, ut scilicet quocumque  
 Festo infra eas occurrente fiat de  
 ipsis



ipsis Commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa Festi. Si autem infra Octavam aliquam simul occurrat *Feria major* quatuor Temporum vel 2. Rogation. & tunc Missa Ordinanda est ut in Rubric. 3. Gener. Missalis. n. 2.

8. Si Festum duplex 1. Classis, & dies Octava alterius Festi eodem die simul occurrant, Officium fit de Festo, Commemoratio autem de die Octava in utrisque Vesperis ( nisi quoad secundas faciendae Commemoratio de die Octava obster concursus cum sequenti Festo 1. Classis ) Laudibus, ac Missa. Excipitur Dies Octava Nativitatis Domini, & dies Octava Epiphaniae, quae cum nulli cedant Festo, ideo etiam Festum duplex 1. Classis in utralibet earum occurrens transferri debet in aliam diem non impeditam, ipsisque cedere Officium integrum v. g. in casu ( olim, ut alibi dictum, hic Oeniponti non infrequente ) quod dies Octava Epiphaniae incidit in Dominicam I. post Epiphaniam, & in eandem Dominicam simul incidit Festum Dedicationis propriae Ecclesiae; eod quod hujus Consecrator Dominicam, quae est prima post Epiphaniam, pro Anniversario Dedicationis die primitus assignaverit. In quem diem autem in casu modò à me relato transferendum sit Festum Dedicationis, indicavi supra Tit. 3. de Ritu, ac modo celebrandi Festum Dedicationis, & videri id ipsum potest apud P.

Gob. Tr. 3. n. 696. append. 3. in. K. & P. LaCroix Tom 4. l. 4. n. 177. Si praeter Festum duplex 1. Classis occurrat in die Octava alterius Festi simul etiam *Feria quatuor Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*, tunc in Ecclesijs Cathedralib. & Collegiatis cantentur duae Missae, una de Festo post Tertiam, cum Commemoratio de Octava tantum, altera de Festo post Nonam cum Oratione 2. de B. N. pro Diversi. temp. & 3. Ecclesiae, vel pro Papa, ac in fine utriusque dicatur Evangel. S. Joanni: in Officio vero, & Missis privatis post Commemoratio de Octava sit Commemoratio de *Feria*, legiturque de eadem 9. Letum in Officio, & ultimum Evangel. in Missa.

9. Si Festum duplex 1. Classis & Festum semiduplex eodem die simul occurrant, Officium fit de primo Translatio de secundo. Nominibus autem semiduplex hic rursus intelliguntur sola Festa semiduplex, non autem Dominicae, ut uti semiduplexi celebrari solitae; nam haec Festo duplici in ipsis occurrente non transferuntur, sed, si sint Dominicae majores 1. Classis ( uti sunt v. g. Dominica I. Adventus, & Dominica I. Quadragesima ) tunc ipsum Festum duplex in ijs occurrens, etiam si 1. Classis, transfertur; si autem non sint Dominicae majores 1. Classis, tunc Officium, & Missa juxta superiora dicta sunt de Festo occurrente 1. Classis.



Classis, de Dominica verò sic Com-  
memoratio cum 9. Lectione, & ul-  
timo Evangelio de eadem respecti-  
ve in Officio, & Missa.

10. Si Festum duplex 1. Clas-  
sis incidat in diem, quò simul oc-  
currit Festum simplex, nihil omnino  
de Festo simplici illò annò, aut lo-  
cò, etiamsi hoc singulis annis ini-  
tè contingat, uti fit, ubi S. Augusti-  
nus, vel S. Jacobus Major sunt Ti-  
tulares Ecclesie, DEO in ipforum ho-  
nozem dicatæ: ubi enim S. Augu-  
stinus est Patronus Templi, ibi nun-  
quam fit Commemoratio de S. Her-  
ese Marti: nec unquam de S. Chri-  
stophoro, ubi S. Jacobus est Patro-  
nus. Excipitur S. Anastasia Mar-  
tyr, de qua fit Commemoratio,  
tam quidem in Officio, attamen in  
Festis Nativitatis Domini, sed tan-  
tummodo secundà, quæ dicitur in  
Missa. Quærit Nonnemo: An  
ita saltem in Casu, quò duplex 1.  
Classis incidit in diem, quo fit de  
S. Agnete secundò, faciendâ sit de il-  
la Commemoratio in Laudibus & Mis-  
sa, aut etiam dicendâ 9. Lectio in  
Officio; cum sit quasi memoria O-  
mnium? R. cum Rubricæ Breviarij  
et Generales, nec Speciales eam  
excipiant à Communi Regula, ne-  
que etiam aliquid inconvenientiæ  
videatur intervenire ex eò, quòd in  
Ecclesia aut Diocesi aliquap articula-  
tione nihil fiat de memorato Officio sim-  
plici in casu, quo die illo alicubi

aut semper, aut aliquando occurrit  
Festum dupl. 1. Classis, non ausim in-  
consulta Sede Apostolica, aut Sacr.  
Rit. Congregation. exceptionem à  
Communi Regula hujus Festi sim-  
plicis facere.

11. Si Festum duplex 1. Classis  
incidat in diem, quò alioquin in  
Ecclesia universali occurrit fieri de S.  
MARIA in Sabbato, Officium fit de Fe-  
sto 1. Classis, nihil autem omnino  
illò annò, aut locò ibi de S. MA-  
RIA in Sabbato.

12. Si Festum duplex 1. Clas-  
sis incidat in diem, quò simul oc-  
currit FERIA major ( quales sunt FERIA  
omnes ac solæ Adventus, & Quadra-  
gesima, item FERIA omnes quatuor  
Temporum, ac denique FERIA II. Rogatio-  
num ) regulariter Officium fit de Fe-  
sto, de FERIA autem majore, siquidem  
fit FERIA Adventus, aut Quadragesima,  
fit Commemoratio in utrisque Ve-  
speris, & Laudibus; si autem fit  
FERIA quatuor Temporum, aut FERIA II.  
Rogationum, tunc de illa fit Comme-  
moratio quantum ad Officium so-  
lummodo in Laudibus. Quòd si  
FERIA major occurrens habeat pro-  
prium Evangelium ( uti habent FE-  
RIÆ omnes Quadragesima, item FE-  
RIÆ omnes quatuor Temporum, ac FE-  
RIA II. Rogationum, non autem FERIA  
reliquæ Adventus ) tunc de FERIA oc-  
currente dicitur insuper 9. Lectio in  
Officio.

Ad Missam verò quòd attri-  
net



net; si Festum duplex 1. Classis incidat in diem, quò simul occurrit FERIA major, tunc, si FERIA illa major non habeat proprium Evangel. (ut proprium non habent FERIA Adventus, exceptis FERIA IV. VI. ac Sabbato quatuor Temporum) in Missa tam conventuali, quàm non-conventuali fit quidem Commemoratio de FERIA occurrente; atamen sicut tunc non dicitur de ea nona Lectio in Officio, ita nec ultimum Evangelium in Missa. Si autem FERIA illa major habeat proprium Evangelium (ut juxta dicta habent FERIA II. Rogationum, item FERIA omnes Quadragesima, & FERIA omnes quatuor Temporum, etiam illae tres, quae veniunt in Adventu) tunc sicuti in Officio Festi regulariter non tantum fit de illa modò antè dictò Commemoratio, sed etiam dicitur de illa 9. Lectio, ita quoque in Missis privatis Festi non tantum fit de tali FERIA Commemoratio, sed etiam de eadem dicitur in illis ultimum Evangelium, excepto casu, quò Festum Expectationis Parrus B. V. alicubi indultum incidit in Feriam IV. quatuor Temporum Adventus, de quo P. i. T. 46. f. 303. Dixi in Missis privatis; nam in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantantur tunc duae Missae Conventuales, una de Festo post Tertiam sine Commemoratione FERIA; altera post Nonam de FERIA illa majore, nempe seu Quadragesima,

seu Secunda Rogationum, seu quatuor Temporum occurrente, sine Commemoratione Festi, sed cum oratione 3. de B. V. pro Diversitate temporis, & 3. Ecclesiae, vel pro Papa, diciturque in fine utriusque Evangelium S. Joan.

Dixi praeterea ab initio hujus numeri: regulariter loquendo Officium & Missam modò haecenus declarato ordinari in casu, quò Festum duplex 1. Classis, & FERIA major eodem die occurrit: excipiuntur autem  
 1. FERIA IV. Cinerum. Excipiuntur  
 2. FERIA omnes majores Hebdomadae, quae omnes cum sint privilegiata contra quodcunque Festum 9. Lectionum, etiam 1. Classis, ideo si Festum FERIA IV. Cinerum, aut infra eam majorem Hebdomadam occurrat transferri id debet; Officium autem & Missa fieri de FERIA, in qua ita, ut nec in ea Ecclesia, in qua tali feria alioquin est Tertiae Classis, aut magnus Populi concilio possint cantari duae Missae, una de die, altera de Festo juxta Rubricam Gen. novam Missal. Tit. VI.  
 §. 13. Si Festum duplex 1. Classis occurrat eodem die, quò simul occurrit Vigilia, Officium, & Missa de Festo, de Vigilia autem nihil dicuntur in Missa, quam in Officio, v. g. in casu, quò Festum solemne SS. Corporis Christi venit in Vigilia & Festo S. Baptistae. Excipitur tamen Vigilia Nativitatis Domini, quae



velit etiam Festo, ac proinde si Festum  
duplex 1. Classis in ea occurrat, trans-  
ferri id debet in aliam diem Festo du-  
plexi, aut semiduplexi non impeditam,  
officium autem fieri de *Vigilia Nati-  
vitate* ut ibi. Excipitur 2. *Vigilia Pen-  
tescostes*, in qua ( utpote privilegiata  
contra quodcunque Festum in ea oc-  
currens ) si occurrat *Festum duplex*,  
etiam 1. Classis, eo post Festum SS. Tri-  
nitatis translato, *Officium & Missa*  
dicuntur de *Vigilia*, ut suo loco nota-  
tur. Excipitur 3. *Vigilia Epiphania*  
est hæc una illarum, quæ non seju-  
ratur, ut Rubricistæ loquuntur )  
quæ licet cedat cuicumque Fe-  
sto duplici in ea occurrenti, non item  
Festo semiduplexi, nec etiam duplici  
translato, si tamen etiam Festum du-  
plex 1. Classis in ea occurrat, fieri de-  
bet Commemoratio in 1. *Ven-  
tibus*, *Laudibus*, ac *Missâ* ( non au-  
tem tunc de Festo simplici S. Te-  
phori Pap. ac Marr. ) & dici 9.  
Lectio de Homil. ejusdem *Vigiliae*  
in *Officio*, ac ultimum de eadem E-  
vangelium in *Missâ*. Excipitur 4.  
*Vigilia Ascensionis Domini* ( quæ est  
altera illarum duarum, quæ non se-  
juantur ) in qua si occurrat Festum  
duplex, dicuntur quidem *Of-  
ficio & Missâ* de Festo occurrente,  
tamen debet ( nisi Festum illud  
duplex 1. Classis, ut est v. g. Fe-  
stum Patroni ) Commemoratio de *Vi-  
gilia*, in *Laudibus* ac *Missâ* tantum,  
etiam dici 9. Lectio de Homi-

¶ Pars III. ¶

lia ejusdem *Vigiliae* in *Officio*, & ulti-  
mum de eadem Evangelium in *Mis-  
sâ*, intellige privatâ, imò etiam  
principali illarum Ecclesiarum, in  
quibus tantum una dicitur *Missâ* :  
Nam in *Ecclesijs Cathedralibus*, & *Col-  
legiatis*, ubi plures Sacerdotes quo-  
tidie celebrant, cantari tunc debent  
3. *Missâ Conventuales*, prima de Fe-  
sto post Tertiam. Secunda de *Vi-  
gilia* post Sextam, & Tertia de *Roga-  
tionibus* post Nonam, & in unaquaque  
earum 2. Oratio erit de B. MARIA  
( si dicenda sit ) 3. *Ecclesia*, vel pro  
Papa. In Festo autem duplici 1.  
Classis nullam *Vigilia Ascensionis* fa-  
ciendam esse Commemorationem  
expressè tradit Bauldry P. 4. c. 13.  
n. 1. constatque ex Dictis supra suo  
loco, probante id ipsum ex ipsis  
Breviarij Rubricis Gavanto Tom. 1.  
P. 4. Tit. 15. n. 9. &c. Et hæc de Oc-  
currentia *Festorum duplicium* 1. Classis :  
quibus tamen hic est superaddendum,  
quòd licet, si Festum etiam duplex  
1. aut 2. Classis occurrat in *Domini-  
ca* 1. *Adventus*, aut *Feria* IV. *Cinerum*,  
aut in *Dominica* 1. *Quadragesimæ*, aut  
in *Dominica* *Palmarum*, aut die alio  
quocunque infra majorem *Hebdomadem*,  
aut in *Dominica Resurrectionis*, vel *Pen-  
tecostes*, aut *Feria* II. & III. *Pasche*, vel  
*Pentecostes*, aut in die *Nativitatis Do-  
mini*, aut in Festo *Epiphania*, aut Fe-  
sto *Ascensionis Domini*, aut denique in  
Festo *Corporis Christi*, de ejusmodi  
Festo 1. vel 2. Classis in hujusmodi

¶ P ¶ die



diebus privilegiatis ne quidem Missam Votivam solemnem, cantare, aut facere Commemorationem etiam ibi liceat ( seclusò speciali privilegio, aut consuetudine legitime præscriptâ ) ubi ejusmodi Festum est Titulus Ecclesiæ, vel Concurfus Populi ad illud celebrandum, uti nec pro re gravi, idque per Rubric. Gen. VI. Missalis recogniti: posse tamen per eandem Rubricam de ejusmodi Festo, quando majori aliquo Festo, aut Dominicâ impeditur, quò minus die suo proprio celebrari id possit, Missam Votivam solemnem alijs diebus privilegiatis cantari in ijs Ecclesijs, in quibus ejusmodi Festum vel est Titulus, vel in quibus ad illud celebrandum est Populi concursus, itè tamen, ut in ejusmodi casu, ac loco tali die cantentur duæ Missæ, una de die currente, post Tertiam, aut Horam congruentem, altera de Festo transferendo post Nonam, & siquidem admittat Credo, etiam illud dicatur in hac Missa, uti & Evangelium S. Joannis in ejus fine; in Missis verò privatis fieri tunc posse Commemorationem de Festo transferendo, tradit Bauldry Manual. P. 3. cap. 7. Tit. 6. ubi addit, si ejusmodi Festum occurrat in quatuor Temporibus Pentecostes, utramque prædictam Missam Solemnem cantandam esse post Nonam, & quidem illam, quæ est de Festo transferendo, cantandam esse ultimò locò. Vide Gerlac. P.I. Tit. 6. in Annot. § 1. & 2.

## De Festorum duplicium 1. Classis Concurrentia.

**F**estum duplex 1. Classis administratum primis suis Vesperis Commemorationem 1. de præcedenti Festo alio duplici 1. Classis, attamen inferiori, seu minus digno, secum in illa concurrente. 2. de Festo duplici secundæ Classis, nequaquam verò de alijs Festis duplicibus, seu majoribus, seu minoribus, per annum, multò minus Festis semiduplicibus, aut simplicibus. De qualibet Dominica majore 1. vel 2. Classis, non item de alijs Dominicis per annum: unde etiam in casu, quò post Festum 1. Classis minus dignum occurrens in Dominica, sequitur Festum aliud duplex 1. Classis, sed dignius, in hujus primis Vesperis, quas istud integras habet, sed debet Commemoratio solius Festi præcedentis minus digni, non autem etiam Dominicæ præcedentis: & ita practicitur, quando aliquò Festum Patroni ( quod juxta Consuetudinem Festum minus dignum ceteris Dedicacioni Ecclesiæ ) occurrit in Dominica, hanc autem immediate sequitur Festum Dedicacionis. Plura V. l. II. die 24. & 28. Jun. 4. De die Octava, non quidem qualibet, sed tantum sequentibus quinque, nempe Nativitatis Domini, Epiphania, Pascha, Ascensionis, & Corporis Christi, non item de die Octava aliorum Festorum.



De Feria majore qualibet Adventus, & Quadragesima, non tamen de alia Feria majore, aut minore per annum. 6. de die infra Octavam Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi tantum; Nam de diebus alijs infra quamcunque aliam Octavam (etiam Ascensionis Christi) secum concurrentibus in primis suis Vesperis, duplex 1. Classis non admittit Commemorationem, uti nec de Præcedente Vigilia, nec de B. M. V. in Sabbato, utpote quarum Officia ad Nonam jam terminantur.

In secundis verò suis Vesperis admittit Festum duplex 1. Classis Commemorationem 1. De sequente alio Festo 1. Classis, sed inferiore, seu minus digno: Nam si Festum sequens 1. Classis sit dignus, tunc Vesperæ secundæ Festi præcedentis sunt integre de Festo subsequente ejusdem quædam Classis, attamen digniore, seu magis solemniori, ut dicitur in Rubric. Gener. XI. de Concurrentia Officij n. 2. Si verò utraque quoad dignitatem sint æqualia, seu ejusdem solemnitatis, tunc, ut ibidem dicitur, Vesperæ secundæ Festi præcedentis usque ad Capitulum sunt integre de Festo, à Capitulo verò fit saltem regulariter de sequenti, cum, Commemoratione præcedentis. Dixi: regulariter, nam ubi 30. Jun. fit Officij S. Pauli in Eccl. propr. ibi Vesp. integre dicuntur de S. Paulo, cum Commem. S. Petri ut ibi, & Dominicæ se-

quentis tantum, si quæ sequatur. In Ecclesia autem, universali dicuntur, ut suò locò notatur in Breviar. At Solvendum hic occurrit dubium ad Materiam alioqui de Patrono aut Titulari spectans, quod oritur ex Tabula Concurrentiæ, mihi quæ à Nonmine in scripto his ferè verbis fuit propositam: Tabula (inquit) Concurrentiæ in Concurrentia duplici 1. Classis cum Patrono, vel Titulari, & vicissim, in Quadrangulo utriusque respondente notat Litteram O: in prævia autem Instructione (factâ ad Tabulas Occurrentiæ & Concurrentiæ ritè intelligendas) monet, litteram o significare talem concurrentiâ fieri non posse, vel, si fieri possit, speciales pro ea Concurr: suò locò extare Rubr. já verò Concurr: hanc possibile esse, extra controversiam est: restat ergo, ut proferantur illæ speciales Rubricæ, ad quas se illa Concurrentiæ referat: Tabula enim ista non refert se ad Rubricas, quæ solæ proinde hanc litteram decidere debent. Præterea hæ Rubricæ tales esse debent, ut ob illas non possit in illo Quadrang: poni num. 6. qui indicat de! digniore dicendas esse integras Vesp. alias frustra Litera O poneret, sed potius n. 6. hunc ergò cum nec ponat, nec ponere possit, signū est, Vesp. interdū integras dici debere de minus digno. Ità ille, cui ego breviter &c. In casu ejusmodi concurrentiæ procedendum esse (meò equidem iudicò) tum modò paulò antè hic à




me relatò, tum etiam à Claudio Arnaud, Epitom. Tr. 2. P. I. Tit. 11. n. 3. totò, nec non Tit. 12. n. 10. in fin. descriprò. Ad Quæsitum verò, quænam sint illæ *Speciales Rubricæ*, ad quas Tabula Concurrentiæ per positionem litteræ O in Quadrangulo, in quo duplex 1. *Classis*, & *Patronus*, seu *Titularis Ecclesiæ* conveniunt, se referat? & unam earum esse illam, quæ Officio S. Pauli in propria Ecclesia ante diem 30. Junij in Breviario Roman. præfigitur, ac proinde Litteram O in allegato Quadrangulo jam non frustra poni. Ad aliorum verò Festorum 1. *Classis* cum *Patrono*, seu *Titulari Ecclesiæ*, & hujus cum illis concurrentias quod attinet, ponendo in illo Quadrangulo Litteram, seu ciphram O racite nos remittere ad ipsam Rubricam Gener. XI. ex qua desumpta est *Tabula Concurrentiæ*, ubi n. 2. etiam pro hujusmodi Festorum Ordinando concursu sufficienter est provisum, si ritè ea expendantur, quæ ibi in principio, & fine illius numeri habentur, esto id ex allegato Tabulæ Concurrentiæ Quadrangulo colligi non possit; cùm juxta Regulam Juris 1. ff. de Reg. Jur. Non ex Regula, sed ex Jure (ex quo fit Regula) desumendum sit Jus; Regulas autem propriè dictas esse *Tabellas de Occurr. & de Concurr.* excerptas videlicet ex Rubricis Generalibus, probat Gobat Tr. 5. n. 658. in Appen-

dice Casus Septimi lit. d. Certè bricà à me allegatà, non autem Quadrangulò illò, in qua Fests dupl. i. *Classis*, & *Patroni* seu *Titularis*, articulum hujus cum illo fit Concurr. in *Tabula Concurrentiæ*, nisi post Praxis Directorij Romani, plurimæque aliorum perinde exactorum, quando in Festo Nativitatis Domini præscribunt, ac monent: *in Vesperis illius diei faciendam esse Stephanò solummodo Commemorationem etiam in propria Ecclesiâ.* Atque ad dubium circa *Concurrentiam* 1. *Classis* cum Festo *Patroni*, aut *Titularis Ecclesiæ* mihi proposuimus, quibus simul confirmatur id, quod alibi non semel insinuavi, videlicet *Tabulas occurrentiæ*, & *concurrentiæ non ità esse universales*, ut illis præcisè omnia deciderent aut etiam debeant, quæ in hac materia occurrere possunt seu dubia, in controversiæ, sed sæpius ad ipsas Rubricas, easque non modo *Generales*, sed aliquando etiam *Speciales* esse recurrendum, id ni fiat, vel ignorare quis perger, quid in hoc aut illo casu sit faciendum, non tiam in positivum errorem inducitur, ut, si in casu, quò hodie in factum est sub Ritu duplici 1. *Classis* de Festo Inventionis S. *Ceciliæ* incidente in *Dominicam infra octavam Ascensionis Domini*, tu dubitans an in hodiernis Vesperis faciendâ sit *Commemoratio* non solum illi



*Dominica hodie occurrente, & Festo semiduplici cras subsequente ( nempe de S. Monica ) sed etiam de die quinta infra Octavam Ascensionis (cum qua pariter in hodiernis Vesperis secundis in eo casu datur concursus) & ad eximendum tibi hoc dubium recurras ad solam Tabulam Concurrentie, eaque inspecta in 2. illis Vesperis facias omnino Commemorationem de die subsequente infra Octavam, eo quod ibi absolute asseratur : Festo duplici 2. Classis in 2. suis Vesperis Concurrente cum die infra Octavam non privilegiatam faciendam esse Commemorationem diei illius infra Octavam : licet enim id, quod ibi asseritur in Tabella Concurrentie, sit verum in casu, quo sequenti die fit Officium de die infra Octavam non privilegiatam, non tamen est verum in casu, quo sequenti die infra Octavam ( hoc est ultredie Festi duplicis 2. Classis ) non fit Officium de die infra Octavam, sed de Festo 9. Lektionum, uti fit in nostro; tunc enim in Vesperis secundis Festi duplicis 2. Classis omitterendam esse Commemorationem diei infra Octavam non privilegiatam tunc occurrentem, manifestum est ex Rubr. Gener. Tit. 9. n. 6. consequenter in errorem te inducet tuus ille ad Tabellam Concurrentie in hoc casu recursum, prout plures ad eam præ-*

*cise recurrentes in simillimo casu anno 1674. induxit, uti videre est apud P. Gob. loc. proximè cit. lit. g. & h. 2. Admittit Festum duplex 1. Classis in Vesperis suis secundis Commemorationem de sequente duplici Festo 2. Classis : Item 3. de duplici majore, ac minore per annum, excepto Festo Sanctor. Petri & Pauli, in quorum secundis Vesperis in Ecclesia universali non fit Commemoratio de sequente Festo duplici Commemorationis S. Pauli juxta Rubr. propr. ibi. 4. Admittit Commemorationem de sequenti quoque Festo semiduplici. 5. De sequente quacunque Dominica, etiam minore, seu per annum. 6. Non modo de occurrente, sed etiam sequente quacunque die Octava. 7. De die infra Octavam privilegiatam Nativitatis Domini, Epiphania, & Corporis Christi, non autem de die infra quamcunque aliam Octavam occurrente, etiam in casu, quo postero die fieri Officium de illa. 8. De Feria majore Adventus, & Quadragesima, non item de alijs Ferijs, uti nec de Vigilia, nec de Festo simplici, nec de B. M. V. in Sabbato.*  
*Quas verò Commemorationes in Laudibus, & Missa Festa duplici 1. Classis admittant, vel non admittant, constat ex antè dictis de eorumdem Occurrentia.*





§. II.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium 2. Classis.

**F**ESTA DUPLICIA 2. CLASSIS (in quibus de Festis simplicibus fit Commemoratio in Laudibus & Missis privatis tantum) in Breviario Romano descripta sunt sequentia: *Circumcisio Domini: Festum SS. Trinitatis: Purificatio B. V. M. Annuntiatio ejusdem: Nativitas B. V. & Conceptio ejusdem: Natalitia SS. Apostolorum Andreae, Thomae, Joannis, Mathiae, Philippi & Jacobi, Jacobi majoris, Bartholomaei, Matthaei, Simonis, & Judae Thaddaei: Festa SS. Evangelistarum Marci & Luca: Festum S. Josephi: Inventio S. Crucis: Festum S. Laurentii: Dedicatio S. Michaelis Archangeli: quibus Gav. & alij addunt Festum S. Stephani, & SS. Innocentium MM. iisdem addendum quoque est in Terris Augustissimo Romanorum Imperatori subiectis Festum S. Angeli Custodis, habens inibi Octavam.*

De Occurrentia Festorum duplicium 2. Classis.

**I** SI Festum duplex 2. Classis incidit in *Dominicam* aliquam majorem 1. vel 2. Classis (quales sunt supra §. I. hujus Tituli n. 1. & 2. enumerata) Officium, & Missa dici

debent de *Dominica* tunc occurrere; Festum autem duplex II. Classis, tunc transferri in diem alium eamque proximam non impediam Festo 9. Lectionum. Quod si ipsa Festa duplicia 1. vel 2. Classis sint transferenda, tunc id, quod est Ritus altioris, id est I. Classis, regulariter prius transfertur, quam id, quod est Ritus inferioris, seu tantum 2. Classis; inter plura autem ejusdem Classis, quod est magis solemne, iidem prius transfertur ac prius celebratur; ubi qui, si sint omnino aequalia, tunc ante aliud regulariter est transferendum eo ordine, quod erant celebranda in proprijs diebus, si non fuissent translata. Rubr. Genes. 1. 7. Dixi: regulariter; nam recentiori Dispositione Sac. Rit. Congregation. in casu, quo Festum S. Josephi, & Festum Annuntiationis B. Virginis simul sunt transferenda, prius faciendum est de Annuntiatione, quam de S. Josepho, & Ceteris, quod Festum Annuntiationis B. V. occurrit Feria sexta in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transferent Annuntiationis Festum una cum obligatione audiendi Missam, & vacandi ab Operibus servilibus in Feria illa post



post Dominicam in Albis, protrahat ad aliam diem Festo aliò in ea occurrente, nisi hoc fuerit duplex 1. Classis: Nam si in ea Feria II. occurreret Festum altioris Ritus, seu primæ Classis, cederet quidem illi Annuntiatio, ac ulterius hæc foret tunc transferenda in Choro (idest, quoad officium, & Missam) non tamen perinde etiam in foro, seu quoad obligationem audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus. Quòd si alicubi prædicta Feria II. post Dominicam in Albis occurreret quidem duplex 1. Classis, at ibidem Annuntiatio quoque celebraretur sub eodem titulo (eò quòd v. g. esset Titulus Ecclesie) tunc duplex illud aliud 1. Classis esset transferendum, & celebranda Annuntiatio Feriæ illæ II. Idem est in casu, quo Annuntiatio, & Festum aliud 1. Classis simul transferuntur, adeoque hoc posterius non occurrat in ipsa Feria II. post Dominicam in Albis; tunc enim Feria illa II. pariter faciendum est de Annuntiatione, & Festum duplex 1. Classis ulterius transferendum, non obstante quòd Annuntiatio sit tantum duplex 1. Classis: quia nempe prædicta Feria II. pro casu hætenus declarata Translationis Festi Annuntiationis respectu hujus est dies fixa à Sac. Rit. Congr. ut dictum supra P. II. die 17. Mart. (quò Lectorem remitto) additis ijs, quæ infra Tit. ult. V. Annunt.

incidat in Dominicam per annum, si ve minorem, tunc Officium, & Missa dicuntur de Festo, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis (nisi quoad secundas obstat Commemorationi de Dominica concursus cum sequente alio Festo 1. vel 2. Classis) uti & in Laudibus, ac Missa, nec non cum 9. Lectione de Homil. ejusdem Dominicæ in Officio, & ultimo de eadem Dominicæ Evangelio in Missa.

3. Si Festum duplex 2. Classis occurrat eodem die, quò simul occurrat Festum duplex 1. Classis, Officium sit de Festo 1. Classis, Festum autem 2. Classis transferatur.

4. Si duo Festa 2. Classis occurrant eodem die Officium sit de Privilegiato, Translatio autem de Non-privilegiato: quòd si neutrum præ altero sit privilegiatum, Officium sit de digniore, Translatio verò de minus digno: duplicia autem 2. Classis contra quocunque aliud Festum non modò 2. sed etiam 1. Classis privilegiata sunt Festum Circumcisionis, & Festum Ss. Trinitatis: item pro casu Translationis (de quo paulò antè numero 1.) Festum Annuntiationis B. V. Quòdam verò ex pluribus Festis 2. Classis non privilegiatis dignius altero sit censendum, atque adeò simul occurrenti præferendum, Colligendum est ex dicta præcedenti §. de occurrentia Festorum 1. Classis, n. 4. & alibi.





5. Si Festum duplex 2. Classis occurrat eodem die, quò simul occurrit Festum duplex per annum ( seu majus, seu minus ) Officium fit de primo, Translatio de secundo.

6. Si Festum duplex 2. Classis, & dies infra Octavam, simul occurrant, tunc, nisi Octava illa sit una ex privilegiatis, Officium fit de Festo, nihil autem de die infra Octavam : si autem sit Octava privilegiata 1. Classis ( quales sunt Pascha, & Pentecostes ) nihil fit de ullo Festo 9. Lectionum infra talem Octavam, sed transfertur post illam; si sit Octava privilegiata 2. Classis ( qualis est Octava Epiphaniæ ) pariter infra illam nihil fit de Festo duplici 2. Classis, esto infra illam fiat de Festo duplici 1. Classis : si denique sit Octava privilegiata 3. Classis ( qualis est Octava SS. Corporis Christi ) fit quidem infra illam de Festo duplici secunda, aut etiam inferioris Classis occurrente, non tamen de duplici translato, nisi sit 1. Classis, uti est Festum Nativitatis S. Joannis Baptista, & SS. Apostolorum Petri & Pauli, ut ibi : Quodcumque autem infra Octavam Corporis Christi fit Officium de Festo duplici occurrente quocumque ( etiam 1. Classis ) semper fieri debet in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa etiam Commemoratio de die infra illam Octavam. Idem est si infra Octavam Nativitatis Domini fiat de Festo duplici, aut aliò 9. Lectionum : Nam

tunc pariter in Officio & Missa Festi facienda est dictò modò Commemoratio etiam de Octava Nativitatis, circa aliorum verò Festorum Octavas, infra eandem Nativitatis Octavam simul occurrentes, sunt observanda in Officio, & Missa ibi prescripta, nec non supra, ac alibi me annotata. Si infra Octavam aliquam unà cum Festo duplici 2. Classis occurrat FERIA major quatuor Temporibus, aut II. Rogationum, Missa Ordinanda est juxta Rubric. General. 3. Missa n. 2. Rationem verò, cur Festum duplex 2. Classis admitat Commemoratum Festi simplicis ( in Laudibus, & Missis privatis ) nullo modo diei infra Octavam non privilegiatam, Gav. dat hanc : quòd de Octava fit sæpius, de simplici autem non nisi semel, nempe octavarum die, quò occurrit.

7. Si Festum duplex 2. Classis & dies Octava alterius Festi eodem die simul occurrant, Officium fit de Festo, Commemoratio autem de die Octava in utrisque Vesperis ( nisi quoad secundas Commemorations de die Octava obstat concursus cum festo duplici 1. Classis ) uti & in Laudibus, ac Missa. Excipiuntur Octava Nativitatis Domini, & Epiphaniæ, quarum utraque est privilegiata contra quodcumque Festum in ipsis occurrens, quod proinde est transferendum. Idem est de quocumque Festo occurrente, in die Octavae.



Quod dicitur 9. Lect. de Homil. occurrentis *Dominica*, vel *Vigilia*, vel *Feria majoris*; de *Festo* autem *simplici* fit eò anno post Commemorationem de *Dominica*, aut *Feria major*, aut de *Vigilia*, duntaxat Commemoratio in *Laudibus* & *Missis privatis*. Quòd si *simplex* occurrens propriam *Lectio* nem non habeat, non dicitur de eo nona *Lectio* de comuni *Sanctorum*, esto forsàn in *Breviario* ipsi aliqua de *Communi* assignetur ( uti v. g. assignatur pro *S. Petronilla* ) nempe pro casu, quò *Officium* fit de *simplici*, non autem de alio *Sancto* 9. *Lectio*num. Si *Festum duplex*, in quo occurrit simul *Festum simplex*, ob *Dominicam* vel *Diem* aliam *privilegiatam* transferatur, non propterea etiam faciendà alioqui de *Festo simplici* Commemorac. transfertur, sed fit semper proprio die, nisi à *Festo* solemniori, puta 1. *Classis*, penitus excludatur : idem est de *Lectio*ne propria *simplicis*, quæ tamen posterior etiam omittitur tunc, quando fit de *simplici* Commemoratio in *Dominicis*, in quibus non dicitur *Te DEUM Laudamus*, sed locò hujus nonum *Responsorium*, uti contingit in *Dominicis majoribus prima & secunda Classis*. Quomodo ordinanda autem sit *Missal*, si præter *Festum simplex* occurrat simul *Vigilia*, aut *Feria major* in *Festo duplici* 2. *Classis*, vide *Rubr. 3. Missal. n. 1.* item supra *P. II.* suis locis.

Quòd dicitur 9. Lect. de Homil. occurrentis *Dominica*, vel *Vigilia*, vel *Feria majoris*; de *Festo* autem *simplici* fit eò anno post Commemorationem de *Dominica*, aut *Feria major*, aut de *Vigilia*, duntaxat Commemoratio in *Laudibus* & *Missis privatis*. Quòd si *simplex* occurrens propriam *Lectio* nem non habeat, non dicitur de eo nona *Lectio* de comuni *Sanctorum*, esto forsàn in *Breviario* ipsi aliqua de *Communi* assignetur ( uti v. g. assignatur pro *S. Petronilla* ) nempe pro casu, quò *Officium* fit de *simplici*, non autem de alio *Sancto* 9. *Lectio*num. Si *Festum duplex*, in quo occurrit simul *Festum simplex*, ob *Dominicam* vel *Diem* aliam *privilegiatam* transferatur, non propterea etiam faciendà alioqui de *Festo simplici* Commemorac. transfertur, sed fit semper proprio die, nisi à *Festo* solemniori, puta 1. *Classis*, penitus excludatur : idem est de *Lectio*ne propria *simplicis*, quæ tamen posterior etiam omittitur tunc, quando fit de *simplici* Commemoratio in *Dominicis*, in quibus non dicitur *Te DEUM Laudamus*, sed locò hujus nonum *Responsorium*, uti contingit in *Dominicis majoribus prima & secunda Classis*. Quomodo ordinanda autem sit *Missal*, si præter *Festum simplex* occurrat simul *Vigilia*, aut *Feria major* in *Festo duplici* 2. *Classis*, vide *Rubr. 3. Missal. n. 1.* item supra *P. II.* suis locis.

¶ Pars III. ¶

¶ Q ¶

19. S ¶



10. Si Festum duplex 2. Classis incidat in diem, quò alioquin in Ecclesia universalì occurrit fieri de S. MARIA in Sabbato, Officium fit de Festo dupl. 2. Classis, nihil autem omnino illò annò, aut locò de S. MARIA in Sabb.

11. Si Festum duplex 2. Classis, & Feria major eodem die simul occurrant, Officium, & Missa circa utrumque ordinantur eò modò, quò supra § 1. n. 12. in Occurrentia Festi duplicis 1. Classis, & Feria majoris simul.

12. Si Festum duplex 2. Classis occurrit eodem die, quò simul occurrit Vigilia, Officium fit de Festo, de Vigilia autem (Arnaudo Teste Tr. 2. P. 1. Tit. 9. excipiente sola Festa duplicia 1. Classis, cum Gavanto Tom. 2. f. 3. c. 7. n. 3.) fit Commemoratio in Laudibus, & Missa, diciturque de eadem 9. Lectio in Officio, & ultimum Evangelium in Missa. Excipitur 1. Vigilia S. Matthei, si veniat in Quadragesima; quia si veniat in Quadragesima, nihil fit de ea in Officio, sed tantum Commemoratio in Missa post Commemorationem de Feria Quadragesima; nec dicitur de Vigilia ultimum tunc Evangelium. Cæterum in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur tunc duæ Missa Conventuales, una post Tertiam de Festo in Colore Festo Conveniente, in qua, si fit Festum duplex, nulla fit Commemo-

ratio, nisi Festi simplicis occurrentis; si verò sit semiduplex, 2. Oratio de Festo simplici, occurrente. 2. Cunct. aut, si non occurrat simplex 2. Oratio à Cunct. 3. Omnipotens paterne DEUS, cum Gloria: Tractus ac Præf. Quadrages. nisi Festum occurrens propriam habeat. Aliter post Nonam de Feria, cum Oratio 2. de Vigilia. 3. à cunct. Præf. Quatuor Col. Viol. & in fine utriusq; dic. Erant S. Joan. Excipitur 2. Vigilia S. Andrea quando venit in Adventu; tunc omnim pariter in Officio nihil omnino fit de Vigilia, fit tamen in Missa occurrentis de eadem Commemoratio, & post illam etiam Feria ventus, necnon post hanc quæritur Simplicis (attamen Festum in Vigilia occurrens fuerit duplex 2. Classis) in fine quoque Missæ Festæ dicitur tunc ultimum Evangelium de Vigilia. Excipitur 3. Vigilia S. Thomæ Apostoli: Nam de illa, implete semper veniente in Feria majoris Adventus, nihil unquam fit, necquidem Commemoratio, in Officio, fit tamen de ea Commemoratio in Missa Festi 9. Lctionum occurrentis, cum ultimò de eadem Vigilia Evangelium, ad eum modum, quò paulò antè dictum de Vigilia S. Andrea, veniente in Adventu, nisi memoria Vigilia S. Thomæ veniat simul in quatuor Temporibus; tunc enim Commemoratio 1. in Missa Festi, & ultimum



De Festorum duplicium

2. Classis Concurr-  
rentia.

**S**I Festum duplex 1. Classis in suis secundis Vesperis concurrat cum Festo duplici 2. Classis, non dicuntur hujus 1. Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de Festo duplici præcedente 1. Classis, cum Commemoratione duplicis 2. Classis, cui superadditur Commemoratione Dominica sequentis, si quæ sequatur, aut etiam antecedentis ( siquidem hæc posterior sit Dominica major 1. vel 2. Classis, & non tantum Dominica minor per annum ) aut Feria majoris Adventus, vel Quadragesimæ, si currat Tempus Adventuale, vel Quadragesimale, & non sit Sabbatum, vel Dominica. Hæc eadem regulariter sunt observanda, si Festum duplex 2. Classis dignius in suis secundis Vesperis concurrat cum Festo duplici 2. Classis minus digno, nisi scilicet aliter ius locis notetur : quod additur propter Festa St. Stephani, Joannis Evangeliste, ac Innocentium MM. quorum primæ ac secundæ Vesperæ in mutuo eorumdem Concursum eò dicuntur modo, quò eas dicere jubet Rubrica suis notata locis. Si autem Festum duplex 2. Classis hodiernum in suis secundis Vesperis concurrat cum Festo sequenti alio duplici 2. Classis equalis dignitatis, & non privilegiato, tunc dividunt Vesperas, ac proinde

¶¶¶

ul.

Classis.  
currenti;  
Oratio est  
entre. q. a  
erat prope  
potenti fe  
: Trahi,  
Festum oc  
at. Alter  
in Oratio  
E. Quide  
dic. Evange  
ita S. Ioh  
tus; tunc  
hil omnia  
in Missa  
Commemo  
in Feria  
ne quot  
in Iohis  
tum in  
lex: Clas  
illæ Festi  
Evangelium  
3. Vigilia  
illi, sup  
Feria nepe  
fit, nequ  
in officio; h  
ratio in  
rentis cum  
ia Evange  
paulo  
andrea, ve  
memora  
at simul in  
enim Com  
li, & ul  
mum

nam in Missis privatis Evangelium  
est de Feria quatuor Temporum Ad  
ventus, & de Vigilia fit tantum in ea  
Commemoratio secundò loco: in Ec  
clesiis autem Collegiatis & Cathedrali  
bus tunc rursus dicuntur duæ Missæ  
Conventuales, una de Festo, post  
Tertiam, sine Commemoratio Feriæ,  
de Vigilia, sed Festi simplicis tantum  
( siquod occurat unà cum Festo du  
plici occurrente ) cui tamen Com  
memorationi adjiceretur Oratio de  
R. V. DEUS, qui de B. MARIÆ V. Ute  
n &c, si Festum in Vigilia occurrens  
sit tantum semiduplex : Altera post  
Nonam de Feria quatuor Temporum Ad  
ventus, cum Commemoratione Vi  
giliae, & 3. Orat. de B. V. Exci  
piuntur tamen quat. Vigilia nempe Na  
tivity Domini, & Pentecostes, item  
Epiphania, & Ascensionis Domini, in  
quibus si occurat Festum duplex 2.  
Classis, aut aliud 9. Læctionum, eò  
dem modo procedendum est, quò  
supra §. 1. n. 13. dixi esse proceden  
dum, si in aliqua illarum occur  
rat Festum duplex 1. Classis, nisi quòd  
in Laudibus, & Missis privatis facien  
da quoque sit simul Commemora  
tio Festi simplicis occurrentis, quan  
do Festum duplex in Vigilia Epipha  
nia, aut Ascensionis occurrens non est  
duplex 1. sed tantum 2. Classis. Et  
hæc de Occurrentia Festorum du  
plicium secundæ Classis :  
nunc etiam



usque ad Capitulum dicuntur de  
 præcedente, à Capitulo autem de  
 subsequente, nisi rursus ( ut cir-  
 ca 3. prædicta Festa S. Stephani, S.  
 Joannis Evangel. & Ss. Innocentium MM.  
 contingit ) aliter eas dicere jubeat  
 Rubr. propriò notata locò. Ad alias  
 Festorum duplicium 2. Classis Concur-  
 rentias in primis Vesperis quod attinet  
 2. Festum duplex 2. Classis ad-  
 mittit in primis suis Vesperis Commem-  
 orationem 1. de antecedente Domini-  
 ca majore tam 1. quàm 2. Classis, non  
 item de antecedente Dominica minore.  
 2. De antecedente duplici majore, ac mi-  
 nore per annum, non item de antece-  
 dente Festo semiduplici, nec etiam de  
 simplici subsequente : imò datur  
 Festum duplex 2. Classis ( unicum tam-  
 en ) quod etiam Commemora-  
 tionem Festi duplicis minoris à suis  
 primis Vesperis excludit, nempe Cir-  
 cumcisio Domini, in cujus primis  
 Vesperis, ut ibi propria habet Rubri-  
 ca, non fit aliqua Commemoratio  
 in Ecclesia universali de S. Silvestro,  
 ut ut ille sit duplex minus per annum  
 in Ecclesia universali. 3. admit-  
 tit in primis suis Vesperis Commem-  
 orationem de die Octava quacun-  
 que, tam præcedente, quàm subse-  
 quente, non item de die infra Octa-  
 vam non privilegiatam occurrente :  
 ad privilegiatas autem Octavas quod at-  
 tinet, constat ex suprà dictis, de tribus  
 Octavis fieri Commemorationem in  
 utrisque Vesperis, Laudibus, ac Mis-

sa, quocunque Festo infra eas adve-  
 niente, nempe de Octava Nativitatis  
 Domini, Epiphania, & Corporis Christi,  
 infra quarum secundam tamen non  
 fit de duplici 2. Classis, sed tantum de  
 duplici 1. Classis; infra tertiam vero  
 ( nempe Corporis Christi ) fit de Fe-  
 sto duplici occurrente, non autem de  
 translato, nisi hoc fit 1. Classis  
 Octava autem Nativitatis Domini  
 non excludit Commemorationem  
 dierum aliarum Octavarum infra de-  
 lam occurrentium, esto eam tran-  
 dat ab ipsa die Octava Nativitatis Do-  
 mini, ut sub locò notatur. 4.  
 admittit Festum duplex 2. Classis in  
 primis suis Vesperis Commemora-  
 tionem de Feria majore qualibet Len-  
 tæ, & Quadragesima, non autem de  
 alijs Ferijs, nec etiam de præce-  
 dente Vigilia, nec de S. MARIA in Sa-  
 bato, utpote quarum Officia ad No-  
 nam jam terminantur, uti ex Rubr.  
 Gen. VI. & VIII. n. 3. constat, ubi  
 tem regulariter, quod addo ob ca-  
 sum, de quo Rubr. Gen. XXXIV.  
 n. 5. Et hæc de Concurrentiis Fes-  
 torum duplicium 2. Classis in 1. Vesperis.  
 Ad Concurrentiam vero oc-  
 currentem Festorum duplicium 2. Classis  
 in 2. Vesperis quod spectat, obse-  
 vanda sunt sequentia. 1. Si Fe-  
 stum 2. Classis in ijs concurrat cum  
 sequenti Festo duplici 1. Classis, aut  
 etiam cum sequenti Festo duplici 2.  
 Classis, attamen digniore, Vesperis  
 dicuntur integræ de sequenti  
 cum.



quam Commemoratione præcedentis.

3. Si autem Festum duplex 2. Classis in suis secundis Vesperis concurrat cum sequente Festo duplici 2. Classis aequalis dignitatis, tunc Vesperæ illæ regulariter usque ad Capitulum dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de subsequente, adeoque dividunt Vesperas. Dixi regulariter; quia excipiuntur tria Festa superius memorata, nempe S. Stephani, S. Joann. Evangel. & Ss. Innocentium, de quibus Vesper. 2. dicuntur, ubi in propria notatur Rubrica.

3. Si Festum duplex 2. Classis in suis secundis Vesperis concurrat cum sequente Festo duplici 2. Classis minùs digno, aut cum duplici majori, vel minore per annum, aut cum Festo semiduplici, aut etiam cum simplici subsequente, integræ Vesperæ dicuntur de Festo duplici 2. Classis præcedente, cum Commemoratione Festorum ejusmodi subsequentium, nisi respectu Festi simplicis aliunde quid obstet. Idem est, si postero die fiat Officium de S. MARIA in Sabbato; nam hujus quoque Commemorationem admittit duplex 2. Classis in secundis suis Vesperis; quod si verò postero illo die simul occurrat Festum simplex, Commemoratione de B. MARIA V. in Sabbato præcedente Commemorationem de illo Festo simplicis. Tamen si autem Festum 2. Classis in secundis suis Vesperis admittat de se Commemorationem

non modò subsequentium Festorum quorumcunque 9. Lectionum, ipsò inferiorum, sed etiam cujuscunque Festi simplicis subsequentis; si tamen præter Festum simplex subsequens sequatur simul aliud Festum dupl. 2. Classis minùs dignum Festo duplici 2. Classis antecedente, tunc in 2. Vesperis Festi præcedentis (integrè de ipso dicendis, cum Commemoratione duntaxat Festi duplicis 2. Classis subsequentis minùs digni) nihil fit de Festo simplici subsequente, & consequenter neque de Dominica per annum antecedente, in qua occurrerat Festum præcedens dignius 2. Classis: quia licet Festum sequens 2. Classis, utpote minùs dignum, non habeat in ejusmodi casu pridianas Vesperas, ne quidem à Capite sed tantum Commem. in illis; habet tamen jus in ijs Vesperis, quæ suæ primæ essent, nisi occurreret eo die Festum magis dignum, excludendi Commemorationem Festi simplicis subsequentis, & Dominicæ antecedentis, etiam in hujusmodi casu, ità eum resolvente Gavanto To. II. f. 3. c. 11. n. 15. A fortiori, si post Festum primæ Classis minùs dignum sequatur aliud magis dignum (de quo proinde erunt integræ Vesperæ cum Commemoratione præcedentis) nulla fiet Commem. de Dominica, in qua Festum præcedens minùs dignum occurrit.

4. Admittit præterea Festum duplex 2. Classis in secundis suis Ve-

][ Q3. ]]

spe.




spers Commemorationem Domini-  
ca sequentis, non modò majoris 1. &  
2. Classis, sed etiam cujuscunque  
Dominica minoris per annum, si sub-  
sequatur; item Commemorationem  
de Feria majore Adventus, & Qua-  
dragesimæ die illâ occurrente, non  
autem Commemorationem aliarum  
Feriorum, uti nec Vigilie, nisi Vigilia  
Epiphania, uti cuique ex Rubricis est  
notum, & dictis suo locò.

5. Si Festum duplex 2. Classis  
in suis 2. Vesperis concurrat cum  
die Octava alterius Festi, Vesperæ  
dicuntur integræ de Festo duplici præ-  
cedente; cum Commemoratione  
diei Octava. Excipitur dies Octava  
Nativitatis Domini, quæ cum sit Fe-  
stum pariter duplex 2. Classis, &  
quidem dignius Festo præcedente,  
requirit integras Vesperas, cum  
Commemoratione tantum Festi il-  
lius præcedentis 2. Classis. Secus  
foret, si Festum præcedens (v. g.  
S. Silvester) foret duplex 1. Classis,  
de quo vide dicta 31. Dec. P. III.

6. In 2. Vesperis admittit Festum  
dupl. 2. Classis etiam Commemoratio-  
nem de die infra Octavam, si tamen  
die sequenti (quod bene est adver-  
tendum) fiat de ipsa die infra Octa-  
vam, non autem de alio Festo 9. Le-  
ctionum fiat Officium: si enim die  
sequenti non fiat Officium de ipsa die  
infra Octavam, sed de alio quopiam

Festo &c, tunc per Rubric. Gene-  
IX. Breviar. n. 6. etiam in secundo  
Vesperis Festi duplicis 2. Classis celebrari  
fieri debet Commemoratio de die in-  
fra Octavam, nisi Octava illa, in qua  
quam occurrit aut celebratur Festum  
duplex 2. Classis, sit una ex illis tribus  
Octavis, de quibus (ut supra dictum)  
quocunque Festo infra eas adventante  
semper fieri debet Commemora-  
tio in utrisque Vesperis, Laudibus  
ac Missa: sunt autem istæ tres  
nempe Octava Nativitatis Domini, Octava  
Epiphania, & Octava Corporis  
Christi, quarum tamen 2. non admittit  
duplicia 2. Class.

In Laudibus Festa duplicia 2. Classis  
admittunt (juxta dicta de Occurrentia  
& Concurrentia) in Officio & Missa  
Commemorationem cujuscunque occurrentis  
Dominica (cum 9. Lectione in Officio, &  
ultimo Evangelio in Missa) ac diei Octava,  
item Festi simplicis (sed hujus in Laudibus  
& Missis privatis tantum) eodem die  
occurrentis; non autem admittunt  
Commemorationem de die infra Octavam,  
nisi currens illa Octava sit una ex his  
tribus, nempe vel Nativitatis Domini, vel  
Epiphania, vel Corporis Christi. De his enim  
quocunque Festo infra illas occurrence  
semper fieri debet in Officio & Missa  
Commemoratio juxta paulo antea dicta  
& sæpius jam dicta.





§. III.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium majorum.

**D**UPLICIA MAIORA per annum quæ alijs duplicibus minoribus præferuntur, in Breviario Romano descripta reperiuntur sequentia : *Transfiguratio Domini* : *Exaltatio S. Crucis* : *Festum S. Mariæ ad Nives* : *Visitatio B. Mariæ* : *Consecratio ejusdem in Templo* : *Festum Nominis Mariæ* : *Apparitio S. Michaelis Archangeli* : *Cathedra Romana S. Petri Apost.* : *Cathedra ejusdem Antiochi* : *Festum S. Petri ad Vincula* : *Conversio S. Pauli* : *Festum S. Joannis ante Portam Latinam* : *Festum S. Barnabæ Apost.* : *Festa Ss. Patronorum minus principalium* : queis adde ( inquit Bernard. ) nunc dies Octavas Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, & Corporis Christi ; quamvis autem non omnia Directoria Romana ( etiam satis recentia, ab anno 1700. à nre inspecta ) explicite Ritu duplicis majoris adscribant, certum tamen est, dies Octavas 4. prædictorum Festorum esse sub modo privilegiatas, ut in Rubricis. Nonnulli, Teste Lohnerio l. 2. P. 5. Tit. 38. duplicibus majoribus annumerare olim contendebant quæcumque Festa fori ( id est, habentia annexam obligationem

diendi Sacrum, & abstinendi ab opere servili ) qualia alicubi in Germania sunt etiam Festa Ss. Georgij, Martini, Magdalena, Nicolai &c; eam ob rem Romam se scripsisse ait Pater Gobat Tr. 5. n. 85. indèque sibi re scriptum : nihil in Urbe sciri de hoc Ritu : & verò non omnia Festa fori esse eò ipsò duplicia majora, constat vel ex ipso Calendario ac Directorio Romano, in quo Festum S. Silvestri Papa non nisi inter duplicia minora ( idem est de Festo S. Annæ ) collocatur ; cum tamen utrumque Romæ sit Festum non modò in Choro, sed etiam in foro celebre. Quædam Breviariorum Tabulæ duplicibus majoribus annumerant etiam dies Octavas omnes Festorum B.V. at ijs repugnant unà cum Directorio Romano Breviariorum recentiorum, magisque probatorem Tabulæ ( uti alibi annotamus ) esto in Concorso cum alio duplici minore huic præferantur, adeoque habeant Vesperas integras ex Decr. Sacr. Rit. Congreg. alibi cit. ubi etiam ostendimus, non esse eas propterea duplicia majora. Vide Rubric. Gen. XI. Brev. n. 2. in fin.



De Occurrentia Feflorum  
duplicium majorum per  
annum.

1. **S**I Feflum duplex majus incidat in Dominicam, aut Feriam, vel Vigiliam privilegiam, hoc est, in Dominicam majorem 1. vel 2. Classis superius enumeratas, vel in Feriam IV. Cinerum, aut Feriam quamcunque majoris Hebdom. vel in Vigiliam Pentecost. vel in Vigiliam Nativit. Domini, Officium, & Miffa dicuntur de Dominica, aut Feria, aut Vigilia ejusmodi privilegiata, Feflum autem duplex maj: in ea occurrens transfertur in diem proximam Feflo 9. Leflionum non impeditam. Quod fit plura Fefla duplicia majora funt transferenda, tunc prius fit postmodum de digniore, quam de minus digno: quod si funt quoad dignitatem equalia, eo ordine funt transferenda, quod fuerant celebranda in proprijs diebus, si illi non fuiffent impediti, ita, ut etiam illud Feflum, quod incidit in Dominicam per annum, quam proximè fequitur Feria II. non impedita Feflo aliquo, 9. Leflionum, ratione illius Dominicæ Feriam II. immediatè præcedentis non acquirat jus, ut ipsum ante alia antiquiora translata celebraretur, fed cedere etiam ipsum his debeat, ut notat Gavant, Tom. 2. f. 3. c. 10. n. 7. & de eifum modò fertur à Sacri Rit. Con-

gregatione. Dixi autem: in Dominicam per annum; nã quoad femidupliciam incidentia in Dominicam infra Octavam observandum est ad Litteram, quod præfcribit Rubrica Genes. II. Breviar. n. 5. post initium juxta alibi dicta, & dicenda.

2. Si Feflum duplex majus incidat in diem, quod simul occurrit Feflum duplex 1. aut 2. Classis, Officium, & Miffa pariter dicuntur de Feflo 1. aut 2. Classis; Id autem, quod est tantum duplex majus, tunc transfertur modò paulò antè dicta.

3. Si eadem die occurrant duo Fefla duplicia majora, quarum unum est dignius alterò, tunc Transferatò minus digno Officium & Miffa dicuntur de digniore: si autem funt equalis dignitatis, & fingulis antècurrant eodem die, tunc antècurrant Majorum alteri eorum assignanda est alia dies ut notat Arnaud. Tr. 2. P. 1. Tit. 10. n. 3. Quamvis autem funt illi Majores? an eorum Religiosi? non exprimit. Ex his autem, quæ alibi ex Pifano recitavimus, colligi videtur, Religiofis tenentibus Breviario Romano esse Concessionem seu Privilegiò Sedis Apostolicæ, aut Sac. Rit. Congregationis: simili illi, quod concessum utentibus Breviario Minorum de observantia; eò quod facta ipfa hac in parte Concessio ex Declaratione Sac. Rit. Congregat. teste citato Scriptore, non extendatur ad non



non utentes Breviario dictorum FF. Minorum, sed aliò, quale est etiam Romanum.

4. Si *Festum duplex majus* incidat in *Dominicam minorem*, seu per annum, *Officium & Missa* dicuntur de *Festo*, de *Dominica* autem fit *Commemoratio* in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missis*, nec non etiam in *secunda Vesperis*, nisi sequatur *duplex* 1. aut 2. *Classis*, diciturque de eadem *Dominica* tunc etiam 9. *Lectio* in *Officio*, & *ultimum Evangelium* in *Officio*.

5. Si *Festum duplex majus*, & *Festum duplex minus* simul occurrant eodem die, *Officium & Missa* fit de primo, *Translatio* autem de secundo.

6. Si *Festum duplex majus*, & *Festum semiduplex* eodem die simul occurrant, *Officium & Missa* fit rursus de primo, *Translatio* verò de secundo.

7. Si *Festum duplex majus*, & *die infra Octavam* simul occurrant, *Officium & Missa* regulariter quidem dicuntur de *Festo*, de *die* autem *infra Octavam* fit *Commemoratio* in *Officio & Missa* suis locis. Excipitur tamen 1. *Octava Epiphaniæ*, infra quam non fit de ullo *Festo* occurrente 9. *Lectio*num, nisi sit *Festum Patroni principalis*, aut *Titularis propriae Ecclesie*, aut *majus Dedicatio*, seu *Festum* 1. *Classis*. Excipitur 2. *Octava Pasche*, ac *Pentecostes*, quarum utraque cum sit *Octava*

[[ Pars III. ]]

*privilegiata* 1. *Classis*, ideo non fit infra illas de ullo *Festo* 9. *Lectio*num, sed omne infra illas occurrens est transferendum. Excipitur 3. *Octava SS. Corporis Christi*, infra quam fit quidem de *Festo duplici* quovis occurrente (cum *Commemoratio* tamen *Octava* ubique in *Officio & Missa*) non autem de *Festo* ullo *duplici* *translato*, nisi illud sit 1. *Classis*, ut præcedentibus §. *SS.* dictum. Excipitur 4. *illa dies infra Octavam Nativitatis B. M. V.* in qua occurrit *Festum Nominis B. V.* nam ea die non fit *Commemoratio* de *Octava Nativitatis B. V.* ut constat ex propr. *Rubrica*.

Si *infra Octavam aliquam*, unà cum *Festo duplici* occurrat simul *Feria major* quatuor *Temporum*, aut *Feria II. Rogationum*; tunc *Missa* ordinanda est juxta *Rubric. General. 3. Missal. n. 2.*

8. Si *Festum duplex majus*, & *die Octava* alterius *Festi* simul occurrant, tunc, quoniam *Octava* transferri non potest, *Officium & Missa* fit de *die Octava*, *Festum* autem *duplex majus* transferitur in *diem* aliam *Festo* 9. *Lectio*num non impeditam. Excipitur 1. *Festum Nominis B. V. Mariæ* pro casu, quò id occurrit in *die Octava Nativitatis B. V. Mariæ* uti 1697. & 1709. ob specialem enim propriæ *Rubricæ* *Dispositionem*, faciendum tunc est *Officium & Missa* de *Nomine B. Mariæ*, absque omni *Commemoratio* *Octavae Nativitatis*

[[ R ]]



ratis, sed solius Dominica occurrentis s. 3. c. 12. n. 20. & s. 7. c. 12. ubi in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa &c. ut suo locò notatum; secus est, si Festum SS. Nominis MARIE incidat in diem Octavam Festi Ss. Angelorum Custodum, ubi hoc celebratur cum Octava Dominicà I. Septembris: tunc enim etiam quoad hoc Festum procedit Regula General: de transferendo regulariter Festo 9. Lectionum, quod non est 1. aut 2. Classis, si id occurrat in die Octava etiam non privilegiata, ut a libi dictum, & pluribus, ac solidè declarant Gobar Tract. 5. cap. 23. s. 3. n. 629. citans Gavantum To. 2. s. 3. c. 8. n. 12. item Lohnerus Instr. 2. P. 1. Tit. 3. n. 4. & P. 5. Tit. 10. n. 2. rectè id colligens ex Rubric. Gener. de Translatione Festor. &c. Excipitur 2. Festum SS. Rosarij, ubi est concessum, occurrens in die Octavæ alterius Festi, ob Rationem supra P. I. Dominica I. Octobris allatam. Excipitur 3. Si quod aliud alicubi occurrat simile Festum, de quo per speciale Privilegium fas sit dicere Officium, & Missam in die Octava alterius Festi, cum Commemorta. diei Octava simul occurrentis, quale Privilegium, ut supra P. II. 2. Julij dictum, habet Urbs Rhegium, ubi in die Octava S. Prosperi Patroni loci fit Officium & Missa de Festo Visitationis B. V. (eò quòd ibi fit Festum feri) de Octava autem tantum Commem: ut videre est apud Gav. To. 2.

9. Si Festum duplex major incidat in diem, quò simul occurrat Festum simplex, Officium & Missa dicuntur de duplici, de Festo simplici autem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, & Missa: Quod si simplex insuper propriam habet Lectionem (unam, vel duplicem) dicitur etiam de illo 9. Lectio in Officio, nisi simul occurrat Dominica, vel Vigilia, vel FERIA major habens proprium Evangelium; tunc enim omisâ pro illo anno, ut loco Lectione de Festo simplici, dicitur nona Lectio de Homilia in Evangelium occurrentis Dominica, vel Vigilia, vel FERIA ejusmodi majoris; de Festo autem simplici fit eò anno in locis in Officio & Missa Commemoratio, attamen post Commemorationem de Dominica, aut FERIA major, aut Vigilia. De quo observanda sunt illa, quae præcedenti de Occurrentia Festorum 2. Classis n. 9. ante fin. sunt annotata.

10. Si Festum duplex major incidat in diem, quò simul incidat in Ecclesia universalis fit de MARIA in Sabbato, aut de FERIA quæ minore, Officium & Missa de Festo duplici major, nihil autem omnino illò annò, aut locò, de MARIA in Sabbato, aut FERIA minore.

11. Si Festum duplex major incidat in diem, quò simul incidat in Ecclesia universalis fit de MARIA in Sabbato, aut de FERIA quæ minore, Officium & Missa de Festo duplici major, nihil autem omnino illò annò, aut locò, de MARIA in Sabbato, aut FERIA minore.



ant, Officium & Missa circa utrumque ordinantur ut supra § 1. n. 12. De Occurrentia Festi duplicis 1. Classis, & Ferie majoris est dictum.

12. Si duplex majus occurrat eodem die, quod simul occurrit Vigilia, Officium, & Missa ordinantur ut supra §. 2. n. 12. in Occurrentia Festi duplicis, 2. Classis & Vigilia distincte declaratur. Atque hæc de Occurrentia Festorum duplicium majorum, tunc etiam videamus

De Festorum duplicium majorum Concurrentia.

**S**i Festum duplex 1. aut 2. Classis in suis secundis Vesperis concurrat cum Festo duplici maiori, non dicuntur hujus primæ Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de Festo duplici 1. vel 2. Classis præcedente, de duplici autem maiore subsequente fit tantum Commemoratio: cui superadditur Commemoratio Dominice sequentis, si quæ sequatur, aut etiam Dominica antecessæ, si quæ antecesserit, vel occurrentis Ferie majoris Adventus, aut Quadragesime, vel etiam Festi simplicis sequentis, nisi Festum præcedens fuerit duplex 1. Classis; nam Festa duplicia 1. Classis excludunt Commemorationem Festi simplicis non tantum à suis primis, sed etiam à suis secundis Vesperis; Festa autem duplicia

2. Classis excludunt quidem Commemorationem Festi simplicis à suis primis Vesperis, non tamen à suis secundis Vesperis, si in Vesperis cum Festo simplici sequente concurrant: utrumque patet in Festo Nativitatis B. V. M. quod tanquam duplex 2. Classis excludit Commemorationem S. Adriani M. in suis 1. Vesperis, admittit verò Commemorationem de S. Gorgonio Martyr. in suis 2. Vesperis.

2. Si Festum duplex majus in primis suis Vesperis concurrat cum Festo alio duplici maiore, tunc si unum sit dignius alterò, Vesperæ integræ dicuntur de digniore, cum Commemoratione minus digni, v. g. in casu, quo Festum Nominis B. V. venit postridie Exaltationis S. Crucis; tunc enim Festum Nominis in pridiana suis Vesperis (quæ integræ dicuntur de Festo exaltationis S. Crucis tanquam digniore) habet nonnisi Commemorationem, cui subjungitur etiam Commemoratio de crastina Dominica. Idem patet in primis Vesperis Transfigurationis Domini; nam & hæc integræ dicuntur de Festo Transfigurationis, de Festo autem B. V. ad Nives (ut ut & ipsum sit duplex majus) præcedente, tanquam minus digno fit tantum Commemoratio; cui tamen etiam subjungitur Commemoratio de Dominica (si cras sequatur Dominica) nec non de sequenti Festo simplici Ss. Xysti

[[R 2]]

sti



ti, & Socior. MM. ut ibi. SI autem utrumque *Festum duplex majus* invicem concurrens sit *aqualis dignitatis* (ut mediè equidem iudiciò, salvo meliore, contingere potest) tunc dividunt *Vesperas*, ac proinde usque ad *Capitulum* dicuntur de præcedente, à *Capitulo* autem de sequente, cum *Commemoratione* præcedentis, idque ob rationem supra datam *Tit. de Concurrentia Festorum dupl. 1. & 2. Classis*. Vide dicta P. II. 20. Jun. à. f. 171.

3. Si cum *Festo duplici majore* in primis hujus *Vesperis* concurrat antecedens *Festum duplex minus*, *Vesperæ* integræ dicuntur de *Festo duplici majore*, cum *Commemoratione* de *Festo duplici minore* præcedente.

4. Si cum *Festo duplici majore* in primis hujus *Vesperis* concurrat præcedens *dies Octava* alterius *Festi*, *Vesperæ* illius *primæ* dicuntur regulariter de *Festo duplici majore*, de *die Octava* autem præcedente fit in illis regulariter tantum *Commemoratio*. Dixi: regulariter; Excipitur enim *dies Octava* sequentiù *Festorum*, nempe *Epiphaniæ*, *Paschæ*, *Ascensionis*, & *Corporis Christi*, quorum *dies Octava* si in secundis suis *Vesperis* cum sequente *Festo duplici* concurrat, de *Festo* fit tantum *Commemoratio*, nisi istud fuerit *duplex prima* vel *secunda Classis*, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ*; quia tunc de *Festo* fieret *Officium*, de *die* autem *Octava*

in primis *Vesperis* sequentis *Festi* solummodo *Commemoratio*. Denique *die Octava Corporis Christi* in secundis *Vesperis* concurrente cum *die Octava S. Joannis Baptiste*, *Vesperæ* integræ sunt de *Octava Corporis Christi*, cum *Commemoratione S. Joannis*. Rubric. General. II. n. 7.

5. Si *Festum duplex majus* in primis suis *Vesperis* concurrat cum antecedente *die infra Octavam*, *Vesperæ* dicuntur de *Festo*, & fit *Commemoratio* de *die infra Octavam*.

6. Si *Festum duplex majus* in primis suis *Vesperis* concurrat cum antecedente *Dominica* quacunque, cum antecedente *Festo semidupli*, *Vesperæ* dicuntur de *duplici majore*, cum *Commemoratione Dominicæ*, aut *semiduplicis* illius præcedentis.

7. In primis suis *Vesperis* admittit *Festum duplex majus* etiam *Commemorationem Festi simplicis* habloquentis, item *occurentis Ferie majoris Quadragesimæ*, & *Advæntus*, de quibus tamen faciendæ *Commemoratio* ante *Commemorationem simplicis*, si quod postera *die* sequatur. Non autem admittit in ijs *Commemorationem* aliarum *Feriarum*, etiam *majorum*, nec de *B. V. in Solenne* ( utpote quarum *Officium* iam fuit integrè terminatum ad *Nonam* ) nec etiam sequentis *Vigiliæ*, utpote quæ habet *Commemorationem* in solis *Laudibus*, exceptâ *Vigiliæ* Ex-



pphania, de qua fit semper Commemoratio quocunque duplici occurrere, non modò in *Laudibus*, sed etiam in pridianis *Vesperis*; eò quòd non habeat *Ritum simplicem*, sed *semiduplicem*.

Ec hæc de *Concurfu Festi duplicis majoris* in primis *Vesperis*.

1. In secundis *Vesperis* si *Festum duplex majus* cum *Festo duplici* 1. *Classis* concurrat, integræ *Vesperæ* dicuntur de sequenti, nihil autem in ijs fit ( ne quidem *Commemoratio* ) de *duplici majori* præcedente.

2. Si autem in *secundis Vesperis duplex majus* præcedens concurrat cum *duplici secunde Classis* subsequente; rursus quidem integræ *Vesperæ* dicuntur de sequenti, fit tamen in *Commemoratio* de *duplici majori* præcedente.

3. Si *Festum duplex majus* in *secundis Vesperis* concurrat cum sequente *duplici alio majori*, tunc, si sint in *dignitate*, aut *solemnitate inæquata*, *Vesperæ* dicuntur integræ de *digniore*, & fit *Commemoratio de minus digno*, ut patet in *Festo B. V. ad Nives*, in *secundis suis Vesperis* Concurrente cum *Festo Transfigurationis Domini*, de quo posteriore, tanquam *digniore*, integræ dicuntur *Vesperæ*, cum *Commemoratio* B. V. ad *Nives*. Idipsum patet 2. in *Festo Exaltationis S. Crucis*, quod integras habet *Vesperas*, quando cum eo concurrat seu in primis, seu in se-

cundis *Vesperis Festum SS. Nominis B. P. M.* quod habet in ejusmodi *Concurfu* solummodo *Commemorationem*. Exempla hujus rei habuimus 1709. & 1711. Si verò in *dignitate* sint *æqualia*, tunc dividunt *Vesperas*, & usque ad *Capitulum* dicuntur de præcedente, à *Capitulo* verò de *subsequente*, cum *Commemoratione præcedentis*.

4. *Festum duplex majus* in *secundis suis Vesperis* Concurrente cum *duplici minore* integras habet *Vesperas*, cum *Commemoratione* de sequenti *duplici minore*.

5. *Festum duplex majus* in *secundis Vesperis* Concurrente cum *die Octava* similiter integras ( regulariter loquendo ) requirit *Vesperas*, & *Commemorationem* duntaxat de *die Octava* subsequente. Excipitur 1. *dies Octava Nativitatis Domini*, quæ cum sit *duplex* 2. *Classis*, integras requirit 1. *Vesperas* cum exclusione omnium *Commemorationis*, etiam *Festi duplicis præcedentis*, nisi istud sit *duplex* 2. *Classis*; si autem sit *duplex* 1. *Classis*, tunc *Vesperæ* pridie *Circumcisionis* dicuntur integræ de *Festo duplici* 1. *Classis*, & de *sola Octava Nativitatis* fit *Commemoratio*, ut dictum 31. Decembr. Excipitur 2. *dies Octava Ascensionis*, & *Corporis Christi*, in *cujus* utriuslibet primis *Vesperis* totum *Officium* fit de *die Octava*, cum *Commemoratione præcedentis Festi duplicis*, nisi hoc fue-



rit *Feflum folenne principale*, vel *prima*, vel *fecunda Claffis*; tunc enim de *Feflo* fieret *Officium*, & *Commemoratio* duntaxat de die illa *Oftava*, ut dicitur in *Rubr. de Concurr. & in Notand. ad Tab. Concurr.*

6. *Feflum duplex majus* in *fecundis Vefperis* concurrans cum die *infra Oftavam* regulariter integras requirit *Vefperas*, cum *Commemoratione* de fequenti. Dixi: *regulariter*: nam in *Cafu*, quò *Feflum Nominis B. V.* ob *occurentem* in *Dominicâ* ipfi alioquin assignatâ *diem Oftavam* alicujus *Fefli particularis*, transfertur in *diem proximam non impeditam infra Oftavam Nativitatis B. V.* (uti in *plerisque S. R. I. Dicecefibz* contigit *annò 1712.* quò ob *occurentem diem Oftavam Ss. Angelorum* *Cuftodum* à die 11. *Septembris*, quæ erat *Dominica 17. post Pentecosten*, transferebatur *Feflum Nominis* in *diem 12. ejusdem*) & nec in 1. nec in 2. *Vefperis Fefli Nominis* fit tunc *Commem.* de *Oftava Nativitatis B. M. V.* uti colligitur ex *speciali Rubricâ*, *Feflo Nominis B. V.* præfixâ, vi *cujus* in *ejusmodi occurtu & concursu* nulla *feri* debet unquam *Commemoratio diei infra Oftavam Nativitatis B. M. V.*

7. *Feflum duplex majus* in *fecundis* *fuis Vefperis* concurrans cum *Dominica quacunque febquente*, integras requirit *Vefperas*, *simulque* *Commemorationem* de *ejusmodi Dominica febquente*.

8. *Feflum duplex majus* in *fecundis* *fuis Vefperis*, admittit *eius* *Commemorationem* de *Feria* *ante Adventus*, & *Quadragefima*, non *nomina aliarum Feriarum*, uti nec *Vigilia*, utpote *quarum Officia ad Novam* *jam terminantur*. Excipitur *Vigilia Epiphania*, de qua habente *Rubricâ* *semiduplicem* *semper* fit *Commemoratio*, quocunque *duplici occurrente*, aut *concurrente*, ut *sub locis*.

9. *Feflum duplex majus* admittit denique in *fecundis* *fuis Vefperis* *eiam* *Commemorationem* de *Feflo febquente*, item de *S. Martini* *Sabbato*, nisi *Feflum duplex majus* *præcedenti Feriâ* *fecunda* *occurrens* fuerit *Feflum* *ejusdem B. V.* *concurrentem* *juxta Rubric. VIII. Gener. Bo- viar. n. 3.* nulla alia *facienda* est *B. V. Commemoratio* in *fecundis Vefperis* *illius Fefli*.

In *Laudibus*, & *Missâ* admittit *Feflum duplex majus* *Commemorationem* de *quacunque Dominica per annum* *occurrens*, de *die quoque infra Oftavam* ( *exceptâ illâ*, in *quam incidit Feflum Nominis B. V.* ) *utrumque* de *quacunque Feria* *majori*, nec non de *Vigilia*, ac *Feflo febquente*, ut *constat* ex *suprà* *dictis* de *Occurrentia Feflorum duplicium majorum*: in *Ecclésijs* *tamen Cathedralibus*, & *Collegiatis* *quoad* *Missam* *Conventualem* *observanda* *simul* *sunt* *ea*, quæ *Rubric. Gen. Missal. III. n. 1. & 2. præ-* scribit.



## §. IV.

### De Occurrentia, & Concurrentia Festorum duplicium minorum.

**F**ESTA DUPLICIA MINORA per annum sunt ac dicuntur illa, quæ cum non sint duplicia 1. aut 2. Classis, nec etiam duplicia majora per annum, habent in Calendario ( seu Universalis seu Particularis Ecclesie ) adscriptam vocem *Classis*. Ipsdem accensendas condat Arnaudus Epit. Tr. 2. P. 1. T. 2. dies Octavas Festorum habentem *Octavam non privilegiatam*, supra non exceptas. Idem ibidem addit quæ sequuntur, scil. 1. de Sancto, cujus habetur insignis Reliquia, concedatur Officium, fit duplex minus per annum, ita decernente Sac. Congregatione 25. Nov. 1602. et simul observandum ejusdem Sac. Congregat. Decretum de anno 1691. 19. Octobr. supra Tit. 2. f. 26. et 17. adductum. 2. Ritu quoque duplici celebratur *Translatio Patroni principalis loci*. 3. Festa Beatificationum aequalia sunt Festis Canonizatorum, dummodo sint ejusdem ordinis : at observanda sunt pariter superius à nobis indicata.

#### De Occurrentia Festorum duplicium minorum per annum.

1. **S**I Festum duplex minus occurrat in die, quò simul occurrit Festum duplex 1. vel 2. Classis, aut etiam duplex majus, v. g. Festum Nominis B. V. die 10. Septembris in Festo S. Nicolai de Tolentino ( quorum prius est duplex majus, posterius verò duplex minus ) tunc translato duplici minore in diem proximam aliã non impeditam Festò 9. Lectionum, Officium, & Missa fit die illo de duplici 1. vel 2. Classis, aut de duplici illo majore. Idem est si Festum duplex majus incidat in *Feriam*, aut *Vigiliam* aliquam privilegiatam præcedenti §. n. 1. enumeratam.
2. Si Festum duplex minus occurrat in *Dominica* majore seu 1. seu 2. Classis, tunc ipsum pariter Transfertur in diem Festò 9. Lectionum, aut simili *Dominicã*, vel *die privilegiatã* non impeditam, Officium verò, & Missa dicuntur de *Dominica*.
3. Si Festum duplex minus occurrat in die, quò simul occurrit

Do-



*Dominica minor*, Officium & Missa fit de *Festo*, cum Commemoratio-  
ne, & 9. Lectione, ac ultimò E-  
vangeliò de *Dominicâ* suis locis, ut  
suprà §. 3. præcedent. n. 4.

4. Si *Festum duplex minus* inci-  
dat per accidens in diem, quò a-  
liud *duplex minus* simul occurrit, pro-  
ceditur pariter, ut suprà §. 3. præcedent.  
n. 3. f. 126. Accidit Tolosæ (inquit Ar-  
naudus Epit. Tr. 2. P. 1. Tit. 10. n. 3.)  
Causa particularis 1635. die 14. Jun:  
Occurrerunt enim eodem die tria  
Officia duplicia, nempe diei *Octava Cor-  
poris Christi*, dein *Translatio S. Exu-  
perij*, & *Festum S. Basilij Magni*: *Oc-  
tavæ* in hoc casu cessit *Translatio*,  
at *Translationi* utpote solenniori (*Fes-  
tum* enim ibi *Populi* est, adeoque  
in foro celebre) cessit *Festum S. Bas-  
ilij*: & quoniam singulis annis oc-  
currunt duo *Festa* posteriora ibi ea-  
dem die, idcirco assignandus esset  
certus dies *Festo S. Basilij* autori-  
tate majorum, ut ibidem monet Ar-  
naud.

5. Si *Festum duplex minus*, &  
*Festum semiduplex* simul occurrant eo-  
dem die, Officium, & Missa fit de pri-  
mo, *Translatio* autem de secundo  
in diem proximam *Festo* 9. Lectionum,  
aliave die privilegiata non im-  
peditam: *Festi* autem 9. *Lectionum*  
nomine (ut aliàs sepe Gavanto teste)  
ita hic quoque venit *Dominica*, non  
tantum *major*, sed etiam *minor*, sive  
per annum, quæ respectu *Festi*, quod

die suo proprio celebrari non potuit,  
est dies pariter impedita, quò minus  
in eam *Festum* aliquod *semiduplex*,  
imò & *duplex* (regulariter loquen-  
do) *transferri* possit; dies autem in-  
fra *Octavam* aliquam non privilegia-  
tam occurrens quemadmodum re-  
spectu *Festi duplicis* *translati* modo  
modò est dies impedita, ita etiam  
respectu *Festi semiduplexis* *Translati*  
non est saltem simpliciter, & aliò  
seu pro omni casu impedita, sed tan-  
tùm respectu *Translati* ultra primi-  
mè sequentem diem juxta alibi  
dicta & dicenda: Unde si *Festum* *se-  
miduplex* occurrat in *Dominicâ* infra  
*Octavam* non privilegiatam, & se-  
quente *Feriâ II.* non licet faciendum  
de *Festo* alio 9. *Lectionum* (seu *du-  
plici*, seu *semiduplici*, occurrente, vel  
*duplici* etiam *translato*) tunc potest  
in illam *Feriam II.* *transferri* *Festum*  
*semiduplex*, non autem, si *Feriâ II.*  
*II.* sit impedita *Festo* aliò 9. *Lectionum*  
occurrente (seu *duplici*, seu *se-  
miduplici*) aut etiam *duplici* *translato*:  
tunc enim *Festum semiduplex* oc-  
currens infra *Octavam*, utpote ultra  
unum diem proximè sequentem *trans-  
latum*; *transferri* debet post *Octa-  
vam*: à fortiori *Transferri* debet  
post *Octavam* *Festa semiduplexia* oc-  
currentia ante *Octavam*, si de suo  
proprio ante illam celebrari non  
potuerunt. Hinc si *Festum semidu-  
plex* occurrat infra *Octavam* *SS. Co-  
poris Christi* (per Rubricam novam  
Mil-



Missalis Rom. excludentem Festa semiduplicia etiam occurrentia) illamque Octavam immediatè sequantur Octava S. Joannis Baptista & Ss. Apostolorum Petri & Pauli, aut insuper quaedam adhuc alia particulae Octava, v. g. Dedicacionis Templi, transferri id Festum semiduplex debet post omnes Octavas. Vid. P. Lohm. Instr. pract. 2. P. 1. Tit. 5. §. 1.

6. Si Festum duplex minus, & infra Octavam eodem die simul occurrant, Officium & Missa regulariter quidem dicuntur de Festo, de die autem infra Octavam fit Commemoratio in Officio & Missa suis locis. Excipitur tamen 1. Octava Epiphaniae, infra quam non fit de ullo Festo 9. Lationum, nisi sit Festum Patroni principalis, aut Titularis propria Ecclesiae, aut hujus Dedicatio, seu Festum 1. Classis. Excipitur 2. Octava Paschae & Pentecostes, infra quas, utpote privilegiatas 1. Classis, non fit de ullo Festo 9. Lationum, sed omne infra eas occurrens est transferendum. Excipitur 3. Octava SS. Corporis Christi, infra quam non fit de Festo semiduplex, sed omne tale Festum infra eas occurrens est pariter transferendum.

Si contingat, ut duo Festa duplicia occurrant eadem die infra Octavam, v. g. in Ecclesia aliqua parochiali, quae fortè celebret Octavam Patroni loci, aut aliam, infra quam

[[ Pars III. ]]

potest occurrere duplex ex Festis mobilibus una cum duplici alio per annum in Calendario Romano descriptum, eo casu transferri debet duplex per annum minus dignum in primam diem similiter non impediam.

Quòd si infra Octavam aliquam non privilegiatam una cum Festo duplici occurrat simul Feria major quatuor Temporum, aut Feria II. Rogationum, tunc Missa ordinanda est juxta Rubric. III. Missal. n. 2. In Ferijs Adventus autem ordinantur Officium & Missa Festorum duplicium, infra Octavas occurrentium, ut supra Tit. de Octavis num. VIII.

7. Si Festum duplex minus incidat in diem, quò simul occurrit Festum simplex, Officium & Missa dicuntur de Festo duplici minore, de Festo simplici autem fit Commemoratio in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa: Quòd si Festum simplex simul occurrens habeat propriam Lektionem (unam vel duplicem) dicitur etiam de illo 9. Lectio in Officio, nisi simul occurrat Dominica, vel Vigilia, vel Feria major habens proprium Evangelium: tunc enim observanda sunt illa, quae §. 3. praecedenti de Occurrentia Festorum duplicium majorum n. 9. in medium sunt allata. Vide etiam quae dicta sunt supra §. 2. de Occur. Festor. 2. Classis n. 9. ante; ac circa finem.

8. Si Festum dupl. minus in-

[[ S ]]

ci.



cidat alicubi in diem, quò alioquin in Ecclesia universali fit de S. MARIA in Sabbato, aut de FERIA aliqua minore, Officium, & Missa fit de Festo, nihil autem omnino fit illò annò, aut locò de B. M. in Sabbato, aut FERIA minore.

9. Si Festum duplex minus, & FERIA major eadem die simul occurrant, Officium & Missa circa utrumque ordinantur ut supra §. 1. num. 12. de Occurr. Festor. dupl. 1. Classis, & FERIA majoris est dictum.

10. Si Festum duplex minus occurrat eodem die, quò simul occurrit VIGILIA, Officium & Missa ordinantur ut supra §. 2. n. 12. in occurrentia Festi duplicis 2. Classis ac VIGILIA declaratur. Et hæc de Occurrentia Festorum duplicium minorum. Jam etiam videamus

### De Concurrentia Festorum duplicium minorum.

1. SI Festum duplex 1. vel 2. Classis, aut Festum duplex majus in secundis Vesperis suis concurrat cum Festo duplici minore, non dicuntur hujus primæ Vesperæ de ipso, sed integræ dicuntur de Festo illo duplici 1. vel 2. Classis, aut Festo duplici majore præcedente, de duplici autem minore subsequente fit tantum Commemoratio; cui superadditur Commemoratio Dominicæ sequen-

tis, si quæ sequatur, aut etiam antecedentis, si quæ antecesserit, vel occurrentis FERIA majoris Adventus, aut Quadragesima, vel Festi simplicis sequentis, nisi Festum præcedens fuerit duplex 1. vel 2. Classis; tunc enim, ut supra dictum, non fit Commemoratio de illo simplici; sed quòd duplicia 1. Classis Commemoratione Festi simpl. non tantum à suis primis, sed etiam secundis Vesperis excludant, à quibus tamen non excludunt, per se loquendo, Classis 2. Classis.

2. Si Festum duplex minus concurrat in 1. Vesperis cum alio duplici minore, regulariter dividuntur Vesperas, adeoque usque ad Caput dicuntur de præcedente, à Capitulo verò de sequente. Dixi regulariter; nam si unum sit Festum B. V. non item alterum, tunc Vesperæ in concursu duorum duplicium minorum dicuntur integræ de B. V. tanquam digniore, cum Commemoratione alterius minus digni, & g. in casu, quo Festum S. Mariae de Mercede Redempt. Captivorum, & juxta Directorium Romanum, & Breviaria emendatiùs impressa, facta in Ecclesia universali est tantum duplex minus) aliquando, aut alibi in Vesperis Concurrat cum alio duplici minore. Neque hoc est contra Rubricas, aut Tabulam Commemorationis; non contra illas, quia Rubrica de Concurr. n. 2. dum ait: duplicia in



in primis Vesperis, si utraque sint  
eiusdem solemnitatis, seu Ritus, di-  
videre Vesperas, ibidem expressè  
addit: id tantùm regulariter fieri,  
& nisi aliter in proprijs locis annotetur;  
non contra Tabulam Concurrentiæ; quia  
illa est potissimum, ac ferè tantùm  
de ijs, quæ regulariter v̄ Rubricarum  
circa Concurrentiam Festerum so-  
lent, ac debent observari, non ex-  
primendo omnes Exceptiones, ac  
Dispositiones particulares, præsertim  
illas, quæ tamen sicuti Rubricis  
Generalibus non uno in loco suc-  
cessu Temporis insertæ sunt (uti pa-  
bit conferenti Rubricas Genera-  
ta recentissimis Breviarijs & Missal-  
prelixas cum præfixis Breviar: & Mis-  
salibus minus recentibus) ita forsan e-  
tiam novæ Dispositiones, Exceptio-  
nesque à Communibus Rubricarum  
Legibus Successu Temporis Tabu-  
la tam Occurrentiæ, quam Concurrenti-  
æ ad utriusque calcem superadden-  
tur. Idem est, si dies Octava B. V.  
concurrat cum Festo duplici minore v.  
dies Octava Assumptionis B. V. cum  
Festo duplici S. Philippi Benitij; tunc  
etiam pridie S. Philippi Benitij Ve-  
spere integræ dicuntur de B. V. de  
S. Philippo autem fit in Ecclesia u-  
niversali tantùm Commemoratio;  
quod ex Decreto Sac. Rit. Cong-  
regation. de anno 1691. 11. August.  
(supra non semel allegatò) quæ-  
riturque dies Octava B. V. habere de-  
beat integras utrasque Vesperas in

[[ S 2 ]]

Concurrentia cum Festo duplici mino-  
re: id quòd modò etiam Rubricæ  
XI. n. 7. insertum legitur in recen-  
tissimis Breviarijs. Econtra 1. &  
2. Vesperas Ss. Angelorum Custodum,  
ibi, ubi eorum Festum cum  
Ecclesia universali celebratur die  
2. Octobris sub Ritu tantùm dupli-  
cì minore, dividendas esse à Capi-  
tulo, si concurrat cum Festo duplici  
minore, aliqui decretum esse ajunt  
à Sac. Rit. Congregatione 1698. die  
27. Septembr. Et ratio potest esse;  
quia licet dignitas Personarum et-  
iam quoad Angelos, & Apostolos at-  
tendatur quantum ad ordinem faci-  
endi de illis Commemorationem  
inter Suffragia v. g. Communia &c.,  
in ordine tamen ad recitandum Of-  
ficium non perinde ea attenditur  
quoad Festa Angelorum, & Apostolo-  
rum Festis alijs, quæ sunt ejusdem  
Classis, præferenda, ac eadem quoad  
hoc attenditur circa Festa Christi (quæ  
omnibus alijs præferuntur, & inte-  
gras habent utrasque Vesperas) at-  
que etiam circa Festa B. V. quæ Fe-  
stis aliorum Sanctorum, demmodo  
hæc non sint altioris Classis, pariter  
præferuntur, id quod alibi annota-  
vimus, non obstantibus ijs, quæ  
scribit Gav. To. 2. f. 3. c. 9. n. 3. Ve-  
rùm his janniam pro Typo descri-  
ptis incidit in Libellum, cui Titu-  
lus: Directorium Canonicum, à  
D. Henrico Pisart Ordinis Canoni-  
cor. Regular. S. Augustini conferi-  
ptum,



ptum, & 1713. in lucem editum, in quo *Propr. Sanctor.* §. 3. n. 1. afferit: extra ditiones Imperij celebrari *Festum Ss. Angelorum Custodum non nisi Ritu duplici minore*, sic tamen, ut in concursu cum *alio duplici minore* habeat *Vesperas integras*, additque, ita declarasse Sac. Rit. Congregat: die 12. Julij 1704. *cujus declarationi standum erit, siquidem de ea authenticè conser.* Vide interim dicta P. II. die 1. Octobr. f. 318. &c.

3. Si *Festum duplex minus* in I. Vesperis concurrat cum *antecedente Dominica* quacunque, aut *Festo antecedente semiduplici*, *Vesperæ integræ* dicuntur de sequente *duplici minore*, cum Commemoratione præcedentis *Dominica*, aut *Festi semiduplicis*. Excipitur *Festum S. Silvestri*; nam casu, quò *Festum S. Thomæ Cantuariensis*, veniens in *Dominica* infra *Octavam* *Nativitatis Domini*, transfertur in diem 30. Decembris, *Vesperæ primæ S. Silvestri* dicuntur usque ad *Capitulum de Nativitate Domini* (sub *Ritu* tamen *duplici*, hoc est duplicando *Antiphonas*) *Capitulum* verò & reliqua tantum dicuntur de *S. Silvestro*, cum Commemoratione *S. Thomæ Cantuar.* & 4. *Octavarum*, ut ibi, & in propria *Rubricâ*, præfixâ *Festo S. Thomæ Cant.* Si autem dies proxime præcedens *Festû S. Silvestri* fuerit *Dominica*, aut ipsû *Festû S. Silvestri* venerit in *Dominica*, tunc I. *Vesp.* &

rotû *Officium S. Silvestri*, ordinatur modò, pro utroq; hoc casu à propriis *Rubricis* præscriptò in *Brev. Rom.*  
4. Si *Festum duplex minus* in 1. suis *Vesperis* concurrat cum præcedente *die infra Octavam*, *Vesperæ* dicuntur de *Festo*, & fit *Commemoratio de die infra Octavam*.

5. Si *Festum duplex minus* concurrat in 1. suis *Vesperis* cum præcedente *die Octava non privilegiata*, *Vesperæ* regulariter usque ad *Capitulum* dicuntur de *die Octava*, à *Capitulo* verò de *Festo duplici sequente*, cum Commemoratione *diei Octavae*. Exemplum hujus rei suppeditant nobis *Breviarium Roman.* die 1. Novembris in *Festo Dedicatæ Basilicæ S. Salvatoris*, *cujus primæ Vesperæ* dicuntur usque ad *Capitulum de præcedente die Octavae omnium Sanctorum*, à *Capitulo* verò de sequenti *Festo Dedicatæ prædictæ Basilicæ*, cum Commemoratione *Octava omnium Sanctorum*, & insuper *Festi simplicis subsequentis*, ut ibi: *Dixi autem: cum die Octava non privilegiata*, item: *regulariter*. Ratio Limitationis est primò, quia in 2. *Vesperis diei Octavae Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis Domini, & Corporis Christi* de sequenti *duplici* fit tantum *Commemoratio*, nisi istud fuerit 1. vel 2. *Classis*, seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio propria Ecclesie*; quia tunc de *Festo* habet *Officium*, & de *Octava* *Commemoratio*.



moratio, idque ex præſcripto Rubricæ extantis poſt Tabulam Concurrentiæ. 2. quia, ut ſuprà dictum, quæcunque dies Octava B. V. M. integras habet utraſque Veſp. in Concurrentia cum Feſto duplici minore.

6. Admittit præterea Feſtum duplex minus in 1. ſuis Veſperis etiam Commemorationem Feſti ſimplicis ſubſequentis, item occurrentis Feria majoris Adventûs, & Quadrageſimæ, de quibus tamen feriis faciendâ eſt Commemoratione ante Commemorationem Feſti ſimplicis, ſi quod altera die ſequatur. Non autem admittit in ijs Commemorationem illarum Feriarum, etiam majorum, nec de B. V. in Sabbato ( utpote quantum Officium jam fuit terminatum ad Nonam ) nec etiam Commemorationem Vigiliæ, utpote quæ habet Commemor: in ſolis Laudibus, exceptâ Vigiliâ Epiphaniæ Domini, de qua fit ſemper Commemoratione quocunque die occurrente, non modò in Laudibus, ſed etiam in pridianis Veſperis. Cæterum veniam mihi dabit benignus lector, quòd agens hoc Titulò ex inſtituto de Concurrentia Officij, tum hæc, tum alibi ex accidenti interſeram nonnulla de Occurſu ( puta ſuprà dictarum Feriarum, &c ) non confundendo utique cum concursu : quia id non eſt Titulò Concursûs, ſed concomiter, ſive ratione alicujus habentis connexionem hæc & nunc cum eo,

¶ S ¶

quod cum alio in alterutris ſuis Veſperis concurrat, ob faciendam v. g. vel non faciendam de ipſo Commemorationem &c; nec Supervacaneè, aut citra prudentem rationem id à me fieri exiſtimandum eſt; tum quia 1. proſtitum hoc ipſum mihi fuerat, ut oſtenderem, quòd ſicuti juxta Rubr. XI. de Concurr. n. 9. Feria non poteſt concurrere cum alio Officio in 2. Veſperis, ita neque poſſit eſſe juxta eandem Rubric: cum ea concuſus in 1. Veſperis, ſed, ſi aliquando, ut ibidem in fine ejus numeri dicitur, in Concurrentia aliorum Officiorum fieri de ipſa debeat Commemoratione in 1. Veſperis, id non fiat ratione Concursûs, ſed quòd eo die, quò Officium Feriarum majorum Quadrageſimæ, aut Adventûs impeditur Officiò 9. Lectionum, illarum Commemoratione ratione Temporis ex præcepto Eccleſiæ prætermitti non debeat, modò tamen ibi præſcriptò; tum quia juxta alibi dicta proſtitum mihi fuerat non tantum ſervire Neceſſitati, ſed etiam Commoditati Lectoris, minus præfertim adhuc in re Rubriciſta eruditi, ac exercitati, non tantum non nauſeantis, ſed gratum habentis, ſi ei omnia ſub unum quodammodo ſimul & ſemel obtutum ponantur, quæ ad ordinandum in hac aut illa Concurrentia, vel Occurrentia congruenter Officium eum ſcire oportet, ac obſervare, ne operoſè unum in hoc,

al-



alterum in alio loco indagare cogatur. Et hæc ipsa est ratio, ob quam, agens de Occurrentia, & Commemorationibus, etiam incidenter egerim, ac agam de dicenda 9. Lectione de *Feflo fimplici*, aut *Vigilia*, vel *Feria majore*, in Feflis 9. Lectionum non rarò occurrentibus, quantumvis ea Materia non ad eos Titulos, sed ad alium fpectet per fe loquendo. Ob eandem quoque denique Rationem pluries eadem pono, ac repero, quæ jam alibi femel aut iterum in medium sunt allata; tum quia jam dicta in una parte, habent Connexionem cum ijs, quæ habentur in alia parte, vel viciffim; tum quia non femper recurrit memoria alibi diftorum, aut dicendorum; nec pauca etiam eft reperire, quæ utrique parti funt Communia, ac proinde valde Commodû accidit Lectori, fi eorum Refolut. reperiat, five eam in hac, five in alia hujus Libri Parte, aut Tit. investiget.

In II. Vesperis, fi *Feflum duplex minus* Concurrat cum fequenti *Feflo duplici* 1. *Classis*, integræ Vesperæ dicuntur de fequenti, nihil autem in ijs fit ( nequidem Commemoratio ) de præcedenti.

2. Si autem in 2. Vesperis *Feflum duplex minus* præcedens concurrat cum *Feflo duplici* 2. *Classis* fequenti, rurfus quidem integræ Vesperæ dicuntur de fequenti, fit tamen in ijs Commemoratio de du-

*plici minore præcedente*, excepto *Feflo* duplici minore in II. Vesperis concurrente cum *Feflo Circumferentibus*; hæc enim, ut in Ecclefia univverfali fit tantum *duplex* 2. *Classis*, in primis tamen fuis Vesperis non admittit Commemorationem de *Feflo duplici minore præcedente*, nempe de *Sabbato*, uti conftat ex propria Rubrica.

3. *Feflum duplex minus* concurrans in fecundis Vesperis cum fequente alio *duplici minore*, regulatè vidit cum hoc Vesperas, ita, ut utque ad Capitulum dicantur regulariter de præcedente, à Capitulo vero de fequente, cum Commemoratione præcedentis. Excepiendum videtur *Feflum S. Mariæ de Medede Redemptionis Captivorum*, de quo utquam digniore in Concurfu cum *duplici minore* minus digno funt integræ dicendæ in Ecclefia etiam univverfali, cum Commemoratione minus digni ob Rationes alibi allatas. Quòd fi unum *duplex minus* cum alio, quoad Ritum & dignitatem æquali concurrans fit *Feflum fimplici*, alterum verò non fit *Feflum fimplici*, ut non obftante ea diverfitate, ab extrinfeco & per accidens interveniente, adhuc dividunt Vesperas, ut licubi notat P. Gobat, allegans pro hęc fuâ Doctrinâ Refponfum quoddam Romanum: eamque confirmat praxis plurium Germaniarum, & Ducefeon, in quibus, non obftante, quòd *Feflum S. Mariæ Mag-*



idena sic quibusdam in locis *Festum* *feri*, non item *Festum S. Apollinaris*, nihilominus 2. *Vesperæ S. Magdalenæ* dicuntur de ipsa etiam ibi non nisi usque ad Capitulum, à Capitulo verò de *S. Apollinare*, cum Commemoratione præcedentis. Idem Contingit circa *Festum S. Basilij*, & *Festum S. Viti ac Soc.* ubi hoc posterius est duplex minus, atamen simul *Festum feri*, non item prius; nam eorum ed in locò *S. Basilij* vendicat sibi dimidium *Vesperarum* pridie *S. Viti*, & *Socior*: isti autem pro se non nisi alterum dimidium, cum Commemorat: præcedentis.

4. *Festum duplex minus* Concurrentens in 2. *Vesperis* cum sequente *Festo semiduplici* integras de se recipit *Vesperas* ( nisi occurrat infra *Octavam* *Nativitatis Domini* ) cum Commemoratione de *Festo semiduplici* sequente: quæ quidem *Festi semiduplici* Commemoratio juxta Rubric. de Ordine Commemorationum fieri debet ante Commemorationem de die infra *Octavam*, ante *Festum* verò *semiduplex* præmittit Commemoratio *Dominica*, si quæ hodie una cum *Festo duplici* occurrat: tametsi enim alioqui *dies infra Octavam* in casu, quo *Festum semiduplex* cum ea concurrat, jus habeat ( regulariter loquendo ) ad *Vesperas* à Capitulo de se dicendas, ex speciali tamen *Dispositione* Rubricæ post *Tabulam Concurrentia* extantis Com-

memoratio *semiduplici* ante Commemorationem *diei infra Octavam* est facienda, ut patet in 2. *Vesperis S. Thomæ Cantuariens.* Et ratio est; quia *Festum semiduplex* est nobilius *die infra Octavam*, quæ est sola *Festi Continuatio*. Pisart in *Tit. IX. Rubr. Gener. n. 5.* Si autem duplex minus occurrat *infra Octavam* *Nativitatis Domini*, dicuntur *Psalmi* & *Antiphonæ* ( quæ duplicantur ) de *Nativitate*, & tantum à Capitulo fit de *Festo duplici*, cum Commemoratione *Officij semiduplici* sequentis, & *Octavarum*, &c. ut ibi.

5. *Festum duplex minus* concurrentens in 2. *Vesperis* cum sequente *Dominica* ( seu *major* ista sit, seu *minor per annum* ) regulariter loquendo exigit integras *Vesperas* cum Commemoratione *Dominica* sequentis. Dixi: regulariter loquendo; Nam *infra Octavam* *Nativitatis Domini*, *prima ac secunda Vesperæ* *Festorum* eò modò sunt ordinandæ, quò ibi præscribitur in *Breviario*.

6. *Festum duplex minus* concurrentens in *secundis Vesperis* cum sequente *die infra Octavam*, regulariter loquendo pariter integras requirit de se *Vesperas*, de die *infra Octavam* autem solummodo Commemorationem. Dixi rursus: regulariter loquendo; Nam *infra Octavam* *Nativitatis Domini* *primæ ac secundæ Vesperæ* *Festorum* Ordinantur, ut ibi.



7. Festum duplex minus in 2. Vesperis concurrans cum sequente die Octava ejusdem Classis, sive Ritûs, regulariter loquendo dividit illas cum die Octava subsequente de qua proinde dicuntur à Capitulo, cum Commemoratione tamen Festi præcedentis. Dixi: *ejusdem Classis*, seu Ritûs; Item: *regulariter loquendo*. Excipitur enim 1. dies Octava Nativitatis Domini, de qua (urpote *duplici 2. Classis*) non modo integræ dicuntur Vesperæ, sed etiam nulla sit in ijs de præcedente Festo *duplici minore* (nempe S. Silvestro) Commemoratio. Excipitur 2. dies Octava Ascensionis, ac Ss. Corporis Christi, in cujus utriusque primis Vesperis totum Officium sit de die Octava, cum Commemoratione tamen præcedentis Festi *duplicis minoris*; dico: *minoris*; nam si foret duplex solemne principale, seu primæ, aut secundæ Classis, tunc de Festo fieret Officium, & Commemoratio tantum de die ejusmodi Octava, ut dicitur in Rubrica extante post Tab: *Concurr:* quia licet neutra dictarum duarum Octavarum tanquam *duplex majus*, aut certe *dignius* cedat *duplici minori*, imò nec *majori*, cedunt tamen ambæ *duplici 1. & 2. Classis*. Excipitur 3. quæcunque dies Octava B. V. urpote quæ ex Decreto Sac. Rit. Congregation: integras habere debet utraque Vesperas in Concur-

rentia cum Festo duplici minore, non obstante, quòd alioqui *dupl. Octava non privilegiata* dimidiet Vesperas in Concurrentia cum Festo *duplici minore*.

8. Festum duplex minus in secundis suis Vesperis admittit præterea Commemorationem de Festo *simplici sequente*, item de sequente Officio S. MARIE in Sabbato, cum quorum alterutro, aut etiam utque simul si concurrat, in secundis Vesperis Festi ejusmodi *duplicis minoris* omnia dicuntur de Festo *duplici*, cum Commemoratione sequentis Festi *simplicis*, aut Officij S. MARIE in Sabbato (nisi Festum duplex, præcedente Feriâ VI. occurrens, tunc Festum ipsius B. V.) vel etiam utriusque simul, si in sequens Sabbatum, in quo sit de S. MARIA in Sabbato, simul incidat Festum *duplex*; sed tunc Commemoratio de S. MARIA facienda est ante Commemorationem de Festo *simplici*, nec postriede de hoc dicenda est ultima Lectio, sed de B. V. in Sabbato ibi. Nota hic, quòd etiam pridie B. V. in Sabbato in 2. Vesperis Festi *duplicis minoris*, aut *majoris* ita sit tantum Commemoratio de sequenti Officio B. M. V. in Sabbato, nihilominus Hymnus Completorij terminandus sit per Verba; *JESU tibi sit gloria, qui natus es* &c.

9. Festum duplex minus ad-



mittit denique in secundis suis Vesperis etiam Commemorationem de Feria occurrente majore Adventus, et Quadragesimæ, non autem de illa Feria, seu majore seu minore, ut nec de Vigilia; quia enim harum omnium Officium jam integrè terminatur ad Nonam, non potest cum istarum Officij concurrere in secundis suis Vesperis. Excipitur tamen Vigilia Epiphaniæ, de qua, habente Ruum semiduplicem, fit Commemoratio in secundis Vesperis Of-

ficij præcedentis, sed ante Commemorationem de S. Telesphoro, ut ibi.

In Laudibus & Missa admittit Festum duplex minus Commemorationem de quacunque Dominica occurrente per annum, item de quacunq; die infra Octav. nec non de quacunque Feria majore, Vigilia, ac Festo simplici, si die, quò fit de Festo duplici minore, occurrant, ut constat ex suprâ dictis de Occurrentia & Concurrentia Festorum duplicium minorum. Nunc sit

§. V.

De Occurrentia, & Concurrentia Festorum semiduplicium.

ESTA SEMIDUPLICIA sunt ea, quibus in Calendario, vel Proprio Sanctorum vox semiduplex apponitur, & interdum in aliquibus Locis ex Concessione Summi Pontificis etiam Festa illorum Sanctorum, de quibus Reliquiæ non indignes habentur. Distinguuntur Festa semiduplicia à duplicibus 1. quòd in posterioribus Antiphonæ in Matutino, Laudibus, & Vesperis duplicentur, hoc est, ante & post Psalm: ac Cantica integrè dicantur, non item in prioribus. 2. Quòd in Duplicibus Commemorationes Communes, seu Stragalia Communia non dicantur, di-

cantur autem in Festis semiduplicibus, nisi hæc occurrant infra aliquam Octavam, aut veniant infra illud Tempus, quod est ab Adventu usque ad Octavam Epiphaniæ inclusivè; vel illud, quod est à Vesperis Sabbati ante Dominicam Passionis usque ad Feriam II. post Octavam Pentecostes. 3. Quòd in duplicibus nullæ dicantur Preces Dominicales ad Primam, & Completorium, dicantur autem in semiduplicibus, nisi hæc veniant infra aliquam Octavam. A simplicibus verò Festis distinguuntur Festa semiduplicia, quòd ista novem Lectiones, tres Nocturnos, & primas ac secundas Ve-

¶ Pars III. ¶

¶ F ¶

spe



speras de jure ac per se loquendo exigant (extra calus scilicet supra exceptos, & infra excipiendos) non autem simplicia.

De occurrentia Festorum  
semiduplicium.

1. **S**I Festum semiduplex incidat in diem, quod simul occurrit quæcunque Dominica ( seu major, seu minor per annum ) vel quæcunque Festum duplex, tunc Officium & Missa dicuntur die illo de Dominica; aut Festo duplici occurrente; Festum autem semiduplex tunc transfertur in diem aliam proximam non impeditam: Dies autem impedita est
  1. omnis dies privilegiata, id est habens jus ad aliud Festum, licet dignius, excludendum: cujusmodi sunt v. g. dies Cinerum; Vigilia Nativitatis Domini; Vigilia Pentecostes, & Ferie omnes majoris hebdomadae &c.
  2. Dominicae omnes suo Tempore, ac Ritu semiduplici celebratae; Nam quæ interdum anticipantur, ac Ritu tantum simplici celebrantur, cedunt Festis semiduplicibus, etiam translatis, excepta Dominica II. post Epiphaniam in casu, quod Septuagesima immediatè venit post Octavam Epiphaniae, Sabbatum autem primum post Octavam Epiphaniae est impeditum Festo 9. Lectionum; tunc enim, ut ibi dictum P. I. Tit. 4. à f. 10. cedit ei Festum semiduplex S. Hilarij, aut aliud sequens.
  3. omnia Festa duplicia, &

semiduplicia. Dico: Festa; namque infra Octavam propriè non sunt Festa, prout nomen Festi hic sumitur, sed tantum Continuatio Festi, nec tunc dies impedita ( loquendo de Octava non privileg. ) nisi respectu Festi semiduplicis ad plures, quam unum diem translati: si enim infra Octavam aliquam non privilegiatam occurrit Festum semiduplex, & ea dies sit impedita ( ob occurrentem v. g. Dominicam, aut ob Festum aliud occurrens mobile, v. g. Ascensionis Domini, aut ob Festi mobilis, v. g. Corporis Christi, occurrens Dominicam infra Octav. ) tunc, ob Rationem alibi allatas, sequenti die celebrari debet, si aliud Festum 9. Lectionum in eadem non incidat, aut ob brandum occurat; quod si non proxime sequens dies Festi alio 9. Lectionum si impedita, transferretur ad aliam Octavam, v. g. Octavam S. Joannis Baptistae, & Octavam S. Pauli Octavam Corporis Christi, & aliave Festa novè Lectionum: ( inquit Gav. Tom. 2. sect. 3. n. 4. ) amissò jure Viciniorum ad propriam diem, non est impedita Ratio, cur citius celebreretur.

2. Si Festum semiduplex incidat in diem infra Octavam non privilegiatam, seu 4. Classis, h. e. Taber-



in qua fit de Festis occurrentibus, fit de festo Officium & Missa; de die infra Octavam autem fit utrobique his locis Commemoratio. Dixi: infra Octavam non privilegiatam: nam festum semiduplex occurrens infra Octavam Pascha & Pentecostes (quae amantur sunt Octavae, 1. Classis) transferuntur in diem proximam non impediam post Octavam. Idem est de festo semiduplici occurrente infra Octavam Epiphania, & infra Octavam Sr. Corporis Christi, quarum prior est Octava 2. Classis, posterior autem Octava 3. Classis; nam & utraque haec pariter excludit festum semiduplex infra illas occurrens. Quod festum semiduplex occurrat in Dominica infra Octavam non privilegiatam, haec admittentem semiduplex festum, tunc istud juxta superius dicta, ac modo inferius §. 13. in Corollarijs de Translat. Festerum referendò, transferuntur in sequentem Feriam II. Quod si haec sit impedita, transfertur ultra totam Octavam. Idem est, si alia infra Octavam occurrat festum semiduplex, & illa sit festo aliò digniore impedita; tunc enim festum semiduplex juxta ibidem dicta transfertur pariter in proximè sequentem diem, aut, si etiam haec sit impedita, post totam Octavam, in diem ultra omne officium subsequens. Quodcumque autem festum semiduplex (in Dominica infra Octavam non privilegiatam, aut

][T 2][

die infra talem Octavam alià impedita occurrens) non potest die immediate subsequente celebrari, tunc in ejus Repositione observandus est ordo in Rubricis Tit. X. de Translat. n. 7. praescriptus, ita, ut prius reponatur ac celebretur caeteris paribus id, quod prius occurrerat, seu translatum fuit. Vide, quae dixi P. I. Tit. de Festo Ascensionis Domini; & P. H. die 26. Junij f. 189. nec non Francisc. Monacelli P. II. form. pract. Tit. 13. à n. 21. fol. 67.

3. Si festum semiduplex, incidat in diem, quò simul occurrat dies Octava alicujus Festi, Officium, & Missa, fit de die Octava, translato festo semiduplici in diem proximam non impeditam, qualis non est dies infra aliam Octavam immediate subsequens, si nullum in ea festum 9. Lectionum occurrat, juxta dicta P. I. Tit. de Festo Ascensionis &c. f. 165.

4. Si festum semiduplex incidat in diem, quò simul occurrat aliud festum semiduplex, Officium, & Missa dicuntur eo die de digniore, seu solemniori, translato eò, quod est minoris solemnitatis, uti habet Rubr. Gen. X. de Translatione n. 6. solemnius autem & dignius eò loco juxta P. Lohner censetur id, quod in Litanijs majoribus ordine praecedit, exceptis Festis Sanctorum Veteris Testamenti à S. Joanne Baptista distinctorum; hunc enim solum ex Veteris Testamenti Sanctis ex spe-

cia-



ali privilegio Ss. Apostolis censet preferendum.

Quòd si *Festum semiduplex* incidat in *Dominicam per annum*, eamque talem, quã nullã simul currit *Octava*, observanda est ad literam *Rubricæ de Translat. Festor.* pars 1. numeri 5. adeoque transferendum in primam diem *Festò 9. Lectionum* non impediam juxta inferius dicenda in *Corollaris de Occurrentia, & Concurrentia Festor.* ac dicta superius *Tit. de Octavis.*

5. Si eodem die occurrat *Festum semiduplex*, & simul *Festum simplex*, Officium ac *Missæ* dicuntur de *semiduplexi*, de *simplici* autem fit tam in *Missæ*, quàm in *Officio* (h. e. *I. Vesp. & Laudib.*) *Commém.* diciturque de eodem quoque nona *Lectio*, si *propriam* habeat, faciendò ex duabus unam, si duas habeat; si autem *propriam* non habeat, sed tantùm aliquam de *Communi* (qualem v. g. habet *S. Valentinus M. & S. Petronilla V.*) tunc nona *Lectio* non dicitur de *Festo simplici* in *Festo* occurrente 9. *Lectio*num, sed fit de eo tunc solummodo *Commemoratio* suis locis in *Officio*, & *Missæ*. Dixi: in *Festo 9. Lectio*num; nam si officium non fiat de *Festo 9. Lectio*num (seu *occurrente*, seu *translatò*) sed de ipso *simplici*, tunc *Lectio* illi assignata de *Communi* dicitur 3. loco in *Officio*, quod fit de *Festo simplici*, seu 3. *Lectio*num, ut alio nomine vocatur in *Rubricis*,

6. Si *Festum semiduplex* incidat aliquando, aut transferatur alicubi in diem, quò alioquin in *Ecclesia universali* fit de *S. Mattheo in Sabbato*, aut de *Feria minore*, Officium ac *Missæ* dicuntur de *Festo semiduplexi*, & nihil fit ibi de *S. Mattheo in Sabbato*, aut *Feria minore*.

7. Si *Festum semiduplex* occurrat in *Feria* aliqua *majori*, & ista non sit una ex *diebus privilegiatis* contra quodcunque *Festum 9. Lectio*num (quales sunt *Feria cinerum*, & *Feria omnes majoris hebdomadae*, item *Vigilia Nativitatis Domini*, & *Pentecostes*) Officium & *Missæ* dicuntur de *Festo*, cum *Commemoratio* *Feriae majoris* occurrentis in *Officio*, & *Missæ*, & siquidem habeat proprium *Evangelium* (ut habent omnes & solæ *Feriae Quadragesimae* usque ad *Feriam III. majoris hebdomadae* exclusivè, item *Feria omnes quatuor Temporum*, & *Feria II. Rogationum*) dicitur in *Officio* *Festi* in eadem *Feria* *majori* 9. *Lectio*num, & in *Missis privatis* ultimum *Evangelium*, nisi aliter noceatur: *Missæ* tamen *Conventuales* tunc ordinantur sunt, prout præscribit *Rubricæ Generali III. Missæ. n. 1.* & dicuntur suo locò. Quòd si verò *Festum semiduplex* occurrat in *Feria* *majori privilegiata*, nempe vel *Feria IV. Cantuarum*, vel *Feria quacunque majoris hebdomadae*, transfertur id in diem illum non impediam,



8. Si Festum semiduplex, & Vigilia simul occurrant, tunc, si Vigilia illa sit vel Vigilia Nativitatis, vel Epiphania Domini, vel Pentecostes, nihil fit die illo de Festo semiduplice occurrente, sed transferendum est in diem aliam non impeditam; verò Festum semiduplex occurrat in quacunque alia Vigilia, Officium de Missa ordinantur respectivè ut supra §. 2. n. 12. in Occurrentia Festi duplicis 2. Classis, ac Vigiliae &c. Addendum tamen hic, quòd si in Vigiliam incidat Festum semiduplex, tunc in Missis privatis Oratio 2. sit de Vigilia 3. A cunctis, non autem Concede, quae alioqui ( si nempe Officium 9. Lektionum non occurrat ) loco, 3. autem Ecclesia, vel pro Papa in Vigilia dici solet. Colligitur id ex Rubrica Missalis extante ad diem 19. Septembris post Missam eius diei : nam ibi Commemoratio (sola) Vigilia non exigit orationem Concede, sed A cunctis : Idem ibidem alim adhuc clariùs die 20. Septembris habebatur, quando nempe S. Eustachius etiamnum erat Festum semiduplex; nam ( uti videre est in Missalibus paulò antiquioribus ) Oratio 2. tunc in Missa Festi erat de Vigilia. 3. autem A cunctis. Secùs est, si Festum semiduplex celebretur infra aliquam Octavam : tunc enim Oratio 2. est de Octava. 3. Concede, non autem A cunctis. Quid autem porro sit observandum, quando Fe-

stum semiduplex incidit in Vigiliam, vide infra de occurrentia Vigilia.

De Concurrentia Festorum semiduplicium.

1. **I**N Primis seu pridianis Vesperis fit de sequenti Festo semiduplici duntaxat Commemoratio, si pridie illius factum fuerit de quocunque antecedente Festo duplici, aut de quacunque Dominica antecedente, aut de die Octava iridem antecedente : adeoque in omnibus his tribus Casibus I. Vesperae integræ dicuntur de Præcedenti, cum Commemoratione de sequenti.

2. Si Festum semiduplex antecedens in Vesperis concurrat cum alio Festo semiduplici subsequente, tunc dividunt Vesperas, adeoque usque ad Capitulum dicuntur de Præcedente, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione Præcedentis. In Festo tamen S. Thomae Cantuariensis Vesperae eò modò sunt dicendae, quem præscribit ibi Rubrica propria ante ejus Festum.

3. Si dies infra Octavam non privilegiatam, de qua factum fuit Officium, in Vesperis concurrat cum sequenti Festo semiduplici, tunc pariter dividunt Vesperas, dicunturque proin hæc pridie Festi semidupli-





ois tantum usque ad Capitulum de *Præcedente*, nempe de *Octava* (etiam *Ascensionis*) à Capitulo verò de sequente *Festo semiduplici*, cum Commemoratione *Octavæ*.

4. *Festum semiduplex* in primis suis *Vesperis* (sive eæ integræ dicantur de ipso, sive tantum à Capitulo) admittit Commemorationem de sequenti *Festo simplici*, eòdem, quò *Festum semid.* celebratur, die occurrente.

5. Si *Dominica* in 2. suis *Vesperis* concurrat cum sequenti die *infra Octavam*, non excludentem celebrationem *Festi semiduplicis*, & simul cum *Festo semiduplici subsequente*, tunc *Vesperæ* integræ dicuntur de *Dominica*, cum Commemoratione prima de *Festo semidupl.* & postea primum de die *infra Octavam*.

Ad *Vesperas secundas Festi semiduplicis* quòd attinet, si illud concurrat cum sequenti *Festo duplici* 1. vel 2. *Classis*, nihil fit de *Festo semiduplici*, sed integræ dicuntur de sequenti, absque Commemoratione *præcedentis*.

2. Si *Festum semiduplex* in II. *Vesperis* concurrat duntaxat cum *Festo duplici majore*, vel *minore per annum* subsequente, *Vesperæ* integræ dicuntur de sequenti (extra *Octavam Nativitatis Domini*) cum Commemoratione de *Festo semiduplici præcedente*, cui tamen Commemorationi præmittitur Commemoratio

de sequente *Dominica per annum* (si quæ cras simul occurrat) ei autem ponitur Commemoratio de die occurrente *infra Octavam*, & harum utriusque Commemoratio de *Festo simplici*, si quòd cras occurrat. Quomodo autem dicendæ sūt *Vesperæ* primæ & postriediæ *Festi S. Thomæ Cantuariensis*, si illud veniens in *Dominica* transferatur in *Feriam II.* seu *diem 30. Decembr.* habetur in propria Rubrica, ejusdem *Festo* præfixa.

3. Si *Festum semiduplex* in secundis *Vesperis* concurrat cum sequente *Dominica* (seu *majori*, seu *minore per annum*) regulariter dividunt *Vesperas*, dicunturque proinde usque ad Capitulum de *Præcedente*, à Capitulo autem de *sequente*, cum Commemoratione de *Præcedente*. Dixi tamen regulariter; quomodo enim dicendæ sūt *Vesperæ secundæ* in *Festo S. Thomæ Cantuariensis*, quando id non venit in *Dominica*, & dies immediatè illud sequens non est *Sabbatum*, declaratur in propria Rubrica *Dominicæ infra Octavam Nativitatis* immediatè præfixa in *Breviar.*

4. Si *Festum semiduplex* in secundis *Vesperis* concurrat cum alio *Festo semiduplici* subsequente, dividunt *Vesperas*, adeoque usque ad Capitulum dicuntur de *præcedente*, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione *Præcedentis*. Idem est, si *Feria VI.* occurrat.



ur Festum semiduplex, & Sabbatho subsequente fiat de B. V. Ritu semiduplexi, v. g. ab habente privilegium Sabbathis non impeditis Officiis aliis propriis dicendi Officium de Conceptione Immaculata B. V. M. à Sac. Rit. Congregatione approbatum & concessum: nam etiam in tali casu Vesperæ illius Feriæ VI. usque ad Capitulum dicuntur de Festo semiduplexi procedente, & tantum à Capitulo de Officio Sabbathi subsequente, non obstante quòd illud sit de B. V. eò quòd (ut notat Pisanus ad Tit. 8. Rubr. Gener. n. 1.) Officium illius Sabbathi, non sit Festum sed tantummodo aliqua Commemoratio B. M. Hymnus tamen Completorii terminabitur tunc Versu: *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.* Idem est de habente privilegium seu Indultum dicendi Officium & Missam de Venerabil. Sacramento Ferijs quinq; per annum non impeditis Officiis 9. Lectionum, aut aliò exceptò non impeditis.

5. Si Festum semiduplex in secundis Vesperis concurrat cum die infra Octavam, regulariter loquendo pariter dividunt Vesperas, dicunturque hæ proin, nisi aliter notetur, usque ad Capitulum de præcedente, à Capitulo verò de sequente, cum Commemoratione Præcedentis. Dixi autem: regulariter loquendo, & nisi aliter noetur. Ex-

cipitur enim 1. Festum Ss. Joannis & Pauli MM. in quò secundæ Vesperæ integræ dicuntur de Ss. Joanne & Paulo, de die autem infra Octavam S. Joannis Baptista fit in ijs duntaxat Commemoratio, uti habetur in propria Rubrica, non obstante, quòd Festum S. Joannis & Pauli sit tantum Festum semiduplex in Ecclesia universalis.

Excipitur 2. Festum S. Thomæ Cantuariensis, quando id incidit in Feriam VI. tunc enim in secundis Vesperis S. Thomæ Cantuariensis omnia dicuntur, sicut in 2. Vesperis diei Nativitatis Domini (nisi quòd Antiphonæ non duplicentur) & post Orationem currentis Octavæ Nativitatis Domini fit Commemoratio S. Thomæ Cantuariensis: deinde S. Stephani, & aliarum Octavarum, uti in Rubrica extante post Dominicam infra Octavam Nativitatis.

6. Si Festum semiduplex in 2. Vesperis concurrat cum die Octavæ, Vesperæ integræ dicuntur de die Octavæ, de Festo autem semiduplexi fit tantum Commemoratio, nisi die Octavæ, in crastinum subsequente, simul occurrat Festum duplex 1. aut 2. Classis; tunc enim Vesperæ juxta post dicenda integræ dicuntur de Festo ejusmodi 1. vel 2. Classis, de die Octavæ, autem (excepta die Octavæ Epiphania, quæ perinde, ac dies Octavæ Nativitatis Domini, nulli cedit Festo) fit tantum Commemoratio; de Festo verò semiduplexi

præ-



precedente ne quidem sit Commemoratio in casu, in quo in subsequente diem Octavam, admittentem de se alioqui Festum duplex, incidit Festum 1. vel 2. Classis. Quod si in diem Octavam subsequente incidat simul aliqua Dominica ( seu major seu minor ) sit etiam de illa Commemoratio, & quidem ante Commemorationem de Festo semiduplici precedente. Quod si Commemoratio Festi semiduplici precedentis per Festum duplex 1. aut 2. Classis, cras unà cum die Octava occurrens, excludatur, adhuc fieri debet ( post Commemorationem de die Octava ) in hodiernis Vesperis de crastina Dominica Commemoratio.

Quod si Festum semiduplex occurrat in Sabbato ante Dominicam privilegiatam, quæ est simul dies Octava Festi habentis Octavam, tunc in Vesperis illius Sabbati Antiphonæ & Psalmi erunt de Festo semiduplici, Capitulum verò & reliqua de Dominicâ privilegiatâ, post cujus Orationem fiet prima Commemoratio de Festo semiduplici, & postea secunda de die Octava, utpote quæ in toto suo Officio nihil eò annò habet, nisi meram Commemorationem ( ut alibi dictum ) adeoque dari potest casus, ut notat Gav. To. 2. s. 3. c. 8. n. 22. ) in quo dies Octava, quæ est duplex, cedat in concursu Festo semiduplici, quod habuit dimidium Vesperar.

7. Si Festum semiduplex in Vesperis concurrat cum sequenti Festo simplici, Vesperæ integre dicuntur de precedente, cum Commemoratione subsequentis.

8. Si Festum semiduplex in Vesperis concurrat cum B. Maria in Sabbato, Vesperæ pariter integre dicuntur de Festo semiduplici, de Officio autem cras dicendo de S. Maria in Sabbato sit Commemoratio, ut illi, & quidem ante Commemorationem de Festo simplici, si in Sabbato, in quo fit de S. Maria in Sabbato, simul incidat Festum simplex. Tamen tunc in casu, quò Feria VI. precedente occurrit Festum 9. Lectio quod non est 1. Classis, in eius Vesperis fiat de S. Maria in Sabbato, tunc taxat Commemoratio, adhuc tamen Hymnus Completorii ( nomen Hymnus Completorii illarum Vesperarum, etiam in casu, quò fuerit ejusdem meriti cum Hymno Completorii ) terminandus est per Clautulam: JESU tibi gratias, qui natus es &c.

Pari modo ( ut ex Gav. To. 2. s. 5. c. 6. n. 15. etiam alibi annotavimus ) in Officio semiduplici de B. V. quod à Regularibus observatur ex Privilegio sit per annum in Sabbato, v. g. de Conceptione, Immacul. B. M. V. juxta Formam à Sac. Rit. Congregatione approbatam, si in primis Vesperis non dicatur saltem Capitulum de B. V. God in



fiat solum Commemoratio de illius, tunc quidem in Hymno Completorij dicitur in fine : *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.* non item in Hymno Vesperarum, esto sit ejusdem metri cum Hymno Completorij, ubi gratia in casu, quò integræ Vesperæ pridie ejusmodi Officij dictæ fuerunt de Festo duplici occurrentis, at verò de B. V. in ijs facta fuerit eadem Commemoratio : nam tuac per Verba : *JESU tibi sit &c.* terminatur eodem Hymnus Completorij, non tamen Hymn. illarum *primar. Vesperarum* : si sit ejusdem metri cum Hymno Completorij. Si autem in *secundis Vesperis* ejusmodi Officij fiat de B. V. etiam solummodo Commemoratio ( ob subsequens v. g. Festum duplex ) Hymni omnes usque ad *Completorium* inclusivè concludendi sunt per Verba : *JESU tibi sit gloria &c.* etiam Hymnus illarum *II. Vesperarum*, si sit ejusdem metri cum Hymno Completorij. Quòd si demum in *primis Vesperis* saltem Capitulum dicatur de B. V. tunc non modo Hymnus Completorij, sed etiam illarum Vesperarum ( si sit ejusdem metri cum Hymno Completorij ) terminatur per verba : *JESU tibi sit gloria &c.* uti Teste Gav. loc. cit. habetur in Libello Officiorum PP. Discalceatorum, à Sac. Rit. Congregation. approbatò, & Romæ impreso. Si verò nulla fiat in Vesperis Commemoratio de B.

V. ( uti contingit in casu, quò v. g. postridie Visitationis, aut Præsentationis B. V. occurrit duplex 1. *Classis* ) nec etiam de currente aliqua ejus *Octava*, tunc nec in Completorio, nec etiam in Vesperis variatur finis Hymni. Atque hæc eadem servanda sunt quoque juxta Gavantum loc. cit. & Arnaud Tr. 2. P. 1. Tit. 15. in Officio *semiduplici* de *SS. Sacramento* in Ferijs quintis ( nullò Festò 9. Lectionum, seu *occurrente*, seu *translatò*, nec etiam aliter impeditis ) à quibusdam Regularibus, aut etiam alijs per Sedis Apostolicæ *Privilegium*, aut *Indultum* recitari solito. Addidi autem paulò antè : *nec etiam de currente aliqua ejus Octava*; nam ( uti Gav. l. 5. c. 6. cit. n. 14. observat ) Conclusio Hymnorum semper fit vel ratione *Temporis*, vel ratione *Octava*, quamvis in Officio nulla fiat de *Tempore*, vel de *Octava* Commemoratio, ea ratione, quà dicitur in Missa Præfatio de *Tempore*, aut de *Octava* in Festo, quod propriam Præfationem non habet, etiam tunc, quando in Missa non fit Commemoratio de *Octava non privilegiata* : pari ergo ratione si infra *Octavam* B. V. fiat de aliquo Festo sine Commemoratione illius *Octava*, adhuc Hymni illius alterius Festi terminandi erunt per Verba : *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.*

In Laudibus & Missa admittitur.

¶ Pars III. ¶

¶ U ¶

351





tit *Festum semiduplex* Commemorationem de die *infra Octavam non privilegiam* occurrente, item de *quacunque Feria majore*, præterea de *Vigilia*, ac denique de *Festo simplici*, si die, quò fit de *Festo semiduplex*, occurrat, uti constat ex *suprà dictis* de Oc-

currentia *Festorum semiduplex* in hujusmodi diebus: observanda tamen simul erunt ea respectivè, quæ quoad *Missas Conventuales* præscribit *Rubrica General.* 3. *Missæ* 1. & 2.

## §. VI.

### De Occurrentia, & Concurrentia tum dierum infra Octavam, tum etiam ipsarum dierum Octavarum.

**Q**uid sit observandum, & quomodo ordinandum sit *Officium*, & *Missæ*, si eodem die, quò occurrit *dies infra Octavam*, aut ipsa *dies Octava*, occurrat simul quocunque *Festum*, seu *novem*, seu *trium Lctionum*, aut *dies Octava*, vel *dies infra Octavam* alterius *Festi*, vel denique *Feria major*, vel *Vigilia*, non modò fusè & accuratè declaratum invenies, *suprà Tit. 4. De Octavis Festorum*, sed etiam ex *dictis*, & *dicendis* hoc *Titulo* facile licebit colligere.

Idem est de *Concurrentia tum dierum infra Octavam*, quam etiam ipsarum dierum *Octavarum* 1. & 2. *Vesperis* cum *Officiis dierum*, ac *Festorum*; quæ *patet* *titulò eòdem* *facis* *superque* *explicata* *reperies*; sed & ex *ijs*, quæ *hòc* *titulò* *Paragraphis* *quinque* *præcedentibus* *hucusque* *dicta* *sunt*, ac *però* *in* *quatuor* *mox* *sequentibus* *dicentur*, ut *cunq*ue *sufficiens* *colligi* *poterunt*. Sic *igitur*





§. VII.

De Occurrentia, & Concurrentia  
Dominicarum.

**D**OMINICÆ Dividuntur I. in *Vacantes*, & *Non-vacantes*. *Vacantes* dicuntur, de quibus nihil omnino fit in *Officio currentis diei*, uti contingit, quando *Festum Nativitatis*, aut *Circumcisionis*, aut *Epiphania Domini*, vel *Festa*, aut *Octava Ss. Stephani*, vel *Joannis Apost.* aut *cententium MM.* vel denique *Vigilia Epiphaniae* in *Dominicam* cadunt: tunc enim, quia nihil fit in *Officio* cuiusmodi *Feflor.* vel *dierum de Dominica*, in qua occurrunt, ne quidem *Commemoratio*, ideo *Dominica* eò *vacare*, seu *Dominica Vacans* dicitur. *Non-vacantes* dicuntur, quae vel totum *Officium*, vel saltem *Commemorationem*, & *Lectioem Evangelij*, de suo *Officio* habent. Dividuntur 2. in *vagas*, & *fixas*. *Vagas* dicuntur, quae nec certum cum *Introitum*, nec certum *Introitum*, nec alia determinare necessaria (puta *Commemorationem*) in *Missâ* habent: tales sunt tantum *tertia*, *quarta*, *quinta*, & *sexta* post *Epiphaniam*, utpote quae subinde post *Epiphaniam*, aliquando autem longè post *Pentecosten*, celebrantur, habentque alium *Introitum*, aliud *Offertorium*, & aliam *Commemorationem* si celebrentur, seu suppleantur post *Pentecosten*, quam habeant, si celebrentur post *Epiphaniam*: ad quod dum haud pauci non attendunt, sed eò equidem errant. Reliquae verò omnes ob *Rationem* contrariam *Dominicae fixae* dicuntur, nisi prioribus addere velis etiam *Dominicam 23.* post *Pentecosten*; eò quòd & ipsa proprium in *die Dominica* aliquando locum non habeat; id quod contingit tunc, quando post *Pentecosten* usque ad *Adventum* numerantur non nisi 23. *Dominicae*: tunc enim, quia ultima illarum *Dominicarum*, quae sunt post *Pentecosten* usque ad *Adventum*, semper debet esse juxta *Rubric. Tit. de Dominicis* illa *Dominica*, quae in ordine est *XXIV.* ideo *Offic. Dominicae XXIV.* ponitur tunc loco *Dominicae XXIII.* *Officium* autem *Dominicae XXIII.* tunc ponitur in *Sabbato*, *Dominicam* illam ultimam post *Pentecosten* immediate praecedente, dummodo id non sit impeditum *Festo 9. Lctionum*, alioquin

¶ U 2 ¶



in alia præcedenti die similiter non impedita, Sabbato tamen illi proximè vicina, in qua fieri debet Officium de *Feria currente*, ut in Psalterio, cum *Commemoratione Festi simplicis*, si quod occurrat. Lectiones autem tres legi tunc debent de Homilia Dominicæ XXIII. post Pentec. omisissis, aut translatis (si sint Initium aliquod) tunc Lectionib. de Script. illius Feriæ, uti & omisissæ Lectione *Festi simplicis*, si quod occurrat habens propriam Lectionem. Dicuntur tamen Responsorialia illius Feriæ, & Sabbatò quidem dicitur Responsorium septimum Dominicæ præcedentis primò locò, nempe: *Laudabilis Populus*; secundò verò, & tertio locò Responsorium 2. & 3. Feriæ II. nimirum: *Angustia mihi &c.* &: *Misit Dominus &c.* Laudes pariter dicuntur tunc de *Feria currente*, attamen cum Antiphona ad *Benedictus*, Versu, & Oratione de Dominica XXIII. post Pentecosten, de qua Dominica etiam dicitur Missa, sed Ritu feriali, idest, sine *Glor.* & *Cred.* ac cum *Benedicamus* in fine. In Officio quoque ad *Laudes* fit tunc Commemoratio de Cruce, cum Consuetis Suffragijs. Quòd si verò tota illa Hebdomada sit impedita *Festis 9. Lectionum*, seu *occurentibus*, seu etiam *translatis*, vel aliqua *Octava*, tunc in Sabbato præcedente Dominicam ultimam post Pentecosten legenda est in Officio illo 9.

Lectionum nona Lectio de Homilia Dominicæ XXIII. post Pentec. de eadem Dominica faciendæ Commemoratio in *Laudibus tantum*, & *Missa currentis Festi*, vel *Octave*, cum Antiphonâ, Versu, & Oratione propria Dominicæ illi XXIII. Cujus etiam Evangelium legendum tunc est in fine *Missa*, ut supra P. I. suo locò dictum. Simili modo procedendum est, si aliqua ex præ dictis quatuor Dominicis (nempe vel *tertia*, vel *quarta*, vel *quinta*, vel *sexta* post Epiphaniam) aliquando supersit, & illa tunc poni possit ante *Septuagesimam* (eò quòd Tempus, inter Epiphaniam, & *Septuagesimam* interjacens, non in illò annò sex Hebdomadarum, que etiam poni possit post Pentecosten; eò quòd Dominicæ post Pentecosten ulque ad Adventum non sunt superstitæ ut ponendis omnibus ijs, quæ post Epiphaniam supersuerunt, supersit locus: tunc etiam pariter Officium de *ejusmodi Dominica exclusa* (Ritu tamen, ut dictum, solum *simplici*, ac *feriali*) fit ubi in Sabbatò ante Dominicam *Septuagesimæ*; non impeditò *Festis 9. Lectionum*, alioquin in alia Sabbatum illud omnium proximè præcedenti *Feriâ*, aut *Festo simplici*, in quo aut quo Officium tunc fieri debet de *Feria currente*, ut in Psalterio, & in fine Nocturni illius ferialis legendæ sunt 3. Lectiones de Heptagiu.



milis *Dominicae exclusae*, attamen cum Responsorij de Feria occurrente, & in Sabbato sumendis ex Feria IV. ut supra, nisi tria prima Responsorija *Dominicae* praecedentis nondum fiat illò annò recitata, adeoque locò Responsoriorum Feriæ currentis in tali Officio sint ponenda juxta Rubricam novam 27. Brev. de Responsorij 7. In *Laudibus* autem (de reliquo pariter recitandis de Feria currente) tunc dicuntur Antiphona ad *Invocatus*, Versus, & Oratio de eadem *Dominica*, cum Commemoratione *Festi simplicis*, si quod occurrat, & alijs, ut supra, ac suò locò: *Missæ* verò dicitur de ipsa *Dominica exclusae* à sua propria Sede, sed sine Gloria, & *Credo*, cum Commemoratione *simplicis* occurrentis, & cum *Invocatus*, ac Evangel. S. Joannis in fine. *Col. Vir.* Quòd si non modo Sabbatum, sed tota illa Hebdomada sit impedita Officij 9. Lectio-num, seu *occurentibus*, seu etiam *vacillatis* (esto inter *occurentia* sit etiam aliquod tantum *ad libitum*) tunc Sabbatò ultimò ante *Dominicam* Septuagesimæ legi saltem debet in Officio *Festivo* illius diei Sabbatini una Lectio de *Homilia Dominica* à sua Sede exclusæ, & fieri *ejusdem* etiam in casu, quo tali Sabbato occurrat Festum duplex 1. Classis ) Commemoratio in *Laudibus*, ac *Missæ* tantum, & in hujus fine dici ultimum de eadem *Dominica* in *Missæ*

]] U 3 ]]

sa Festiva Evangelium; pro Commemoratione autem in *Laudibus* sumi Antiphona, Versus, & Oratio ex eadem *Dominica*. Dicitur etiam debet in *Missæ* ( siquidem illa una cum Officio fiat Ritu feriali de *Dominica* à sua sede exclusâ ) penultimò locò Oratio *Fidelium*, si ea nondum est dicta ratione mensis, adeoque ante Commemorationem de *Festo simplici*, si quod occurrat, & dicuntur non nisi 3. Orationes. Quòd si Feriâ illâ, quâ celebratur Ritu prædicto feriali *Dominica exclusae*, quis dicat *Missam* *Votivam*, in fine hujus non est legendum Evangelium *Dominicæ* ( esto fieri debeat de ea Commemoratio ) in fine *Missæ* *Votivæ*, sed Evangel. S. Joannis. Quid sit observandum circa Responsorija nondum primo posita, quando sit de hujusmodi *Dominica vaga* in *Sabbato*, aut Feria proximè antecedente *Dominicam* Septuagesimæ, insinuatum est supra, & dicitur infra suò locò &c. Cæterum rectè hîc Arnaudus notat 1. Si Sabbatum, *Dominicam* Septuagesimæ proximè antecedens, non sit impeditum Festò 9. Lectio-num, necessariò in illo, non autem pro libitu in aliqua alia Feria anteriore similiter non impeditâ, faciendum esse de ejusmodi *Dominica exclusae*. Norat Idem

2. Neque *simplex Officium B. V. M.* in *Sabbato*, neque *Festum simplex* in eodem, aut Feriâ aliâ an

56.



teriore occurrens, impedire, quò minus in *Sabbatò*, aut ( si *Sabbatum* Officiò 9. *Lectio*num sit impeditum ) in ejusmodi *Feria anteriore* fiat modò supra dictò Officium de ejusmodi *Dominicà anticipatà*, seu *exclusà*; eòquòd juxta Rubric. solùm Officium 9. *Lectio*num, non autem trium *Lectio*num sit impedimento. Quòd si autem *Sabbatum* Festò 9. *Lectio*num sit impeditum, curandum esse, ut, quoad fieri potest, fiat de *Dominicà* Officium modò prædictò in *Feria* ad *Sabbatum* illud omnium proximè intra illam *Hebdomadam* accedente. Quid agendum in casu, quò *Festum ad libitum* ( v. g. *S. Canutus* ) incidit in *Dominicam* vagam, constat ex dictis *P. I. à fol. 31.*

Ad *Dominicas fixas* quòd atinet, etiàm illarum aliquæ quandoque anticipato celebrantur, aut more alio, quàm aliàs solitò. Nam

r. Si *Dominica prima* post *Epiphaniam*, quæ alioquin est infra hujus *Octavam*, fuerit ab *Octava die Epiphaniæ* impedita ( uti contingit, quando *Festum Epiphaniæ* incidit in *Dominicam* ) celebranda illa est in *Sabbato* *Dominicam* illam præcedente; vel si hoc fuerit impeditum per *Festum Patroni*, aut *Titularis*, aut *Dedicationis Ecclesiæ*, tunc facienda de illa *Commemoratio* in *Officio* & *Missà* *Festi*, nec non de ea-

dem in *Officio* dicenda 9. *Lectio* & ultimum *Evangelium* in *Missà*, ut suò locò dictum.

z. Quia de *Dominica II. post Epiphaniam* temper fieri debet *Officium* ante *Septuagesimam*, ubi si *Septuagesima* venerit, ut fieri potest, in *prima Dominica* post *Octavam Epiphaniæ*, tunc in *primò Sabbato* post *Octavam* non impedito Festò 9. *Lectio*num, vel hic impediatur Festò aliquò 9. *Lectio*num de *præcepto*, non autem *ad libitum*, tunc *primà die* post *Octavam*, *Festo duplici* non impeditò, *Officium* dici debet de dicta *Dominica II. post Epiphaniam*, *intermen seriali*, ac *P. I. Tit 4. à fol. 11. à fol. II. à fol. 32.* nec non in *Rubricà* *Dominicæ I. post Epiphaniam* *fixà*, descripto: *Festum* vero *simplex die illà primà* post *Octavam Epiphaniæ* alioquin celebrari solent transferri tunc debet in *aliam primam diem* similiter, non impeditam intra illam *Hebdomadam*. Quòd si autem non modò *Sabbatum* Festò aliquò 9. *Lectio*num de *præcepto* ( idest, non merè *ad libitum* talis ) foret impeditum, sed reliqui quædam dies omnes post *Octavam Epiphaniæ* *Hebdomade* illà occurrentes essent impediti *Festi duplices*, tunc in *Sabbatò* prædictò fieri debet *Commemoratio* illius *Dominicæ* post *Epiphaniam* in *Laudibus*, & *Missà* cum 9. de eadem *Lectio*ne in *Officio*



scio, & ultimo Evangelio in Missa, ut suò locò.

3. Si *Dominica infra Octavam* *Trinitatis* alicubi per Festa duplicia occurrentia impediatur eo die, quò Universalis Ecclesia illam celebrat, tunc faciendà est de illa eo die Commemoratio in Officio & Missa, cum una de eadem in illo Lectione, & aliquid in hac Evangelio, ut rursum suò locò suprà declararum.

Dividuntur *Dominicæ* 3. in *solennes*, seu *privilegiatas*, & in *Communes*, seu *Non-privilegiatas*; vel ( ut alij appellat ) in *Majores*, & in *Minores*, sive in *Dominicis per annum*. *Dominicæ Privilegiatæ*, seu *majores* sunt, quæ vel nulli, vel nonnisi Festo duplici 1. Classis cedunt: *Dominicæ Non-Privilegiatæ*, seu *minores*, aut *Dominica per annum* dicuntur, quæ curvis Festo duplici, non autem *semiduplici*, nisi *Vigilia Epiphania*, cedunt, ut ibi. Quando autem in hujusmodi *minoribus Dominicis per annum* fit Officium duplex, semper in Officio dicitur de *Dominica* ( nisi sit una de *Vacantibus* ) 9. Lectio, & ultimum Evangelium in Missa Festi occurrentis; heri item de eadem *Dominica* Commemoratio tam in Missa, quam in Officio, nisi quoad secundas *Vesperas* obiter alicubi, aut aliquando concurrat cum sequenti Festo duplici 1. aut 2. Classis; siquidem in utriusque horum *primis Vesperis* non fit Commemoratio de *Dominica minore*

præcedente, sed tantum de *Dominica majore*, 1. aut 2. Classis. Eadem *Dominica minores*, si de ijs fit Officium, admittunt etiam Commemorationem de die occurrente infra aliquam *Octavam*, item de Festo simplici, de quo etiam dicitur 9. Lectio ( si propriam habet ) in Officio talis *Dominica minoris*.

*Dominicæ Privilegiatæ*, seu *Majores* subdividuntur in duas Classes, nempe in *Dominicas majores* 1. & in *Dominicas majores* 2. Classis. *Dominicæ majores* 1. Classis sunt sequentes 8. jam suprà enumeratæ, nempe *Dominica I. Adventus*: *Dominica I. Quadragesima*: *Dominica Passionis*: *Dominica Palmarum*: *Dominica Pascha*: *Dominica in Albis*: *Dominica Pentecostes*, & denique *Dominica Ss. Trinitatis*, non quatenus est *prima Dominica post Pentecosten* ( cum quæ talis in 2. Vesperis concurrens cum sequenti Festo duplici solemnè 1. vel 2. Classis amittat jus ad faciendam de se Commemorationem ) sed quatenus est ipsum *Festum Trinitatis in Dominicam cadens*, & ob hunc posteriorem respectum Privilegium *Domicarum* 1. Classis participans, vi cujus omnis alterius Festi celebrationem à se excludit, ut pluribus *Tom. 2. s. 6. c. 19. n. 2.* declarat Gavantus, ubi ait: *Festum Ss. Trinitatis interdum Dominicam* ( quia in *Dominica* semper occurrit ) interdum verò absolute *Festum* vocari *Ss. Trinitatis*:



tis : cum ergo ( ut observat Lohnerus ) ex Speciali Privilegio particeps cum Dominicis 1. Classis in hoc, quod nulli alteri Festo cedat; ex altera vero parte in *Laudibus*, & *Missa* privatis Commemorationem Festi simplicis admittat, si quod in ea occurrat ( eò quod Festum SS. Trinitatis in eadem Dominica occurrens habeat in Ecclesia universalis non nisi *Ritum duplicem* 2. Classis ) ideo merito ob diversum hunc respectum idem Festum inter *Dominicas* 1. Classis, & simul inter *Festa duplicia* 2. Classis ponitur : ob quam causam fortè ( inquit idem Lohnerus ) tum in *Rubricis*, tum in *Officio* de SS. Trinitate, quatenus est Dominica propriè dicta, de qua sit Commemoratio, non vocatur *Dominica Trinitatis*, sed *Dominica prima post Pentecosten*, ut indicetur, distinctionem esse inter *Dominicam Trinitatis*, & inter *Dominicam primam post Pentecosten*, quæ talem. Cæterùm

Vocantur hæ *Dominicæ*, *Dominica majores* 1. Classis; quia ipsæ, earumque *Officia*, ita sunt privilegiata, ut nunquam omittantur propriò suo die, sed ipsis occurrentibus cedere debeat quodcunque *Festum*, & *Officium* aliud novem *Lectionum* atque ad eò in aliam diem non impediri hoc transferri : imò quibusdam illarum, nempe *Dominica* 1. *Adventus* : *Dominica* 1. *Quadragesima* cum *prævia Feria*, 1<sup>o</sup>. *Cinerum* :

*Dominica* *Palmarum* cum *tota* *majori* *Hebdomada* : *Dominica* *Resurrectionis* cum *duobus* *sequentibus* *diebus* : & denique *Dominica* *Pentecostes*, eisdem cum *duobus* *diebus* *immediate* *sequentibus*, illud quoque competit privilegij, ut in illis ne ibi quidem ubi est *Titulus Ecclesiæ*, vel *congregatio Populi ad celebrandum Festum*, esse transferri debet, cantari possit hæc *Missa*, una de *die*, altera de *die* per modum *vorivæ solennis* juxta *rubricam*. *General.* VI. *Missalis* recepti, id ipsum extendentem etiam ad *diem* *Nativitatis Domini*, *Epiphaniæ*, *Ascensionis*, & *Festum Corporis Christi*, nisi fortè alicubi ( ut in *Eccl. S. Laurentiana* ) pro aliquibus *diuturnis* *Dominicarum*, seu *dierum* *specialium* habeatur *Privilegium*, aut *Permissio* *Sac. Sed. Apostolica*.

*Dominica majores* 2. Classis sunt 9. sequentes, pariter jam supra enumeratæ, nempe : *secunda* : *tertia* : & *quarta* *Adventus*; dein *quinta* *Septuagesima* : *Dominica* *Sexagesima*, & *Dominica* *Quinquagesima* : & denique *Dominica* II. III. & IV. *Quadragesima*.

Dicuntur hæ *Dominicæ*, *Dominica majores* 2. Classis : quia hoc in *Occursu* excludant *Festa duplicia* 2. Classis, & his inferiora, non rariò perinde, ac priores, excludunt omnino *Festum* in ipsis occurrentibus, quò minus celebrari in illis *Dominica* possit ; cedunt enim *Festis*



Classis 1. Patrono proprio loci 2. Titulari Ecclesie. 3. Commemoratio de Festo simplici. 4. Commemoratio Ecclesie propria, ita tamen, ut semper de occurrente hujusmodi Dominica fieri Commemoratio in utroque Vesperis, Laudibus, ac Missa ejusmodi Festi 1. Classis debeat, necnon de eadem Dominica 9. Lectio in Officio, ac ultimam Evang. in Missa. Festa autem quæcunque alia novem Lectionum (nam duplicia 2. Classis) in Dominicis majoribus 2. Classis occurrentia, etiam si hæc Dominicæ excludunt, neque transferri ea debent in diem eam proximam, ut supra, non impeditam: unde saltem hoc Titulo Nomen Privilegiatarum merentur. Dixi autem: Festa alia 9. Lectionum: nam loquendo de Festis majoribus non modò Dominica majoribus 2. Classis, sed etiam pleræque Dominica majores 1. Classis admittunt Commemorationem de Festo simplici in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa, si quod in ipsis occurrat. Excipitur 1. Dominica Palmarum, in cujus Missa non fit Commemoratio de Festo simplici occurrente, esto de eo facta, ne fieri omnino debuerit in ejus Officio, nempe in 1. Vesperis, ac Laudibus illius Dominicæ, ut notat Amadeus Tract. 1. P. 1. Tit. 7. n. 1. Excipitur 2. Dominica Pasche, & Pentecostes, cum duobus primis septentibus diebus, in quibus nec in Officio, nec in Missa fit aliqua

Commemoratio de Festo simplici. Omnes Dominicæ hætenus enumeratæ etiam majores (exceptis Dominicâ Resurrectionis, & Dominicâ Pentecostes, ac Dominicâ in Albis, quæ habent Ritum duplicem; exceptis item ijs Dominicis, quæ quandoque ob causam supra indicatam anticipantur, habentque Ritum duntaxat simplicem, nihilque de primis, ac secundis Vesperis) celebrantur, quando in iisdem Festum, cui cedunt, non occurrit, sub Ritum semiduplici, ita tamen, ut in Occursu alijs Festis ac Officijs semiduplicibus præferantur, exceptâ Vigiliâ Epiphania, quæ licet habeat Ritum tantum semiduplicem, si tamen in Dominica occurrat, & non simul incidat Festum duplex, fit Officium ac Missa, de Vigilia, nihilque de Dominica, utpote vacante: dicitur tunc tamen non modò Gloria in excelsis, sed etiam ratione Dominicæ Credo in Missa illius Vigilia. Si Dominica concurrat cum sequenti die infra Octavam, admittentem celebrationem Festi semiduplicis, & simul cum Festo semiduplici, subsequente, Vesperæ integræ dicuntur juxta dicta Tit. de Occurrentia & Concurrentia dierum infra Octavam, necnon Festorum semidupl: integræ de Dominica, cum Commemoratione Festi semiduplicis, & postea etiam diei infra Octavam. Quid porro præter hætenus dicta sit observandum tam circa

[[ Pars III. ]]

[[ X ]]

06-



Occurrentias, quàm Concurrentias Dominicarum ( seu majores, seu minores illæ sint ) pariter constat tum ex dictis præcedentibus §. §. de Occurrentia & Concurrentia Festorum in

utriusque generis Dominicis : atque etiam annorum suis locis tum P. I. & II. tum etiam Parte hac III. hujus Ephemerologiæ reperire.

## §. VIII.

### De Occurrentia, & Concurrentia Festorum simplicium.

**F**ESTA SIMPLICIA ( ità dicta, quòd *simplici*, seu *minus solenni Ritu* celebrentur ) alio nomine etiam *Festa trium Lectionum* vocantur, quòd *unum tantum Nocturnum*, & *tres duntaxat* in suo Officio habeant *Lectiones*, quarum prima tantum est de *Sacra Scriptura*, si Sanctus secundam & tertiam propriam habeat; si autem is unam tantum habuerit ( vel *propriam*, vel ex *Communi Sanctorum assignatam* ) tum *prima Lectio* & *secunda* erit de *Scriptura*, *tertia* de *Sancto*. Fit autem Officium, & *Missa de Festo simplici* eò die, quòd cadit, nisi eodem die occurrat fieri Officium 9. Lectionum, vel de *S. Maria in Sabbato*, vel de *Feria majore*, aut de *Vigilia*; quandoquidem *Festum simplex* his omnibus cedit, non tamen propterea transfertur, sed vel totum omittitur, si die illo occurrat *Festum duplex* 1. *Classis*, vel, si tale non oc-

currat, fit de ipso saltem *Commemoratio*, ut infra. Modus vero, quòd fit de illo, ex supra dictis per Decursum est iste: ad *Matutinum* dictis *Invitatorio*, & *Hymno de Festo* ut in *Communi Sanctorum*, dicitur *Nocturnum Feriæ* occurrentis cum *Antiphonis*, & 12. *Psalmis*, ut in *Psalterio*: ijs subjungitur *Verba de Festo*, ut in qualibet *Feria notatur*, desumptus ex eo *Nocturnum*, quòd in *Communi Sanctorum Feriæ* currenti correspondet: Idem est de *Abolutione*, quæ, si *Festum simplex* incidat in *Feriam II. aut V. est: Exaudi Domine &c.* si in *Feriam III. aut VI. tunc: Ipsius pietas &c.* si *decidat* in *Feriam IV. est: A Vinculis &c.* *Benedictio* autem 1. semper est: *Deus le nos benedicat &c.* 2. *Cujus*, vel *quorum*, vel *quarum Festum* *Colimus &c.* 3. *Ad Societatem &c.* Postea dicuntur 3. *Lectiones*, ut supra, una scilicet vel duæ de *Scripturæ* occurrunt.



de *Sancto*, aut *Sanctis*, de quo, aut quibus fit Officium: *Responsoria*, quæ dicuntur post 1. & 2. *Lectionem*, sumuntur regulariter ( nisi scilicet aliud assignetur ) de Communi Sanctorum, secundum *Ferias*, id est, *Feriã II.* & *V.* ex *I.* Nocturno de *Commun. Sanctor.* addendo in fine secundi *Responsorij Gloria Patri &c.* cum *Repetitione Partis Responsorij.* *Feriã III.* & *VI.* ex *II.* Nocturno, itidem addendo in fine secundi *Responsorij Gloria Patri*, cum *Repetitione partis Responsorij.* *Feriã* denique *IV.* ex *III.* Nocturno, ut ibi. Post tertiam *Lectionem* dicitur *Te DEUM Laudamus.* Ad *Laudes* & per *Horas* omnia dicuntur de *Festõ* eò omnino modo, quò in *sem. duplicibus* illius *Temporis* usque ad *Nonam* inclusive, quâ terminatur *Officium Fests simplicis*, eò die *occurentis.* In *Missã* dicuntur *Glor.* sine *Cred.* orationes verò tres, vel quinque, vel septem, aut etiam plures, dummodo impares, eas tamen prius, seu ante alias, ac necessario dices, quæ in *Rubricis* pro *Qualitate Temporis Occurrentis* assignantur pro *Oratione 2.* vel *3.* *Præf.* pariter dicitur de *Temp. curr.* Præterea, si *Festum simplex* occurrat *primã die Mensis*, *Octidii* 9. *Lectionum* extra *Adventum*, *Quadragesimam*, & *Tempus Paschale* non impeditur, aut *Ferrii II.* similiter non impeditur extra *Quadragesimam*, ac *Tempus Paschale*,

tunc observanda sunt ea tum in *Ecclésijs Cathedralib;* & *Collegiatis*, tum etiam in alijs quoad *Missas* tam *Conventuales*, quàm etiam *privatas*, quæ præscribit *Rubr. Missal. V. n. 1.* & *2.* nominatim circa dicendam *Orationem Fidelium*, de quibus Nos quoque, quantum satis est, alibi.

His præmissis, ad *Occurrentiam Festorum simplicium* quod attinet, constat ex paulò autè, ac suprà dictis

1. Si *Festum simplex* incidat in diem, quò occurrit fieri de *Festo duplici 1. Classis*, nec in *Officio*, nec in *Missã* fieri aliquid de *simplici*, ne quidem aliquam *Commemorationem* ( exceptã solã *S. Anastasiã Martyr:* de qua in *Festo 1. Classis* *Nativitatis Domini* fit *Commemoratio*, attamen in sola secunda illius *Missã* ) & quoniam *Festum simplex* non transfertur, ideo etiam deinceps, seu die alio, nil ampliùs fit de illo per *Rubr. Gen. X. Breviar. n. 8.* Unde etiam si alicubi celebretur *Festum Patroni principalis*, aut *Titularis Ecclesiæ*, & ille in *Kalendario Romano* cum alio aut alijs *Sanctis* sit descriptus tanquam *Festum simplex*, in ea tamen *Ecclesiã* sic tantum de *Patrono*, vel *Titulari*, absque *Commemoratione Socij*, vel *Sociorum*; eò quòd solus *Patronus* ( idem est de *Titulari Ecclesiã* ) sit *duplex 1. Classis*, non item eius *Socius*, vel *Socij*, ut ponitur, sed hi retineant *Ritum simplicem*, &

¶ X 2 ¶ quia



quia *simplex* non transfertur, etiam deinceps nil ampliùs fit ibi de Socio, vel Socijs.

2. Si *Festum simplex* incidat in diem, quò occurrit fieri de Festo *duplici* 2. *Classis*, fit de illo Commemoratio in *Laudibus*, & *Missis privatis* tantùm: legitur tamen de illo in tali Festo etiam *nona Lectio*, si propriam habeat (faciendo ex duabus unam, si duas habeat) in *Officio*, dummodo non occurrat simul *Dominica*, aut *Vigilia*, vel aliqua *Feria major* proprium habens *Evangelium*; tunc enim 9. *Lectio* in *Officio*, & ultimum *Evangelium* in *Missis* dicuntur de *Dominica*, aut de *Vigilia*, aut de *Feria* ejusmodi *occurren*te, de Festo autem *simplici* simul *occurren*te fit tunc solummodo *Commemoratio*, & quidem post *Commemoratio* nem de *Dominica*, aut *Feria major*e, vel *Vigilia*, attamen in *Laudibus*, ut dixi, ac *Missis privatis* tantùm talis Festi.

3. Si *Festum simplex* occurrat eodem die, quò simul occurrit *duplex majus*, aut *minus*, aut *Festum semiduplex*, aut *dies infra Octavam*, vel ipsa *dies Octava*, fit de eo in *Officio*, & *Missis* *Commemoratio*, ut supra §. 3. 4. 5. & 6. ubi de ejusmodi *Festorum*, & *dierum* in *Festis simplicibus* *Occurrentiâ* singillatim tractavimus.

4. Si *Festum simplex* occurrat in *Dominica* (seu *major*e, seu *minor*e) & fiat de eâ *Officium*, fit re-

gulariter de *occurren*te Festo *simplici* *Commemoratio* in I. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missis* *Dominicæ*, ut supra dictum. Dixi autem: *regiar*er; Nam *Excipitur* I. *Dominica* *Palmarum*, in cujus *Missis*, ut ibidem diximus, non fit *Commemoratio* de Festo *simplici*, in illa *Dominica* *occurren*te, quantumvis facta sit in eod. jusdem *Vesperis*, ac *Laudibus*. *Excipitur* 2. *Dominica* *Paschæ*, & *Pentecostes* cum duabus sequentibus diebus, in quibus nec in toto *Officio*, nec in *Missis* fit *Commemoratio* de Festo *simplici*.

5. Si *Festum simplex* occurrat eo die, quò fit de *S. Maria* *Sabbato*, fit de Festo *simplici* *Commemoratio* in pridianis *Vesperis* (nisi illæ fuerint de Festo *duplici* 1. *Classis*) nec non in *Laudibus*, ac *Missis* *MARIÆ* in *Sabbato*, sine *Lectio*ne de illo *simplici*, etiam si propriam alioquin habeat. Quòd si præter illius *Sabbati*, quò fit de *S. Maria* in *Sabbato*, factum fuerit de Festo *duplici* 1. *Classis* *Octonium*, tunc in pridianis *Vesperis* *Commemoratio* de *S. Maria* pro *Officio* sequentis *Sabbati* facta da est ante *Festum simplex* in *Sabbato* *occurren*s, nisi pridianæ illæ *Vesperæ* fuerint de Festo *duplici* 1. *Classis*; nam quia *Festum duplex* 1. *Classis* etiam in II. *Vesperis* excludit omnem *Officij simplicis* *Commemoratio* nem, ideo tunc nec *S. Maria* in *Sabbato*, nec *Festi* alterius *simplicis* in



pridianis illis Vesperis facienda est  
 et Commemoratio. Quòd si oc-  
 currentes Festum simplex habeat pro-  
 priam Lectionem ( seu unam, seu  
 duplicem ) omittitur illa juxta pau-  
 lo antè dicta, eò annò, quò occur-  
 rit in tali Sabbato. Quòd si duo  
 festa simplicia occurrant eodem die,  
 quò sit de S. Maria in Sabbato ( uti  
 contingit quandoque die 1. Septem-  
 bris, vel die 7. Octobris incidente  
 in Sabbatum ) sit de utroque tam in  
 Officio, quàm in Missa S. MARIAE in  
 Sabbato, prædictò modò Commem-  
 oratio. Quòd si in Missa de B.  
 MARIA in Sabb. ratione Mensis di-  
 cenda sit Oratio Fidelium, tunc si si-  
 mul occurrat Festum simplex, & qui-  
 dem unum tantùm, secunda Oratio  
 erit Fidelium. 3. de simplicibus, nisi for-  
 sit libeat plures dicere Orationes  
 ( modò impari numero ) quàm tres;  
 tunc enim secunda Oratio erit de  
 simplicibus, penultima verò Fidelium.  
 Quòd si in Missa de B. M. in Sabbato  
 dicenda sit ratione Mensis Oratio  
 Fidelium, & simul facienda Com-  
 memoratio de duobus Festis simplici-  
 bus occurrentibus, tunc vi Rubrica-  
 rum dicendæ ad minimum sunt 5. O-  
 rationes, hoc Ordine : 1. de B.  
 M. in Sabbato. 2. de primo Festo  
 simplici occurrente. 3. De secundo  
 Festo simplici occurr. 4. Fidelium.  
 5. De S. Spiritu, DEUS, qui corda Fi-  
 delium &c, & ità practicare solet i-  
 plium Directorium Romanum. In

Ecclesijs autem Cathedralibus, & Col-  
 legiatis Observanda sunt ea, quæ præ-  
 scribit Rubric. General. V. Missal.  
 n. 1.

6. Si eodem die occurrant  
 duo Festa simplicia ( v. g. S. Ægidius  
 Abbas, & Ss. 12. Fratres 1. Septem-  
 bris, vel S. Marcus Pap. & Ss. Ser-  
 gius, ac Socij MM. 7. Octob. ) tunc,  
 nisi occurrat fieri de Festo 9. Lectio-  
 num, vel de S. MARIA in Sabbat. vel de  
 Vigilia &c, Officium sit de primo,  
 nonnisi Commemoratio autem de  
 secundo in 1. Vesperis ( nisi hæ  
 sint de duplici 1. Classis ) nec non in  
 Laudibus, & Missa; in qua si ratio-  
 ne Mensis, vel Feria II. dicendum sit  
 Fidelium, Oratio 2. erit Fidelium. 3.  
 de Festo simplici secundo, ut supra n. 5.  
 preced. & ità rursus habet praxim  
 Romana.

7. Si Festum simplex occur-  
 rat in Feria aliqua majore non im-  
 pedirà Festo 9. Lectionum, Offi-  
 cium, & Missa sit de Feria majore,  
 de Festo simplici autem sit tantùm  
 Commemoratio ( sine aliqua de eo  
 Lectione, etiam si alioqui propriam  
 habeat ) in pridianis Vesperis ( ni-  
 si istæ fuerint de duplici 1. Classis )  
 nec non in Laudibus, & Missa : in  
 qua si facienda sit quoque Commem-  
 oratio de occurrente aliqua Vigilia,  
 Commemoratio Vigilia præcedere  
 debet Commemorationem Festi sim-  
 plicis, non tamen dicendum tunc est  
 ultimum Evangelium de Vigilia in





Missæ *Feria majoris*, sed *Evang. S. Joan.*  
 8. Si *Festum simplex* occurrit in *Vigilia*, quæ *jejunatur*, & non occurrat *Festum 9. Lectionum*, tunc extra *Dominicam, Adventum, & Quadragesimam*, *Officium* fit de *Vigilia*, *Commemoratio* autem ( sine *Lectio* ) de *Festo simplici* occurrente in *Officio* & *Missæ* : quod si simul in *Vigilia* occurrat aliud *Festum simplex*, vel dicenda sit *ratione mensis*, aut *Feriae II. Oratio Fidelium*, tunc observanda sunt ea, quæ supra *n. 5.* hujus *s.* & simul ea, quæ præscribit *Rubr. Gen. V. Missal. n. 1. & 2.* tam pro *Missis privatis*, quàm *Conventualibus Ecclesiarum Cathedral. & Collegiatar.* Quod si *Vigilia* cum *Festo simplici* occurrens in *Dominica* ex *Rubricarum* *Præscripto* transferatur, seu anticipetur ad præcedens *Sabbatum*, non perinde transfertur etiam *Festum simplex*, sed de isto fit in ipsa *Dominica*, ac proprio die, non quidem *Officium*, attamen ei competens *Commemoratio* : at verò in *Missæ Vigilia*, ad præcedens *Sabbatum* anticipatæ, tunc *Oratio 2. extra Adventum* est *Concede. 3. Ecclesie*, vel pro *Pap.* Excipitur 1. *Vigilia Omnium Sanctorum*, in cujus *Missæ Oratio 2.* est de *S. Spiritu. 3. Ecclesie*, vel pro *Papa*, Excipitur 2. *Vigilia Nativitatis Domini*, quæ occurrens etiam in *Dominica* non transfertur, sed celebratur ut ibi, cum unica *Oratione* in *Officio, & Missæ*. Quod si

eadem die occurrant *Festum simplex, Vigilia, & dies infra Octavam*, tam privilegiam, quàm non privilegiam, observanda erunt tum dicta superioris *Tit. de Octavis*, tum ea, quæ præscribit *Rubrica Breviar. Gen. VI. n. 1. & Rubrica General. III. Missal. n. 2.* Si *Festum simplex* occurrat in *Vigilia* *Tempore Adventu*, attamen extra *quatuor Tempora* quandoque contingit quoad *Vigiliam S. Andreae*, & aliquando contingit potest etiam quoad *Vigiliam S. Thomæ Apostol.* tunc de *Festo simplici* *Commemoratio* in *Officio* ( dicenda nisi occurrat fieri de *Festo 9. Lectionum, de Feria Adventus*, ut ibi ) *Commemoratio Vigiliae*, utpote quæ veniens in *Adventu* nihil habet in *Officio* ( exceptâ tamen *Vigilia Nativitatis Domini* ) ne quidem *Commemoratio* : *Missæ* autem tunc dicitur de *Vigilia*, cum *Commemoratio* ne primâ de *Feria Adventus* ex *Dominica* præcedente, & 3. *Oratione* de *Festo simplici* occurrente ; ac simul observanda tunc erit *Rubrica Missal. V. n. 2.* Si autem *Vigilia*, in qua *Festum simplex* occurrit in *Adventu*, incidat in aliquam *Festum quatuor Temporum* ( uti non raro incidit *Vigilia S. Thomæ* ) tunc in *Officio* illius diei, dicendo ( nisi occurrat fieri de *Festo 9. Lectionum* ) *Feria* occurrente *quatuor Temporum* nihil fit de *Vigilia*, bene tamen *Commemoratio* de *Festo simplici* occurrente.



Et hæc de Occurrentia

Festorum simplicium.

**A**D eorundem Festorum simplicium Concurrentiam verò, quod attinet, Rubricæ præscribunt sequentia :

1. Si cum Festo simplici subsequente in 2. suis Vesperis concurrat Festum 9. Lectionum, & illud non sit duplex 1. Classis, tunc integræ quidem Vesperæ dicuntur de præcedente, fit tamen Commemoratio de Festo simplici sequente, nisi cras simul occurrat Festum 1. aut 2. Classis : si enim vel hodie factum fuisset de Festo duplici 1. Classis, aut cras fieret de Festo duplici 1. vel 2. Classis, tunc nullam in pridianis Vesperis Commemorationem de Festo simplici subsequente permetterent Rubricæ.

2. Si cum Festo simplici subsequente in secundis suis Vesperis concurrat quæcunque dies Octava, aut Dominica, & cras non occurrat Festum duplex 1. vel 2. Classis, rursus integræ Vesperæ dicuntur de Præcedente, & fit Commemoratio Festi simplicis subsequentis.

3. Festum simplex nunquam primas Vesperas integras habet, sed medias ad summum duntaxat, nempe à Capitulo tantum, idque in duplici casu : primus est, quando pridie

dic



die Festi simplicis factum est extra Adventum & Quadragesimam de Feria; quia enim Officium Feriæ præcedentis juxta Rubricas tunc terminatur primùm ad Capitulum Vesperarum, & inde primùm incipiunt Vesperæ Festi simplicis sequentis, ideo in eo casu Vesperæ illius diei, quæ Festum simplex præcedit, dicuntur usque ad Capitulum de Feria tunc currente, ut in Psalterio; à Capitulo verò de Festo simplici sequente, absque ulla deinceps Commemoratione *Feriæ*, atque etiam de *Cruce* ( nisi currat Tempus Paschale; tunc enim in *Vesperis*, & *Laudibus* Festi simplicis fit etiam Commem. de *Cruce*, omisissis tamen tunc Suffragijs Sanctorum, verùm propria illius Temporis, ut ibi ) attamen cum consuetis Suffragijs Sanctorum. secundus casus est, quando unum Festum simplex immediatè sequitur post aliud, de quo pridie posterioris factum est Officium: tunc enim, quia prioris Officium jam terminatum fuit ad Nonam, posterioris autè Vesp. pridianæ primùm incipiunt à Capit. ideo pridie posterioris Psalmi cum Antiphonis sumendi sunt in Vesperis de *Feria* occurrente, à Capit. autem primùm hæc dicendæ de Festo simplici subsequente, sine Commemoratione *Feriæ*, ac Festi simplicis præcedentis. Unde si tria Festa simplicia v. g. in Feriam II. III. & IV. non impeditam inci-

derent, pridie primi fieret in Vesperis pridianis Dominicalibus solummodo Commemoratio; pridie autem secundi, & tertij Vesperæ dicerentur usque ad Capitulum de *Feria* occurrente, ut in Psalterio, à Capitulo autem de Festo simplici sequente, sine Commemoratione præcedentis Festi simplicis, aut *Feriæ*, quia, ut dictum, Officium simplex præcedens terminatur ad Nonam, posterioris autem Vesperæ incipiunt primùm à Capitulo; consequenter usque ad Capitulum occupat ea *Feria* occurrens, utpote à nullo Festo eò usque prætendibiles. Quod si *Feria* V. subsequente nullum postur occurrere Festum, tunc *Feria* IV. præcedens integras, sibi vendicabit illius diei, seu *Feria* IV. Vesperas; quia Festum simplex tempore terminatum jam ad Nonam, secundas Vesperas non habet. Unde ulterius si duo *Festa* simplicia in *Feriam* II. & III. ante diem Cinerum inciderent, tunc *Feria* III. ante Cineres ob eandem Rationem primas quidem *Vesperas* exigeret solummodo dimidias ( quatenus *Feria* II. præcedente Psalmi & Antiphonæ usque ad Capitulum deberent esse *Prædianæ* de *Feria* II. currente, à Capitulo autem de Festo simplici subsequente secundas verò *Vesperas* *Feria* illa vendicaret: quia *Feria* III. Cinerum Officium juxta Rubric. Generalem V. n. 2. primùm incipit



Matutino. Idem est de alijs Fe-  
stis majoribus, atque etiam Vigilijs,  
quarum omnia Officia cum pariter  
incipiant à Matutino, & non à pridia-  
nis Vesperis, ideo si Feria IV. aut  
VI. quatuor Temporum Septembris,  
aut Feria IV. Cinerum, aut in aliqua  
Vigilia occurrat Festum simplex, de quo  
habetur debet Commemoratio, tunc  
præcedenti die ( nisi fuerit Festum  
9. Lectionum ) Vesperæ integræ  
dicuntur de Feria Currente, ut in  
Placitorio, sine precibus feriali-  
bus, cum Oratione Dominica præ-  
cedenti, necnon cum Commemora-  
tione Festi trium Lectionum, in se-  
quenti Feria occurrentis.

4. Festum simplex non po-  
test cum alio concurrere in secundis  
Vesperis ( licet cum ipso possit esse  
concursum in primis Vesperis ) quia  
non habet secundas Vesperas, sed ejus  
Officium jam terminatur ad Nonam,  
& deinceps nihil fit amplius de eo,  
nec Commemoratio: unde si se-  
quatur aliud Festum simplex, Psalmi  
& Antiphonæ in pridianis hujus Ve-  
spers erunt de Feria currente, à  
Capitulo autem erunt Vesperæ illæ  
pridianæ de Festo simplici sequente,  
sine Commemoratione Festi simplici  
præcedentis. Idem est, si Feria

VI. præcedente factum fuit de Festo  
simplici, & Sabbato sequente occurrat  
feri de S. Maria in Sabbato; tunc e-  
nim Feria VI. præcedente Psalmi  
Vesperarum unà cum Antiphonis  
pariter sunt feriales, à Capitulo au-  
tem fit de B. M. in Sabbato, sine  
Commemoratione Festi simplici præ-  
cedentis, bene tamen cum Com-  
memoratione Festi simplici sequen-  
ti Sabbato occurrentis, si quod se-  
quenti eò Sabbato occurrat; cui  
Commemorationi subjunguntur Com-  
memorationes Communites de A-  
postolis &c ( si currat Tempus, quò  
dicuntur ) Tempore verò Paschali  
Commemoratio Paschalis de Cru-  
ce.

Si autem postridie illius diei,  
quò factum est de Festo simplici, se-  
quatur Officium novem Lectionum,  
integræ Vesperæ erunt de sequen-  
ti, sine ulla Commemoratione Fe-  
sti simplici præcedentis.

Si denique post Festum sim-  
plex, v. g. hodie celebratum, cras  
nullum sequatur Festum, subintrat  
Officium de Tempore, adeoque  
hodiernum Vesperarum Officium  
torum tunc erit de Feria currente.  
Rubr. Gen. XI. n. 8.





## §. IX.

De Occurrentia, & Concurrentia  
( Passiva ) Officij S. MARIAE in  
Sabbato.

**O**FFICIUM de S. MARIA IN SABBATO non fit toto tempore Adventus : Licet autem tunc Officium non fiat de illa, dicitur tamen tunc ex Præscripto Missal: *Missæ Principalis seu Conventualis* de ipsa ( cum Commemor. de Adventu ex Missa Dominicæ præcedent: & 3. Oratione de S. Spiritu ) nisi fuerint quat. Tempora, vel *Vigilia*. Quæ ramen Rubrica intelligenda est de Missa Conventuali tantum, non de *Missis privatis*, quæ non præscribuntur vi suprâ dictæ Rubricæ, licet non excludantur, imò Teste Gav. P. I. Tit. 4. concedantur : unde, si dies 16. Decembris incidat in Sabbatum, quò fit Officium de ea ( uti contigit annò 1713. ) non tantum *Missæ Principalis*, sed etiam *Convenienter Missæ privatae* dicentur de S. MARIA, ut in fine Missal. ab Adventu usque ad Nativitat. Domini, cum *Glor. sine Cred. Orat. 2. de Fer. Advent. & 3. de S. Spir. Præf. de B. V. Et te in Venerat. in fine Ite, & Evangel. S. Joana. Quòd si in tale Sabba-*

tum simul incidat *Festum simplex* ( n. g. S. Sabbæ Abbatis, uti contigit hòc annò 1716. 5. Dec. ) tunc a. C. in Missa de B. V. in Sabbato *est de Feria : 3. autem de simplici. Cal. ibi Ratio autem Permissionis est: quia Missæ votivæ privatae dici possunt quocunque die Officium non est duplex, aut Dominica, nec incidit aliquorum dierum, quibus prohibetur fieri Officium duplex, aut Miss. Votr. de quibus suprâ Tit. de Miss. Votr. ubi dicitur 2. Non fit Officium de S. Maria in Sabbato in Quadragesima, nec infra Octavam Pasche, & Pentecostes, nec etiam in Sabbato, in quo occurrerit fieri de Vigilia, nec in illo Sabbato quatuor Temporum, nec in Sabbato, in quo fieri debet Officium de Feria propter Officium aliquam Dominicam aliquando infra Hebdomadam ponendum, juxta dicta in perius 6. 7. post inie. nec denique in Sabbato quocunque per annum, in quo fit Officium 9. Lectionum de aliquo Festo ( seu occurrente, seu natalo ) aut de currente aliqua Octava. Cum verò suprâ dictis diebus festis*



non potest Officium de S. Maria, nulla etiam sit Commemoratio de illa propter Sabbathum, sed tantum in *feriis duplicibus* (quando ejus parvum Officium non dicitur in Choro) sit consueta ejus Commemoratio per annum cum alijs Suffragijs petitis in Psalterio post Vesperas Sabbari, dicendisque juxta *Rubricam General. Brev. XXXV.* modò in eadem præscriptò.

3. Extra Adventum autem, *Quadragesimam*, ac modò enumeratos dies in omnibus Sabbatis sit Officium, & Missa de S. Maria, eò modò, quò sit de *Festo simplici*, præscribiturque ad hanc Breviarij post Commune Sanctorum in proprio loco, nec non in Rubric. General. VIII. ejusdem Breviar. n. 4 & 5. Missalis autem Rubric. Gener. IV. n. 1. & 2.

4. Incipit Officium B. Mariae in Sabbato Ferià VI. præcedente, ad modum Festi simplicis, & quidem vel à Capitulo (si ille dies est *ferialis*, aut Festi simplicis) vel per Commemorationem, si eo die est *festum 9. Lctionum*, quod non sit 1. *Classis*, saltem regulariter; terminatur autem ad Nonam sequentis Sabbari: quòd si igitur Ferià VI. præcedente non fuerit factum Officium 9. Lctionum, Vesperæ illius diei dicuntur usque ad Capitulum de Ferià VI. Current: ut in Psalterio, à Capitulo verò de B. MARIA in Sabbato, ut ibi post Commune San-

ctorum. Si autem Ferià VI. illà præced. occurrat. Officium 9. Lctionum, tunc in Vesperis secundis illius diei sit de sequenti Officio B. Maria in Sabbato tantum Commemoratio, cum Antiphonà, Versu, & Oratione, quæ habentur in Officio ejus in Sabbato, nisi illud Officium 9. Lctionum fuerit vel *duplex quæcunque 1. Classis* (hoc enim etiam in 2. suis Vesperis Commemorationem de S. Maria in Sabbato, ac de quocunque *Festo simplici* excludit) vel fuerit Officium 9. Lctionum de ipsa B. Maria; tunc enim nulla alia Commemoratio de B. V. est facienda pro sequenti ejus Officio *Sabbatino* (v. g. in casu, quò Festum Purificationis venit in Ferià VI.) nè de eodem fiat Festum, & Commemoratio, ut notat Gav. Unde addidi supra: *saltem regulariter*. Eadem de causa, & nè bis fiat explicita mentio de eodem, etiam Commemoratio Communis de S. MARIA non fit cum alijs Sanctorum Suffragijs tunc, quando dicitur ejus Officium *parvum*, nec quocumque sit Officium de illa, esto dicantur reliqua *Sanctorum Suffragia*, puta de *Apóstolis, &c.*

5. De *Festo simplici* in Sabbato *occurrente* sit tantum Commemoratio, eaque in pridianis Vesperis (nisi hæ fuerint de *Festo duplici 1. Classis*) nec non in *Laudibus*, & *Missâ Officij* de B. V. M. in Sabbato: quæ

]] Y 2 ]]

Com-



Commemoratio de simplici facienda est suis locis in *Officiis* ante Commemorationes consuetas de *Apostolis*, de *Patrono*, de *Titulari*, & de *Pace*, atque etiam Tempore Paschali ante Commemorationem Paschalem de *Cruce*, alioqui Temporibus, ac diebus à Rubrica Gener. XXXV, Brev. præscriptis faciendas in fine *Vesperarum*, ac *Laudum* Officij B. M. in *Sabbato* post Orationem diei : quæ Oratio in Officio B. MARIÆ in *Sabbato* est varia pro varietate Temporibus, ut ibi.

6. Si pridie B. MARIÆ in *Sabbato* ob occurrens Festum 9. Lctionum de aliqua *Sancta* in hujus secundis *Vesperis* dictus fuerit *Versus* : *Diffusa est gratia &c.* tunc (nè idem *Versus* secundo reperatur) pro Commemoratione B. Mariæ in *Sabbato* locò prædicti *Versus* dicendus est *Versus* : *Benedicta tu in mulieribus &c.* ex *Laudibus* Officij de B. M. in *Sabbato*. Si autem pridie B. M. in *Sabbato* inter *Suffragia* Communia sit facienda etiam Commemoratio de aliqua *Sancta*, tanquam *Patrona*, tunc pariter, nè *Versus* : *Diffusa est &c.* (utpote jam dictus pro Officio B. V. sequente) in pridianis illis *Vesperis* reperatur, ipsius locò dicendus erit *Versus* : *Specie sua &c.* ex 1. *Vesperis* de *Communione* Sanctæ. *Rubric. General. IX. n. 8.*

7. In *Completorio* Feriæ VI.

quavis *Officium* illius diei totum fuerit, de *Festo* 9. *Lctionum*, de B. MARIÆ autem pro sequenti Officio facta fuerit in *Vesperis* illius diei solummodo Commemoratio, Beatissima *Virgo* tamen ratione hujus factæ de se Commemoratio jam acquirit jus, ut in fine *Legentium* deinceps *Hymnorum*, qui sunt ejusdem metri, dicatur in ejus Officio : *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.* nisi *Festum* illud 9. *Lctionum* aliunde habeat propriam *clausulam*, omnibus ejus *Hymnis* destinatum, uti habet *Festum Transfigurationis Domini*. Secus esset, si ob præcedens *Festum* duplex 1. *Clavis* eisdem Commemoratio facta etiam in *Vesperis* de sequenti Officio B. M. in *Sabbato* : Constat utrumque ex *Gavant. To. 2. f. 5. c. 6. n. 11. supra cit.* atque ex ipsis etiam *Noticiis Tit. 20. n. 4.*

8. Quòd si *prima dies* illius non impedita *Festò* 9. *Lctionum* in eadem cum illa, in qua fit de B. Maria in *Sabbato*, tunc *Missa prima*, & *Conventuales* in *Ecclesiis, Cathedralibus, & Collegiatis* eò modo sunt celebrandæ, quem præscribit *Rubric. General. V. Missal. n. 1.* ac etiam *Noticiis* suis locis exponimus. Vide quoque dicta §. 8. *preced. n. 5.*

9. In *Nocturno* *Sabbati*, quò fit de B. V. in *Sabbato*, omittitur *Psalmus* : *Jubilato*, & pro eo dicitur *Psalmus* : *Bonum est Confiteri Deo*



... &c. è Laudibus Sabbati; tum, prior tunc bis dicatur ( nempe Matutino simul, & Laudibus, quæ iuxta Communem Rubricistarum opinionem unam Horam Constitutum, nè posterior per Hebdomadam omitatur : ideo igitur sic commemoratio.

10. Tempore Paschali in hoc quoque Officio Invitatorio, Antiphonis, Responsorijs, & Versibus additur Alleluja, ut in alijs Festis simplicibus illius Temporis.

§. X.

De Occurrentia, & Concurrentia Feriarum.

FERIÆ Nomine latius acceptæ denotatur certa quædam cuiuscunque Hebdomadæ dies, & sic accepta dividitur in primam, secundam, tertiam &c. Cum enim primi Fideles, ut P. I. Tit. est annotatum, horrent dies Hebdomadæ à Gentilium Dijs nominare diem Solis, diem Luna, Martis &c. Nomen Feriæ substituerunt, & ipsam quidem Dominicam alio nomine Feriam primam, reliquos verò decem Hebdomadæ dies Feriam secundam, tertiam, quartam &c. nominant, solò Sabbati nomine retentum, quòd hoc nihil Gentile sonaret : cur autem Feriarum nomine, quàm aliò, placuerit eos insignire, ac compellere, dictum est in eodem. Hic verò Feriæ nomine acceptæ intelligitur dies,

in quam nullum Officium de Sancto, aut alicujus Festi Octava, nec de Dominica, Ritu duplici, aut semiduplici celebratâ, nec denique de Vigilia, aut de B. V. in Sabbato recitandum cadit. Hoc sensu accepta FERIA

Dividitur in majorem, & minorem. Differunt inter se, quòd FERIA cuicunque majori non modò cedat quodcunque Festum simplex, sed etiam de tali FERIA semper fieri debeat in Officio, & Missa ( saltem privata ) cujuslibet Festi occurrentis Commemoratio, neutrum autem horum conveniat FERIA minori : quòd ideo ab Ecclesia constitutum existimat P. Lohner, ut majorem Nobis Sacri Adventus, Quadragesima, ac quart. Temporum &c. reverentiam, pietatemque ingeneret.

Feriæ majores, de quibus sem

XY 3 II



Semper fit Commem. suis locis, aut Officium, sunt 1. *Feria omnes Advent.* 2. *Feria omnes Quadragesima.* 3. *Feria omnes quas. Temporum.* 4. *Feria II. Rogationum.* Reliquæ autem sunt, ac dicuntur *minores.* Utræque celebrantur, si non impediuntur Officiò alicquò ex suprâ dictis, regulariter Officiò ac *Ritu feriali* hoc est, *simplici de Tempore*, prout in Psalterio, ac proprio locò habetur, dicendo ad *Matutinum* regulariter non nisi unum Nocturnum cum 12. Psalmis, secundum Ordinem Feriarum in eodem Psalterio, & cum tribus Lectionib. ut in Proprio de Tempore. Dixi: *regulariter.* Excipiuntur enim *Feriæ tres ultimæ Hebdomadæ Sanctæ*; item *Feriæ Octavarum Paschæ, & Pentecostes*: in his enim dicitur Officium eò modò, ac Ritu, quem Rubricæ in Proprio locò præscribunt.

Feriæ majores subdividuntur in *Privilegiatas, & Non-privilegiatas.* Privilegiatæ sunt, quæ nulli alteri Officiò, aut Festo cedunt. Tales sunt sequentes, nempe 1. *Feria IV. Cinerum.* 2. *Feria omnes majoris Hebdomadæ.* 3. *Feria omnes infra Octavam tam Paschæ, quàm Pentecostes*; nam & *dies infra utramque hanc Octavam* occurrentes ab ipso Breviario Romano non tantum in Proprio de Tempore, sed etiam in Rubricis Gen. Tit. V. de Fer. n. 4. *Feria* appellantur. Hæ igitur omnes quodcunque aliud Officium, ac Festum in ijs occurrentes,

etiam 1. *Classis, excludunt, facilius* que id transferri saltem in Choro, nam in foro, seu quoad Obligationem audiendi Sacrum, & abstinentiæ de operi servili, regulariter *Festa fori* in hujusmodi *Ferijs*, ac diebus privilegiantur, occurrentia non transferuntur, nec etiam, ut monet Gavant. sunt transferenda, sed quoad executionem utriusque hujus obligationis eò, quod alioqui cadunt die, per se loquendo celebranda, seclisâ Sedis Apostolicæ Licentiâ, aut consuetudine legitime præscriptâ. Excipiunt tamen ex parte Festum Annuntiationis B. V. M. quod occurrens in *Feria VI. Parasceves*, aut *Sabbatò Sancto*, tam in foro, quàm in Choro transferuntur; at tamen in solo Choro, quando alijs diebus, aut *Ferijs privilegiantur* occurrit, ut suprà locò declaravimus. Cæteræ *Feriæ majores*, quæ *duplicibus*, aut etiam *semiduplicibus* ijs occurrentibus cedunt (exceptis *Missis eorum privatis*, si in diebus *Octavam v. g. Conceptionis B. V. M.* incidat *Feria major quatuor Temporum* dicuntur *Non-privilegiatæ*, intelliguntur in respectu Festorum 9. Lectionum; nam *Festis simplicibus*, ac *Vigilijs* etiam hæ non cedunt, saltem quoad Officium quod addo, quia si *Vigilia* occurrat in *Feria majore Adventus*, etiam extra *Feriam quatuor Temporum* simul occurrentem, Officium quidem fit totum de *Feria*, sine Commemoratione *Vigiliæ*, *Missâ* tamen tunc dicitur de *Feria*.



*Vigilia*, cum Commem. *Feria Adventus*.  
*Feria minores per annum* (quas  
 est etiam *Feria III. Rogationum*)  
 cedunt cuicumque Festo, non modo  
 novem, sed etiam *trium Lctionum*, i-  
 ta, ut neque de *Feria III. Rogationum*  
 in Officio occurrentis in ea *Festi sim-*  
 plicis fiat Commemoratio de ipsa,  
 sed tantum de *Cruce*, ut ibi: In  
 illa tamen tam *privata*, quam *Con-*  
*ventuali*, tunc procedendum modò su-  
 pra P. I. à f. 151, declaratò. Eadem  
*Feria minores per annum* cedunt etiam  
 Officio *B. M. in Sabbato*, item *Vigilijs*,  
 nec non *diebus infra Octavam*, ac à  
 anteriori ipsi *Octavis*.

Officium *Feria in Adventu*,  
*quatuoragesima, quatuor Temporibus*, &  
*Feria II. Rogationum* incipit à *Matutino*;  
 in alijs verò diebus per annum in-  
 ditur de *Feria*, ubi desinit Officium  
 precedentis diei, ita, ut si præce-  
 denti die fuerit *duplex*, vel *semidu-*  
*plex*, Officium *Feria* subsequenti in-  
 cipiat sequenti primùm die à *Matu-*  
*tino*; si autem præcedenti die fuerit  
*festum simplex* celebratum, tunc de  
 illa subsequente fiat à *Vesperis* il-  
 lius præcedentis diei inclusivè. Si-  
 militer etiam, quando in *Feria IV.*  
 vel *VI. quatuor Temporum Septembris*,  
 vel in *Feria IV. Cinerum*, vel in *Vigi-*  
*lia* aliqua occurrit aliquod *Festum*  
*simplex*, de quo in ejusmodi *Feria*  
 vel *Vigilia* fieri debet Commemora-  
 tio, tunc præcedenti die ( nisi illa  
 fuerit celebratum *Festum 9. Lectio-*

*num*) in *Vesperis* fit de *Feria*, ut  
 in *Psalterio*, attamen sine *Precibus*  
*ferialibus*, & cum *Oratione Dominica*  
*precedentis*, nec non cum *Comme-*  
*moratione Festi trium Lctionum in se-*  
*quenti Feria*, aut *Vigilia* occurrentis,  
 non quòd sequens *Feria* habeat *prim-*  
*as Vesperas* ( alioqui dicendæ forent  
*Preces feriales*, & *Oratio* ipsius *Feria* in  
*pridianis Vesperis*) sed quia, cum  
*Festum simplex* in sequenti die non  
 habeat Officium ob ejusmodi *Feriam*  
*majorem*, aut *Vigiliam* in eo occur-  
 rentem, etiam non convenit, ut ip-  
 sum habeat *primas Vesperas* die præ-  
 cedente. Terminatur autem Of-  
 ficium de *Feria*, si quidem sequatur  
*Festum duplex*, vel *semiduplex*, ad *No-*  
*nam*; si autem subsequatur *Festum*  
*simplex*, de quo die postero fieri de-  
 beat Officium, tunc ad *Capitulum Ve-*  
*sperarum*; quia inde fit de *Festo sim-*  
*plici* absque ulla deinceps *Comme-*  
*moratione Feriæ. Rubr. Gener. V. ca-*  
*sa, & XI. n. 8. 9. ac 10.*

Ad *Missam* quod attinet, *Miss-*  
*sa de Feria* dicitur, quando non oc-  
 currit *Festum*, vel *Octava*, vel *Sab-*  
*batum*, in quo fiat Officium de *B. Maria*.  
 Porro in *Ferijs minoribus per annum* re-  
 petitur *Missa Dominica precedentis*,  
 attamen extra *Tempus Paschale* si-  
 ne *Gloria & Credo*, & in ejus fine  
 dicitur extra *Tempus Paschale Be-*  
*nedicamus &c.* *Tempore Paschalè*  
 verò dicitur *Missa Dominica præce-*  
*dentis*, cum *Gloria*, sine *Credo*, & in  
 ejus



ejus sine tunc dicendum : *Ite missa est.* In *Ferijs* autem *majoribus* dicitur *Missæ* prout suo loco notatur : & siquidem *Ritu simplici* celebrentur (quod addo propter *Ferías* quatuor *Temporum Pentecostes*) sine *Gloria*, & *Credo*; necnon cum *Benedicamus* in fine : in *ijsdem Ferijs majoribus* (idem est de *Vigilijs*) semper dicitur *Præfatio* *Communis*, præterquam in *Missis Litaniarum majorum* & *minorum*, quæ *Paschalem Præfationem* habent, sed eam, quæ cum suo cantu dicitur in *Diebus serialibus*. Arnaud. *Epit. Tract. 1. P. 1. Tit. 3. n. 6.*

Si in *Ferijs majoribus* *Quadragesimæ*, aut *quatuor Temporum*, aut *Feria secunda Rogationum* occurrat *Festum duplex*, aut *semiduplex*, aut *dies Octavæ* alicujus *Festæ* habentis *Octavam*, tunc juxta *Rubric. General. III. Missal. n. 1. Officium & Missæ prævata* dicantur de *Festo*, cum *Commemorat. Feriæ* : sed in *Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis* cantantur tunc *duæ Missæ Conventuales*, una de *Festo* post *Tertiam*, alia de *Feria* post *Nonam*, ut suo loco pluribus declaratur. Cæterum quando in *Missæ* faciendâ est *Commemoratio Feriæ quatuor Temporum*, pro *Feriæ* illius *Commemoratione* sumenda est ea *Oratio*, quæ est *prima*, h. e. illa, quæ ante *primam Lectionem* extrat in *Missæ*, habente *plures Lectiones* seu *Prophetas*, utpote *Concordans* cum

Si *Feria major quatuor Temporum*, aut *secunda Rogationum*, non veniat in ipsa die *Octavæ*, sed die aliqua *infra Octavam*, tunc juxta eandem *Missalis* ultimo recogniti *Rubricam n. 2. & Sac. Rit. Congregationis Declarationem*, allegatam ab *Arnaud. in Epit. P. 1. Tr. 1. Tit. 3. n. 1. & 2. Missæ* etiam *principalis* dicitur de *Feria illa* *major* cum *Commemoratione Octavæ*, siquidem de illâ *Officium* fiat de *currente Octavæ*, ac proinde tunc *Missæ* discordant *Officio*; sin autem die illa *Officium* non fiat de *die infra Octavam*, sed de *Festo* (seu *occurrente*, seu *transiens* illam *Octavam*) tunc *Missæ* juxta allegatam *Rubricam* dicenda est de *Festo*, cum *Commemoratione Octavæ*, & *Feria majoris* ejusmodi, illam *occurentis*. Vid. *Arnaud. loc. cit. n. 2. & 3.*

Si extra *Adventum*, *Quadragesimam*, & *Tempus Paschale* in *primam diem Mensis* non impeditur *Festum* 9: *Lectionum* in *Octava* *Feria*, quæ *propriam* habet *Missam*, *canonicam*, in qua *resumenda* sit *Missæ Dominicæ præcedentis*, quæ fuit *impedita*, ac *infra* *Hebdomadam* illam non occurrat alius dies, in quo resumi possit, tunc juxta *Rubric. General. V. Missal. n. 1. in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis* dicenda sunt *duæ Missæ*, una pro *Defunctis*, post *Primam*, aut ubi dicuntur *Missæ* post *Matutinum* diei eorum *Præ-*



festis hujusmodi Vigilijs cum Lau-  
dibus; Alia de *Feria* post Sextam:  
verò in *Ecclesijs Non-Cathedralibus*,  
nec *Collegiatis* dicenda tunc est *Missâ*  
de die, cum *Commemoratione* ge-  
neraliter pro *Defunctis*.

Præterea juxta eandem *Ru-  
bricam*, extra *Quadragesimam*, ac  
in *Tempus Paschale*, quavis *Feria*  
II. non impedita *Officiò* 9. *Lectio-*  
num, & in qua *Officium* fit de *Fer-*  
*ia*, dici potest *Missâ principalis* pro  
*Defunctis*; cum hac tamen *Excep-*  
*tione*, ut, si *Feria* illa habuerit *pro-*  
*priam Missam*, vel *resumenda* sit *Missâ*  
*Dominica præcedentis*, quæ fuerit im-  
pedita, & infra *Hebdomadam* non  
occurrat alius dies, in quo ea *resumi*  
possit, tunc in *Missâ de die* fiat solum-  
modo *Commemoratio generaliter*  
pro *Defunctis* per *Oracionem*: *Fi-*  
*dem &c.*

Atque hæc hætenus de *Oc-*  
*currentia Feriarum*. Jam verò ad  
*Concurrentiam* quod attinet, con-  
stat ex *Rubr. Gen. XI. Breviar. n.*  
9. *Feriam* non posse *Concurrere* cum al-  
io in *secundis Vesperis*, neque etiam  
posse esse *Concursum* cum ipsa in *pri-*  
*mis Vesperis*. Ratio est: quia ejus  
*Officium* incipit, & desinit, ubi de-  
sinit, & incipit quodcumque aliud  
*Officium*. Quamvis propriè (si  
ei dandum est principium) sequen-  
te *Feria* post aliam *Feriam* ejus *Of-*  
*ficium* incipiat à *Matutino*, & termi-  
netur sequente alia *Feria* ad *Comple-*

*torium*: & ideo, si *Feria* sequatur  
aliam *Feriam*, in *Vesperis* præce-  
dentis *Feriæ* nihil fit de sequenti  
quoad ea, quæ in sequenti *Feria*  
huic sunt propria: Verbi gratià,  
si in *Vesperis Feriæ III. ante Feriam*  
*IV. Cinerum* fiat de *Feria*, dicitur  
*Oratio Dominica præcedentis*, non au-  
tem ea, quæ est propria sequenti  
*Feriæ IV. Cinerum*; nec ante *Ora-*  
*tionem* illam dicuntur *Preces*, quæ  
dicendæ sunt in *feriali Officio* se-  
quentis *Feriæ IV. Cinerum*. Hoc ip-  
sum etiam est observandum, quan-  
do *Feria per annum* præcedit *Feriam*  
*majorem quat. Temporum*, aut ali-  
quam *Vigiliam*. Eadem de causa  
juxta superius dicta non potest prop-  
riè ullum aliud *Officium* cum *Feria*  
*concurrere*, nihilque fieri de *Feria*  
*præcedente*, adveniente aliò *Officiò*,  
etiam duntaxat *simplici*. Quòd au-  
tem aliquando fieri debeat etiam de  
*Feria* *Commemoratio* in *Vesperis*  
(nempe in *Adventu & Quadragesi-*  
*ma*) id non fit ratione *concursum*,  
sed quia eo die, quò *Officium* *Fer-*  
*iarum Adventus, & Quadragesimæ* im-  
peditur, ejusmodi *Feriarum* *Com-*  
*memoratio ratione Temporis* ex  
*Præcepto Ecclesiæ* prætermitti in ta-  
li *Occurrentia* non debet *Rubric.*  
*General. XI. n. 9.*

Pari modò quando occurrit,  
ut *Festum simplex* veniat in *Feria IV.*  
*Cinerum*, aut in *Feria IV. vel VI. quat.*  
*Tempor.* aut in *Vigilijs*, quæ *jejunan-*

[[ Pars III. ]]

[[ Z ]]

175,



tur, tunc pridie harum Feriarum, si Festum 9. Lectionum non occurrat, non dicuntur Vesperæ de sequente Festo simplici, sed de FERIA Communi per annum, cum Commemoratione tamen Festi simplicis cras occursuri; hoc autem rursus non ideo, quod sequens FERIA, aut Vigilia habeat primas Vesperas, sed quia, cum Festum simplex in sequenti die non habeat Officium propter prædictam Feriam aut Vigiliam in

eo occurrentem, etiam non conueniat, ut habeat primas Vesperas de præcedente juxta sapius jam allegatam Rubricam XI. n. 10.

Eadem de causa, quia in casu, quò Festum simplex occurrat FERIA V. in Cæna Domini, nulli fieri debet juxta Rubricas de eadem die Cæna Domini Commemorationem etiam nulla juxta ante cit. Rubricam fit de eo Commemoratione in Vespera FERIA IV. præcedentis.

## §. XI.

### De Occurrentia Vigiliarum.

**V**IGILIAE in Calendario Ecclesiastico vocantur profesti quidam dies, quibus olim Christiani ante quædam Festa Sanctorum &c interdum quidem jejunare, de nocte autem Vigilare, ac psallere solebant; tum, ut Festum sic illud præueniendo solennius redderetur; tum, ut temporali Sanctorum angustia Compatiendo per pridianam abstinentiam, ac Orationem purificationi Fideles tanto aptiores redderentur ad sequentis Festi Lætitiam dignè celebrandam. Licet autem Nocturnæ ejusmodi Vigiliae ob varia incommoda ab Ecclesia successu Temporis sublatae sint ( uti videre est apud Gav.

Tom. I. P. 4, Tit. 13. n. 1. & seqq.) retinuerunt tamen dies illi ad hoc nomen Vigiliae, simulque Jejun. de præcepto plerisque illorū jam tunc annexum, etiamnum iisdem affixum remanere. Dixi: Plerisque; quia etiam aliqui ejusmodi profesti dies, seu Vigiliae non habent annexum Jejunium Ecclesiasticum de præcepto, habent tamen Officium proprium suum Officium, & vestram, ideo

Vigiliae dividi possunt in duas, quæ non jejuntantur ( h. e. celebrantur sine jejunio ) & in eas, quæ jejuntantur, ut Rubricis locum habent. Prioris Generis in Ecclesia universali sunt tantum duæ, nempe Vigilia Epiphaniae, & Vigilia Ascensionis.



*Domini* : de quarum neutrâ præviò  
 jejuniò celebrandâ Lex extat aliqua  
 Ecclesiastica ( saltem universalis )  
 ob lætitiã scilicet *Natalis Domini*,  
 & ejusdem *Resurrectionis* : & has i-  
 ptis ob causas etiam non jejunatur  
 ( Gav. Teste ) pridie S. Joannis  
 Apost. & Evangelist. nec pridie Ss.  
 Apostolorum Philippi & Jacobi ;  
 ed quod non deceat Lætitiã illo-  
 rum Temporum, ex Nativitate, &  
 Resurrectione Christi exortam, Je-  
 junii temperare. Posterioris verò  
 generis sunt reliquæ *Vigilie* omnes ;  
 quæ quia annexam habent obligatio-  
 nem servandi *Jejunium* ( cujus finis  
 est *Carnis mortificatio*, ac *castigatio*,  
 non autem *restauratio*, ut apud Car-  
 th. Bona l. 1. c. 21. §. 6. *Rev. Li-*  
*urgia*, notat Zonar. ) ideo ad hoc de-  
 signandum Ecclesia in ijs utitur co-  
 lore *Vielaceo*, qui *pallidus*, & quasi li-  
 vidus est, ut caro nostra per *Jejunium*  
 macerata ejus *Livoribus* conformetur,  
 cujus *Livore sanati sumus*.

Dividi possunt 2. in *maiores*,  
 & *minores*. *Majores* dicuntur, quæ  
 sub *Ritu semiduplici* ( uti *Vigilia Epi-*  
*phane*, & *Pentecostes* ) vel omnino  
 sub *Ritu duplici*, uti *Vigilia Nativitat.*  
*Domini* ( saltem à *Laudibus inchoa-*  
*ta* ) celebrantur. *Minores* au-  
 tem, quæ non nisi *Ritu simplicis* ha-  
 bent.

*Officium Vigilia* ( quod in-  
 cipit à *Matutino*, & terminatur ad  
*Nonam*; ed quod *Vesperæ* illius

dici, quâ ipsa celebratur, regulari-  
 ter sint semper de *sequenti Festo* ) sit  
 totum, nisi sit *Vigilia major*, *Ritu sim-*  
*plici* de *Feria* occurrēte, ut in *Plal-*  
*terio*, præterquam quòd in fine *No-*  
*cturni* tres *Lectiões* legantur de  
*Homilia* in *Evangelium Vigilia* ex  
*Proprio*, vel *Communi Sanctorum*,  
 prout in proprijs notatur locis, cum  
 tribus *Responsorijs* de *Feria* occur-  
 rente, ordine in *Rubrica* de *Re-*  
*sponsorijs* descriptò : dicunturque  
*Preces Feriales* ad *Laudes*, & per  
*Horas*, nec non *Commemorationes*  
*Communes* ( etiam de *Cruce* ) ex-  
 tra *Adventum* in ijsdem *Laudibus*,  
 aliãque omnia de cætero, ut in *Fe-*  
*rijs Adventus*, *Quadragesimæ*, ac  
 quatuor *Temporum*. *Col. Viol.* in  
*Officio*, & *Missa*, quæ aliquando est  
 propria, aliquando verò assignatur  
 de *Communi Sanctorum* : dicitur-  
 que sine *Glor.* & *Cred.* cum *Præfa-*  
*tiõne Communi* ( etiam si currat *O-*  
*ctava* propriam habens *Præfatiõ-*  
*nem* ) & cum *Benedicamus* in fine.  
*Oratio 2.* in ea extra *Advent.* est  
*Concede*, exceptâ *Vigilia omnium San-*  
*ctorum*, in qua 2. *Oratio* est de *S.*  
*Spiritu* ( etsætque etiam in *Vigilia*  
*Assumpt.* B. V. nisi ibi faciendã es-  
 set alia duplex *Commemoratio* )  
 3. *Ecclesiæ*, vel pro *Papa*, nisi ratio-  
 ne *Menfis*, aut *Feriæ II.* dicendum  
 sit *Fidelium*, vel occurrat *Festum sim-*  
*plex*; tunc enim extra *Adventum*  
 2. *Oratio* est de *simplici*, aut *Fidelium* :



3. de B. V. *Concede*. In Adventu autem in Missa *Vigiliae* Oratio 2. est de *Feria Adventus*. 3. de *Festo simplici*, si quod occurrat, alioquin autem de B. V. *DEUS qui de B. M. V. &c.*, ut ibi. Si factò Officiò de *Vigilia* dicatur *Missà Votiva*, quæ non sit de B. V. oratio secunda erit de Officiò *Vigiliae*. 3. *Concede* Gav. Rubr. Gen. IX. Missal. n. 14. & 15.

Dixi autem 1. *Nisi sit Vigilia major*; nam excipitur 1. *Vigilia Pentecostes*, quæ licet sit una ex illis, quæ *Jejunantur*, celebratur tamen Officiò *semiduplici*, ac cum tribus Nocturnis, aliisque ei proprijs, ut ibi: in eadem dicitur *Missà* cum unica rancum Oratione, & in Paramentis Sacerdotalibus rubris, cum *Gloria*, sine *Credo &c.*, prout notatur suo locò. Excipitur 2. *Vigilia Nativitatis Domini*, in qua, licet & ipsa sit una ex ijs, quæ *Jejunantur*, dicitur tamen solum illius Nocturnum de *Feria curr.* ac *Ritu simplici*, cum Invitatorio, Versu, Lectionibus, ac Responsorijs proprijs; ad *Laudes* verò deinceps, ac per *Horas* fit Officium *duplex* unà cum *Missà*, uti notatur in proprio loco. Excipitur 3. *Vigilia Epiphaniae*, & *Ascensionis Domini*, in quibus Officium & *Missà* dicuntur (& quidem in priore *Ritu semiduplici*) prout in proprijs notatur locis. Hicce hinc prænortatis

1. Si *Vigilia* occurrat in *Dominica*, transfertur ejus Officium ( si

occurrat Tempus, quò ei id competit ) unà cum *jejunio de præcepto*, ac *Missà* in *Sabbatum* proxime antecedens, dummodo hoc non sit impeditum Officiò *novem Lectorum*; tunc enim de *Vigilia* veniente extra *Adventum*, & *Quadragesimam*, fit tantum Commemoratio in Officiò ac *Missà* Festi, cum 9. de eadem Latione in Officiò, & ultimò *Evangelio* in *Missà*. Excipiuntur *Vigilia Nativitatis Domini*, & *Epiphania*, quæ etiam niant in *Dominica*, sit nihilominus de ijs eadem, quæ occurrunt, uti in proprijs notatur locis, fit tunc in utraque illarum *Vigiliarum* in *Missà* dicitur *Credo* ratione *Dominicae*, esto *Dominica*, in qua altera illarum occurrit, tunc *vacant*. *To. I. P. I. Tit. II. lit. m. 2. item Tit. 3. n. 14.* conformiter *lit. General. XI. Missal.* Cæterum Officiò *Vigiliae Nativitatis Domini*, ut *Jejunium* tunc separatur à *Jejunio*, quod in casu fit in *Sabbato* *Dominicam* illam *precedente*, nè *jejunemus* in *Dominica*, quod prohibetur *C. Utinam, 1. De Vigilia & c. Jejunium 14. de Consec. 1. c.*

2. Si *Vigilia minor* occurrat in *Festo solemnè alicujus loci*, alioquin *Festo duplici* 1. *Classis* ( v. g. in tali quò *Vigilia S. Joann. Baptistae* occurrit in *Festo SS. Corporis Christi* ) nihil prorsus fit de *Vigilia* in Officiò & *Missà* illius diei, ne quidem *Commemoratio*, nè scilicet ( inquit *Casti* ) *solemnitas* imminuat: imò expedit.



scilicet non est duplex 1. Classis  
sed Ritûs inferioris) aut in diem O-  
ctavam alicujus Festi, tunc juxta  
Gavant. nixum auctoritate Rubricæ  
De Vigil. Officium ac Missa dicuntur  
de Festo, in diem illum seu inciden-  
te, seu Translato: de Vigilia tamen  
fit Commemoratio in Laudibus, &  
Missis privatis, diciturque de eadem  
Vigilia etiam 9. Lectio in Officio, ac  
ultimum Evangelium in iisdem Mis-  
sis: in Ecclesijs verò Cathedralibus, &  
Collegiatis cantantur tunc duæ Missa  
Conventuales, una de Festo post Ter-  
tiam, Altera de Vigilia post Nonam,  
uti habetur Rub. Gen. III. Missal. n.  
1. & XV. n. 2. Idem est, si Vigi-  
lia incidat in diem Octavam alicujus  
Festi; tunc enim pariter fit Officium  
cum Missis privatis de die Octava, cum  
Commemoratione, nona Lectione,  
ac ultimo respectivè Evangelio de  
Vigilia ut paulò antè. Dixi autem:  
in diem Octavam; quia Rubrica mo-  
dò allegata (ut post Gav. rectè no-  
tat Arnaud) non est intelligenda de  
die infra Octavam, sed solum de ipsa  
die Octava (exceptò casu paulò post  
referendò) & ità post diligentem  
Discussionem declaratum fuisse à  
Sac. Rit. Congregat. ait idem Au-  
ctor:

Ad dies enim infra Octavam  
occurrentes quod attinet, in Vigi-  
lijs, quæ veniunt infra Octavas, Of-  
ficium quidem dicitur de die infra O-  
ctavam (si non occurrat fieri de Fe-  
sto

scilicet non est duplex 1. Classis  
sed Ritûs inferioris) aut in diem O-  
ctavam alicujus Festi, tunc juxta  
Gavant. nixum auctoritate Rubricæ  
De Vigil. Officium ac Missa dicuntur  
de Festo, in diem illum seu inciden-  
te, seu Translato: de Vigilia tamen  
fit Commemoratio in Laudibus, &  
Missis privatis, diciturque de eadem  
Vigilia etiam 9. Lectio in Officio, ac  
ultimum Evangelium in iisdem Mis-  
sis: in Ecclesijs verò Cathedralibus, &  
Collegiatis cantantur tunc duæ Missa  
Conventuales, una de Festo post Ter-  
tiam, Altera de Vigilia post Nonam,  
uti habetur Rub. Gen. III. Missal. n.  
1. & XV. n. 2. Idem est, si Vigi-  
lia incidat in diem Octavam alicujus  
Festi; tunc enim pariter fit Officium  
cum Missis privatis de die Octava, cum  
Commemoratione, nona Lectione,  
ac ultimo respectivè Evangelio de  
Vigilia ut paulò antè. Dixi autem:  
in diem Octavam; quia Rubrica mo-  
dò allegata (ut post Gav. rectè no-  
tat Arnaud) non est intelligenda de  
die infra Octavam, sed solum de ipsa  
die Octava (exceptò casu paulò post  
referendò) & ità post diligentem  
Discussionem declaratum fuisse à  
Sac. Rit. Congregat. ait idem Au-  
ctor:

3. Si Vigilia minor incidat  
in aliud Festum 9. Lctionum (quod



Ro 9. Lectionum) cum Commemoratione *Vigilia in Laudibus*, & nota de eadem Lectione; at verò *Missa* (etiam *Conventualis*) juxta eandem *Rubric. III. Missal. n. 2.* dicitur de *Vigilia*, cum Commemoratione *Octava*, siquidem *Officium* fuerit de *currente Octava*; & *Color Altaris* in *Missis* privatis tunc sequitur *Officium*, at verò *Color Paramentorum Sacerdotalium*, & *Calicis* debet esse conformis *Missa*, adeoque esse *Violaceus*, imò & *Altaris* illius, in quo fit *Missa solennis*; Si autem *Officium die infra Octavam* occurrente non fuerit de *currente Octava*, sed de *Festo 9. Lectionum*, tunc etiam *Missa* dicitur de *Festo*, cum Commemoratione *Octavæ*, & *Vigilia*. A priore tamen parte de *Vigilia minore* (veniente diebus *infra Octavam*) supra assertorum excipitur *Octava SS. Corporis Christi*; nam si *Vigilia S. Joannis Baptista*, vel *Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli* venerit *infra Octavam SS. Corporis Christi*, non tantum *Officium* sed etiam *Missa privata* dici debent de *Octava*, cum Commemoratione *Vigiliæ in Laudibus*, & *Missis* privatis, nec non cum 9. de eadem Lectione in *Officio*, ac ultimo *Evangelio* in iisdem *Missis*; in *Ecclesijs* verò *Cathedralibus*, & *Collegiatis* cantantur in eo casu juxta *Rubricam* novam *Missalis* recogniti dux *Missa Conventuales*, una de *Octava* post *Terriam*, alia de *Vigilia* post *Nonam*, absque Commemora-

tione *Vigilia* in priore, & vicissim absque Commemoratione *Octavæ* in posteriore, sed cum *Orat. 2. Concede*, & 3. *Ecclesia*, vel pro *Papa* in utraq; nisi occurrat *simplex*; tunc enim in priore *Oratio 2.* est de *simplex*, 3. de *B. V.* in posteriore autem non fit de illo *simplex* Commemoratio, sed dicuntur *Orationes* ut paulò antè: In priore dic. *Pasfario* de *Nativit. Domini*, in posteriore *Præf. Communis*; in priore *Col. Alb.* in poster: *Col. Viol. in fine* autem utriusque dicitur *Evangel. S. Joannis*.

A posteriore autem paulò antè *Assertorum* de *Vigilia infra Octavam* occurrente, excipiuntur festus, quò *Festum S. Leonis Pap. & Confess.* venit *infra Octavam Nativit. S. Joann. Baptista* die 28. Junij; tunc enim juxta *Rubricam* *Festo S. Leonis* immediatè præfixam *Officium*, & solæ *Missa privata* dicuntur de *Festo*, cum Commemoratione *Octavæ S. Joann.* & *Vigilia*, alijsque ut supra: In *Ecclesijs* autem *Cathedral.* & *Colleg.* cantantur tunc pariter dux *Missæ Conventual.* una de *Festo post Tertiam*, cum Commemoratione de *Octava S. Joann.* & 3. *Oratione Concede*, de *B. V.* Altera de *Vigilia*, cum *Oratione 2. Concede* de *B. V. & 3. Ecclesia*, vel pro *Papa*. *Cantorum*

Notare hoc loco juvat *Missam Vigilia* censeri propriam *Vigilia*.



gilia, licet sumatur de Communi, ac proinde non omittendam in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, uti observat Arnaudus Episcopus. Tract. 1. P. 1. Tit. 7. 4. 2. Quod quando præscribuntur cantandæ duæ Missæ Conventuales, una de Festo, alia de Vigilia, aut de Feria aliqua majore, si in Officio facta fuerit quædam Commemoratio de Festo simplici, aut de die infra Octavam, fieri quidem illa etiam debeat in Missa de Festo, non autem in Missa de Feria, aut Vigilia in Officio: si verò faciendæ sit Commemoratio Ferie, aut Vigilia in Officio, tunc illa quoque fieri debeat in Missa de Feria, aut Vigilia, non autem in Missa de Festo. 3. In Missa Vigilia minoris nunquam dicitur Gloria, neque Credo, etiam si in Officio dictum sit Te DEUM (v. g. in casu, quò Vigilia minor venit infra Octavam, quia Missa ejusmodi Vigiliae non concordat cum Officio) semper autem dicitur in Missa ejusmodi Vigiliae Præfationem Communem (etiam si currat Octava, propriam habens Præfationem) & in fine Benedicamus. Gav. Arnaud. & Lohner Instr. 1. P. 4. Tit. 4. n. 1. & 6. qui cum iisdem ibidem n. 2. rectè observat, si in Vigiliam minorem extra Octavam incidat Festum semiduplex, 2. Orationem esse tunc in Missis privat. de Vigilia, tertiam verò à Dominica III. post Pentecost. usque ad Adventum de Tempore, puta

A cunctis, non autem Concede, quæ alioqui 2. locò dicitur in Vigilia. Constat id ex Rubr. Missal. ad diem 19. Septembris extante post Missam illius diei: idem ibidem habebatur die 20. Septembr. cum S. Eustachius etiamnum esset semiduplex, uti videre est in paulò antiquioribus Missalibus. Dixi autem: extra Octavas; nam per Octavas, quando in his occurrit semiduplex, id non procedit; tunc enim, si non occurrat Vigilia, 2. Oratio est de Octava. 3. Concede; si verò occurrat simul Vigilia, 2. Oratio est de Octava. 3. de Vigilia.

4. Si Vigilia extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale incidat in primam diem Mensis non impeditam Officiò 9. Lectionum, post Laudes diei dicitur (cum pridianis Vesperis) Officium Defunctorum, ut suis locis; Missæ quoque tum private, tum Conventuales in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, tunc pariter ordinandæ sunt, ut suò locò declaratur, ac præscribit Rubrica Missalis Generalis P. n. 1.

5. Si Vigilia extra Quadragesimam, ac Tempus Paschale incidat in Feriam II. non impeditam Officiò 9. Lectionum, tam in Missa principali, quam Missis privatis faciendæ est Commemoratio Generaliter pro Defunctis per Orationem Fidelium, semper penultimò locò (etiam



nam in casu, quò simul occurrit *Festum simplex* ) dicendam. Ità præscribente Rubric. Gen. V. Missal. n. 2. ubi Verba illa : *in qua fit Officium de Feria*, comprehendunt nomine *Feriae* etiam *Vigiliam*; & ità observatum fuit quoque Romæ 1710. ( uti & annò 1704. ) cùm *Vigilia Ss. Simonis & Judæ* incidisset in *Feriam II.* siquidem utroque eò annò Directorium Romanum in *Missâ Vigiliae* pro 2. Oratione præscribebat Orationem *Fidelium*.

6. Si *Vigilia minor* incidat in *Feriam majorem Adventus*, non impeditam Officiò 9. Lectionum, Officium fit de *Feria Adventus*, & nihil prorsus in Officio fit de *Vigilia*, ne quidem aliqua Commemoratio : at verò *Missâ* fit tunc de *Vigilia* ( dummodo *Feria* illa, in qua occurrit, non sit *Feria quatuor Temporum* ) ut supra, non obstante, quòd Officium non sit factum de *Vigilia*, cum Commemoratione *Feriae Adventus*, per Orationem *Dominicæ* præcedentis, & postea primùm *Festi simplicis*, si quod occurrat, alioquin 3. Oratio erit de *B. V. DEUS, qui de B. M. &c.* In fine dicitur Evangelium *S. Joannis*, non autem *Feriae Adventus*.

Dixi verò : Si *Vigilia minor* : nam de *Vigilia Nativitatis Domini*, quacunque *Feriâ* aut die ea occurrat, fit Officium, & *Missâ*, ut suò locò notatur.

Quòd si in *Vigilia Adventus* oc-

currat alicubi *Festum* 9. Lectionum etiam tunc in Officio nihil fit de *Vigilia*, sed Commemoratio de sola *Feria Adventus* ( sine Lectione tam de hac, quàm de *Vigilia* ) & *Festi simplicis*, si quod occurrat; attamen in *Missâ* illius *Festi* 9. Lectionum ( dummodo non sit 1. *Classis* ) fit Commemoratio tam de *Vigilia*, quàm de *Feria Adventus*, sed prius de *Feria Adventus*, quàm de *Vigilia*, uti ad Rubric. General. III. Missal. nota observant. *To. I. P. I. Tit. 3. n. 4.* cum eo Arnaudus, id colligitur ex Rubric. General. 7. Missal. n. 3. & 4. juxta quam Oratio 2. semper est de eo, de quo fit Officium : quia licet ( inquit Gav. ) de *Missâ Vigiliae* sit ordo, in *Missâ* tamen, non dicitur de *Vigilia*, sed de *Feria*, dignior est Oratio, quæ dicitur in Officio, illâ Oratione, quæ nullum in Officio locum habet, uti præter non habet *Vigilia* occurrens in *Adventu*. Exemplum simile habetur in *Festo S. Leonis Pap. 28. Junij*, in cujus *Missâ* Commemoratio de *Vigilia Ss. Petri & Pauli* est posterior Commemoratione de *Ostava S. Joannis Baptista*, licet *Missâ Vigiliae* quando hæc venit in *Sabbato*, præferatur *Missæ de Ostava S. Joannis Baptista*, ut ibi. At Petrus hic, quando occurrit *Festum* 9. Lectionum in *Vigilia minore Adventus* ( adeoque *Missâ* non dicitur de *Vigilia*, sed de *Festo*, cum Commemoratione



de Adventu, & secundâ de *Vigilia*, nisi Festum illud sit 1. *Classis* an, inquam, tunc in Missa talis Festi dicendum sit ultimum Evangelium de *Vigilia*? s. cum Gav. loc. cit. non non esse legendum Evang. de *Vigilia* in fine ejusmodi Missæ; quia nec in *Officio* legitur aliquid de illâ, nec etiam legitur in fine Missæ quat. Tempor. ejus Evangel. quando in eam *Feriam* incidit *Vigilia*. Quod si Festum illud 9. *Lectio*num, in quod incidit *Vigilia* occurrens in Adventu, sit duplex 1. *Classis*, tunc non modo in *Officio*, sed etiam in Missa talis Festi nihil omnino fieri de *Vigilia*, ne quidem Commemorationem esse fieri in Missa tunc debeat Commemoratio de *Feria Adventus* nec de *Festo simplici*, ex supra dictis constat, idque paulò antè insinuavi verbis illis: dummodo non sit duplex 1. *Classis*.

Quòd si alicubi in Adventu in *Vigilia* S. Thomæ Apostoli extra quatuor Tempora occurrat Festum 9. *Lectio*num, cantandæ sunt duæ Missæ, una de *Festo* post Tertiam, altera de *Vigilia*, post Nonâ (ut supra, & suo locò) in *Eclesijs Cathedr.* & *Collegiatis*; Commemoratio autem *Feria Adventus* juxta ibidem dicta, tunc non est faciendâ in Missa de *Festo*, sed in Missa de *Vigilia* (eò quòd *Feria*, & *Vigilia* sint ejusdem *Orationis*) ac in ea tertiâ *Oratio* tunc tunc, quæ alias 2. locò diceretur.

Gav. P. 1. Tit. 7. n. 2. litt. h. Ac verò non esse cantandas duas Missas in *Eclesijs* etiam *Cathedralib:* & *Collegiatis*, quando non simul occurrente aliquò *Festò* *Vigilia* aliqua incidit in *Feriam Adventus*, vel *Quadragesimæ*, vel quatuor *Temporum*, colligitur ex Rubr. *Vigiliæ* S. *Andræ* adscripta: aliter tamen est discurrendum de *Vigilia Ascensionis* incidente in *Feriam* IV. *Rogation.* juxta propriam Rubricam.

7. Si *Vigilia minor* incidat in *Feriam majorem Quadragesimæ*, aut in *Feriam majorem quatuor Temporum* (quorum prius contingit aliquando *Vigilia S. Matthiæ*, posterius verò *Vigilia S. Thomæ*) tunc in *Officio* nihil omnino fit de *Vigilia*, in Missa autem (dicendâ de *Feria* illa, nisi occurrat Festum 9. *Lectio*num) fit de *Vigilia* solummodo Commemoratio, nec legitur in fine Missæ Evangelium de *Vigilia*, sed *Evangel. S. Joan.* ut supra ex Gavant. ostensum.

8. Tempore Paschali non fit *Officium*, aut Missa de *Vigilia*, nisi in *Vigilia Ascensionis*, & *Vigilia Pentecostes*, quarum tamen prior non jejunatur, ceditque tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* *Festis* 9. *Lectio*num, sed modò ibi descriptò; posterior verò jejunatur, sed nulli omnino cedit *Festo*, unde quaecunque in ea occurrens transferri debet post Festum SS. *Trinitatis*.



9. *Vigilia* (perinde ac *Festum simplex*, & *S. Maria in Sabbato*) non *Concurrit* cum aliquo *Officio* in *secundis Vesperis*; quia cum ejus *Officium* terminetur ad *Nonam* (urpote *Feriale*) ideo *Vesperæ* illius diei, in quo occurrit, sunt regulariter de-  
quenti *Festo*; sed neque cum ipso potest esse *Concursus* in *primis Vesperis*; quia *Vigilia* *Officium* incipit ad *Matutinum*, non autem in *pridianis Vesperis*, ut suo loco dictum.

§. XII.

Corollaria ex hæcenus Dictis de Occur-  
rentia, & Concurrentia Festorum.

**E**X Dictis hæc Titulo de Occur-  
rentia, & Concurrentia *Festorum* &c. duplicis Generis  
COROLLARIA deducuntur :  
quorum *Priora* regulandæ *Festorum*,  
ac *Officiorum Translationi*; *posteriora*  
verò regulandis *Comemorationibus*,  
in *Officijs*, ac *Missis Festorum* occur-  
rentium & concurrentium faciendis  
deserviunt.

Corollaria pro regulanda  
Festorum Trans-  
latione.

**E**X dictis de Occurrentia *Festo-*  
rum colligitur 1. quænam *Offi-*  
*cia*, ac *Festa* possint, ac debeant  
*transferri*, nempe. ex *Festis* sola *Festa*  
*duplicia*, & *semiduplicia de Precepto*, suo  
die celebrari impedita; ex alijs ve-  
rò diebus quoad *Officium*, & *Missam*

( non autem quoad obligationem  
audiendi *Sacrum*, & abstinentiæ ab  
opere servili ) etiam *Dominicæ* ( si  
nempe juxta *Rubricas*, ut ab ipso  
do contingit, ad diem aliquam præ-  
cedentis *Hebdomadæ* quoad *Offi-*  
*cium*, & *Missam* sit anticipanda ) et  
etiam *Vigilias minores*, si ipse in *Do-*  
*minicam*, *Festa* verò illa, quæ  
sunt *Vigiliæ*, in *Feriam* II. incidant,  
&c: vicissim nunquam transferri  
diem *Octavam*, nec *Feriam*, nec *Festum*  
*simplex*, sed de istis, si die suo cele-  
brari *Officium* non possint, vel solam  
fieri *Comemorationem* suis locis  
si dies, aut *Festum* occurrens ad per-  
mittat; vel, si ratio diei, vel *Festi*  
occurrentis neque hanc permittat,  
omnino tunc omitti pro eo ante  
aut loco : unde fieri potest ( ut supra  
ex *Gav. noravimus* ) ut alicubi  
quam quid fiat de *Festo simplex*, ne-  
que *Officium* scilicet, neque *Comemora-*



meratio, v. g. in Ecclesijs S. Augusti-  
no, aut S. Jacobo majori dicatis, in  
tempore prioris Patrocinio nunquam  
fit aliquid de S. Hermite Mart. neque  
aliquid de S. Christophoro in Festo Pa-  
trocinij posterioris. Non amplius  
quoque transferri posse *Festa duplicia*,  
aut *semiduplicia* merè ad libitum, si die  
suo celebrari non possint, seclusò  
speciali Indultò Sedis Apostolicæ,  
constat ex suprâ dictis Tit. 5. de Fe-  
stis ad libitum, nec non P. II. die 5. Se-  
ptembris.

Colligitur 2. Non modò  
quando, sed etiam in quem diem fa-  
cienda sit Translatio Festi, quod  
suo proprio celebrari non potuit, &  
capax est Translationis, nempe u-  
niversim loquendo in diem proximam  
non impeditam: diem autem impedi-  
tam esse 1. omnem diem privilegiatam,  
id est, habentem jus ad aliud Festum,  
etiam dignius, excludendum; cu-  
jusmodi *dies privilegiata* sunt se-  
quentes, nempe *dies Octava Epiphaniæ*,  
*Feria IV. Cinerum*; *Feria omnes majo-  
ris hebdomadæ*; *Vigilia Nativitatis Domi-  
ni*, & *Pentecostes*, plurèsque alia de  
quibus §. 5. præcedentibus: qua-  
rum aliquæ tam Officium, quam  
Missam (etiam Votivam solennem)  
de Festo in illis occurrente exclu-  
dunt; alia verò excludunt quidem  
Officium de Festo occurrente, illud-  
que faciunt transferri in diem pro-  
ximam non impeditam, permittunt  
tamen, ut in ijs Ecclesijs, in quibus

alioquin eo die vel celebratur *Titu-  
lus Ecclesiæ*, vel magnus est populi  
concurus ad celebrandum Festum,  
quod ratione ejusmodi diei privile-  
giatæ transferri debet, cantari que-  
ant duæ Missæ, una de die, altera  
de Festo transferendo, modò ac  
Tempore alibi declarato, & decla-  
randa, juxta Rubric. VI. & XV.  
Missal. novi. 2. *Dies impedita* sunt  
omnia *Festa duplicia*, ac *semiduplicia*  
diem sibi competentem vi Rubrica-  
rum occupantia. 3. *Dominicæ* suo  
Tempore ac Ritu sibi proprio, ni-  
mirum ad minimum *semiduplici* ce-  
lebratæ: nam si anticipentur, tunc  
quia Ritu *simplici* seu *feriali* tantum  
celebrantur (id est cum 3. duntaxat  
Lectiõibus de Homilia Dominicæ  
anticipatæ) cedunt Festis Transla-  
tis, exceptâ ex parte Dominicâ II.  
post Epiphaniam, quando Septua-  
gesima Venerit in prima Dominica  
post Octavam Epiphaniæ: tunc e-  
nim ordinatur Officium Dominicæ  
anticipatæ ut in Rubrica præfixa  
Dominicæ I. post Epiph. 4. *dies*  
*impedita* sunt etiam *dies infra Octa-  
vam*, verumtamen non nisi respectu  
Festi *semiduplicis ad plures, quam unum diem*,  
*translati*; nam quia *dies infra Octa-  
vam* propriè non sunt *Festa*, prout  
hic sumimus, sed *continuatio Festi*, i-  
deo respectu *Festorum duplicium dies*  
*infra Octavam* ( nisi *Octava* sit etiam  
contra hæc *privilegiata* ) non sunt  
*dies impedita*, imò neque respectu *se-*  
*mi-*



miduplicis solummodo ad unum diem translatis; Nam si Festum semiduplex occurrat in Dominicâ infra Octavam non privilegiatam ( h. e. ralem, quæ admittit Festum etiam semiduplex ) tunc, si sequens FERIA II. non est impedita Festo 9. Lectionum, in illam transfertur Festum etiam semiduplex, cum Commemoratione Octavæ juxta Rubric. General. X. Brev. n. 5. modò inferiùs pluribus declarandò. Idem est de Festo semiduplici occurrente in Festo duplici infra Octavam non privilegiatam; tunc enim pariter non esse id transferendum post Octavam, quando dies immediatè sequens aliò Festo duplici, vel semiduplici impedita non fuerit, sed faciendum tunc esse de eo Officium die immediatè sequenti, tradit cum alijs Gavant. To. 2. f. 3. c. 8. n. 3. quem ( idipsum ibidem asserentem ac concedentem de Festo semiduplici occurrente in Festo Ascensionis Domini ) annò 1710. secutum est Directorium Romanum, quò Festum semiduplex Ss. Joannis, & Pauli, occurrens in die Octava Ss. Corporis Christi, transtulit in proximè sequentem Feriam Sextam, quæ erat dies quarta infra Octavam Nativitatis S. Joan. Baptistæ. Gavanto, & Directorio Romano Suffragatur Sac. Rit. Congregatio apud Pisartum, suprà cit. die 26. Junij, ubi stabiliantur modò dicta, uti & P. I. Tit. de Festo Ascensionis.

Quòd si autem dies infra Octavam, immediatè sequens Festum duplex, aut Dominicam infra Octavam non privilegiatam, in quo vel quo occurrit Festum semiduplex, sit impedita Festo 9. Lectionum, tunc paulò antè allegatam Rubricam transferri id debet ultra seu post Octavam ( ob rationem abbi Gav. f. 3. cit. c. 10. n. 4. datam ) siquidem plures Octavæ se proximè invicem consequantur ( ut fieri potest, si Octava Ss. Corporis Christi misceatur Octavæ S. Joannis, Bapt. & hæc Octavæ Ss. Petri & Pauli ) tunc ultra omnes Octavas. Anteriori transferri debent post Octavam illa Festa semiduplex, quæ antè illam Occurrentia propriò suo die celebrari non poterant. Gav. f. cit. c. 8. n. 3. Cæterùm rectè observat Pissart Director. Can. Tit. X. Reflex VI. in fine, quòd si Festum semiduplex occurrens in Dominica infra Octavam non privilegiatam, aliquando ob Feriam II. proximè sequentem Festo aliò 9. Lectionum occurrente impeditam, transferri debeat post Octavam, tunc rursus servandum esse ordinem Occurrentiæ & Translationis à Rubrica Gener. X. n. 7. prescriptum, ità, ut priùs celebratur ex Festis Translatis id, quòd priùs occurrit, seu translatum fuerit.

At Petes : an etiam Festa ad habitum inter dies impeditos censeri debeant?



beant? v. g. an si Feria II. occurrat  
*Festum ad libitum*, Dominicâ verò  
 precedente privileg: occurrerit Fe-  
 stum aliquod duplex, quod propte-  
 rea sit transferendum, huic *Festum*  
*ad libitum* cedere debeat, ac proin-  
 de annò omitti, aut certè transfer-  
 ri. 32. *Festa ad libitum* non quidem  
 esse respectu Festorum transferendo-  
 rum eo sensu *dies impeditos*, quasi ea-  
 rum, quâ occurrit *Festum ad libitum*,  
 Festum translatum absolute celebra-  
 ri non possit (cùm hoc ipso, quòd  
 Festum ad Libitum pro illo die, quò  
 occurrit, sit *Festum ad libitum*, h. e. ta-  
 le, quòd celebrari, vel non celebra-  
 ri pro libitu potest, simpliciter omitti  
 possit, saltem sub eo Ritu, sub  
 quo est ad libitum, quò locus de-  
 bet celebrando alicui alteri Festo  
 translato, eò quòd uti Privilegijs hui-  
 usmodi nemo teneatur) posse tam-  
 en & ipsa eò sensu dici *dies impedi-  
 tas*, quatenus non datur obligatio  
 omittendi in gratiam præcisè Fe-  
 sti alicujus translati (ut præcedenti  
 Titulo 5. vidimus) sed fas est illa  
 etiam in hujusmodi casibus celebra-  
 ri, & Festum antecesser translata-  
 tum ulterius transferre in diem aliam  
 non impeditam, ità permittente ac  
 decernente Sac. Rit. Congregatione  
 annò 1682. 24. Januar. uti videre  
 est in Decreto *Festis ad libitum* in ap-  
 pendic. Breviarj summarè præfixo,  
 & apud P. Gob. Tr. 5. n. 650. Ap-  
 pend. 4.

Colligitur 3. quo ordine Festa  
 Translata, & quo Tempore quodlibet  
 illorum sit celebrandum; observan-  
 dum nimirum esse inter plura trans-  
 lata hunc ordinem, à Rubr. X. Ge-  
 neral. n. 7. præscriptum, ut scilicet  
 si plura Festa 9. Lectionum trans-  
 ferenda sint, eaque sint diversæ  
 Classis, seu, quoad Ritum inæqua-  
 lia (v. g. unum duplex, aliud verò,  
 vel alia tantum *semiduplicia*) prius  
 celebretur illud, quod est Classis seu  
 Ritus altioris, adeoque duplex an-  
 te *semiduplex*, etiam in casu quo du-  
 plex post aliquod *semiduplex* fuit  
 translatum, ità, ut etiam tunc prius  
 de illo, quàm de hoc *Officium* dica-  
 tur: inter plura duplicia autem  
 prius transferatur seu celebretur il-  
 lud quod est magis *solemne*: si ve-  
 rò Festa transferenda sint *equalia*, aut  
 omnia *eiusdem Classis*, ac *Ritus*, tunc  
 saltem regulariter, & seclusa speciali  
 Sedis Apostolicæ Dispositione (qua-  
 lis modò extat pro Festo Annun-  
 tiationis, incidente in *Feriam VI. Pa-  
 rasceves*, aut in *Sabbatum Sanctum*,  
 ut ibi dictum & paulò post dicitur)  
 unum ante aliud transferatur, ac ce-  
 lebretur eo ordine, quò alioquin e-  
 rant celebranda in proprijs locis,  
 ac proinde illud prius tunc celebre-  
 tur, quod Tempore prius fuit trans-  
 latum, ità, ut etiam illud Festum  
*semiduplex*, quod occurrit in *Domini-  
 ca*, quam immediate sequitur *dies non*  
*impedita* Festo 9. Lectionum, cedere  
 de-



debeat Festo anteriori translato, non modò *duplex*, sed etiam *semiduplex* ( nisi hoc, ut quidam ob Rationem paulò post referendam limitant, in *Dominica aliqua infra Octavam* occurrat ) uti monet Gav. s. 3. c. 10. n. 7. Quòd ipsum, ut Francisc. Monacelli Formular. Legal. Pract. P. 2. Tit. 13. fol. 67. allegans Decretum Sac. Rit. Congregation. de anno 1695. 11. Jul. & 1696. 22. Decembr. advertit, etiam de quocunque alio Festo ejusdem Ritus ac Dignitatis, cujus est antiquius translatum, est intelligendum, quando dies, in qua occurrit, est impedita ( ob *Dominicam* v. g. *privilegiatam*, aut *diem Octavam Festi mobilis &c.* ) non item est impedita dies immediatè sequens : tamen enim Festum die immediatè præcedenti, sibi alioquin proprio, occurrens, adeoque tantum ad unum diem translatum, videatur antiquiori translato, quoad Ritus tamen æquali, præferendum; eò quòd eò ipso die, in quo occurrit, possit adhuc de se habere primas Vesperas, vel saltem Commemorationem, nihilominus etiam in hujusmodi casibus servandam esse Rubric. General. X. n. 7. & die illa immediatè sequenti non impedita adhuc faciendum esse de *Antiquiori translato*, apud prædictum Auctorem Sac. Rit. Congregatio decrevit ( non obstantibus Decretis aliàs emanatis ) secuta Sen-

tentiam Gavant. loc. cit. item Gayeri in *Heortol. l. 4. c. 7. Billi de Sac. Ritibus Litt. O n 127 s. 4.* Et cipiendus tamen mihi videtur etiam casus, quò Festum *semiduplex* incidit in *Dominicam infra Octavam*; tunc enim, si Octava illa non sit una et privilegiata, & Feria 2. immèdiatè subsequens non sit alio Festo *duplici* vel *semiduplici* occurrente impedita, Festum *semiduplex*, in tali *Dominica infra Octavam* non privilegiata occurrens, videtur omnino in locum illam *immediatè subsequentem* transferendum, adeoque præponendum ( per se loquendo ) cuicumque alteri anteriori translato; tum quòd præscribere pro tali casu id videtur Rubrica Gener. X. parte 2. Num. 7. tum etiam id ipsum præcipi à Sac. Rit. Congregatione contendit Historicus Pisart, qui in *Direct. Can. Tit. X. de Translat. Festor. Resol. n. 11* hunc modum scribit : *Occasionibus Rubricæ X. n. 5. Dubium fuit s. Congregationi propositum sub hac verborum forma :*  
 " Cum annò 1704. dies Festus Ascensionis Domini nostri JESU Christi incidat in alterum quoddam Festum, nempe Ss. Apostolorum Philippi, & Jacobi, cumque præter alios dies Festos, nempe Ss. Athanasij, Inventionis S. Crucis, & Dominicæ infra Octavam Ascensionis, Officium eorundem Ss. Apostolorum ultra prædictam Dominicam infra Octavam Ascensionis



nis veniat transferendum, P. Abbas Hector Gironda Ordinis Cælestinorum, cum in dictam diem Dominicam infra Octavam, quæ erit 4. Mensis Maij occurrat etiam dies Festus S. Monicæ Viduæ, demissè Sac. Rit. Congregationi supplicavit declarari, an in Feria II. immediatè sequenti Dominicam infra Octavam Ascensionis, sit recitandum Officium Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi, vel potius alterum S. Monicæ prædictæ? & S. eadē R. Congregatio, auditis Cæremoniarum Magistris, juxta alias Decreta, sub die 22. Decembris 1696. edita, Officium in Feriâ II. prædictâ de S. Monica recitandum esse censuit. Et ita declaravit die 16. Sept. 1702. Adest (H) Sigillum. Descripti Emin. Cardinalis Carpineus. Et B. Inghirami Sac. Rit. Congreg. Secretar. Sequitur dein Decretum anni 1696. ita sonans: Urbis & Orbis Decretum Generale. "Cum nonnullorum, non ritè sensum Generalis Rubricæ Breviarj Romani cap. X. n. 7. de Translatione Festorum percipientium, obreperit opinio, quòd de Festo transferendo, quod potest in sequentem diem immediatè transferri, sit recitandum Officium ante alia æqualis Ritûs priùs translata, Sac. Rit. Congregatio ad relationem Eminenti. & Reve-

rendiss. D. Cardin. Petruccij supra dictam Generalem Rubricam omnino servandam, & quocunque aliò Decretò in contrarium non obstante, in casu proposito (servato Ordine Calendarij) Officium de primo translato priùs recitandum esse Declaravit: ita tamen, ut per hanc Declarationem nihil penitus circa semiduplicia in Dominicis infra Octavas occurrentia veniat immutandum: pro quibus prædictam Generalem Rubricam cap. 10. n. 5. pariter omnino observandam esse censuit, & ita declaravit, decrevit, & servari mandavit die 22. Decembris 1696. A. Episc. Ostiens. Card. Cybo. Locò (H) Sigilli. B. Inghirami S. Rit. Congregat. Secret. Romæ typis Rever. Camera Apostolica 1701.

Insistens igitur huic gemino Sac. Rit. Congregat. Decreto Pisartus locò citatò rectè distinguere videtur inter casum, quòd Festum semiduplex incidit in Dominicam infra Octavam, & inter casum, quòd incidit in aliam Dominicam per annum, & in hoc posteriore quidem casu observandam esse ad Litteram Rubricam General. de Translat. Festorum. 7. in priore verò eandem Rubricam n. 5. adeoque rectè inferre ex adducto à se Sac. Rit. Congregat. gemino Decreto, suppositâ authenticâ eorumdem ab hac emanatione, factaque sufficienti utriusque promul-



mulgatione, aut falsè incimatione : qualis tamen an exeunte anno 1703. saltem circa eorum recentius ( editum nempe 1702. 16. Septembr. ) re ipsa jam intervenerit, dubium moveri potest ex eo, quòd Directorium Romanum annò 1704. Festum S. Monicæ, incidens eò annò in Dominicam infra Octavam Ascensionis Domini, non transtulerit in Feriam II. immediatè subsequenter ( uti jubet allegatum à Pisarto Decretum ) sed in illam Feriam II. transtulerit Festum Ss. Apostolorum Philippi, & Jacobi, at verò Festum S. Monicæ in diem 30. Maij. Porrò Festa ejusdem Classis hinc esse censentur, quæ intra eandem Speciem semiduplicium, vel duplicium ( majorum, minorum &c ) continentur, licèt aliquin in ordine ad Commemorationes faciendas se mutuo dignitate superent; nam hæc posterior majoritas dignitatis hòc locò non attenditur. Hinc si sint simul transferenda Festa S. Marci Evangel. & Ss. Apostolorum Philippi & Jacobi, priùs reponendum est Festum S. Marci, quàm Festum dictorum Apostolorum, id quod observatum etiam fuit Romæ, cum annò 1707. Festum S. Marci incidisset in Feriam II. Paschæ, Festum autem Ss. Philippi & Jacobi in Dominicâ in Albis; quorum prius in diè 5. Maij, posterius autè in II. ejusdem etiam ibi fuit translatum, non obstantibus ijs, quæ habet Gavant.

To. 2. f. 3. c. 9. n. 3. Contrarium enim à Sac. Rit. Congregat. 1666. 18. Septembr. fuisse decisum, apud P. La Croix Tom. 4. l. 4. n. 156. testatur Mochier. Quemadmodum verò in Repositione duorum, vel plurium Festorum, Ritum habentium eundem, at die occurrentium diversa, attendenda est universaliter Prioritas Translationis, cui attendenda sit major dignitas [ à nobis alibi descripta ] ita quoque, si plura sint transferenda Festa, quæ eodem die occurrunt, & quibus non convenit Ratio majoris in vicem dignitatis, attendendus est in eorum Repositione major Apparatus, vel Populi cursus, ex quo vocatur etiam major solennitas, supposito, quòd sint eodem Ritùs. Cæterum

Regula & Rubrica de celebratione eò ordine, quòd aliquam copiant, Festis translatis, quoad Ritum æqualibus, die proximâ non impeditur, videtur equidem pati Exceptionem quoad Festum Annuntiationis B. V. Mariæ, quò illud incidit vel in Feriam sextam Parasceves [ uti annò 1711. ] vel in Sabbatum Sanctum : quando quidem in utroque hoc casu juxta Decretum Autoritate Innoc. XII. 1692. 14. Junij emanatum, Festum illud in Foro, & Choro in Feriam II. post Dominicam in Albis juxta superius ac sub locò dicta transferretur, non obstante, quòd Feria illa II. alibi aut aliquando sit impedita Festis aliis du-



duplici occurrente, aut quòd Fe-  
 fti S. Iosephi [ quòd æquè est Fe-  
 fti duplex 2. Clafsis, ac Feflum  
 Annuntiationis ] fit antiquius tran-  
 flatum, quàm Feflum Annuntiationis,  
 quando hoc cadit in Sabbatum San-  
 ctum, & illud in Dominicam Palma-  
 rum. Verùm dici potest, cùm Fe-  
 fti II. post Dominicam in Albis fit  
 pro ejuſmodi caſibus dies fixa pro  
 Feſto Annuntiationis celebrando, ideo  
 non ipſum inter Feſta translata tunc  
 proprie eſſe numerandum, ſed ea,  
 quæ Ferià illà II. occurrunt, niſi  
 ſint duplicia I. Clafſis ( his enim  
 die alicubi occurrentibus cedit  
 Annuntiationi, ubi non etiam ipſa eſt  
 duplex 1. Clafſis ) uti & ea, quæ an-  
 te, & poſt ipſam die ſuo celebrari  
 non poterant.

Si Feſtum alicujus S. Con-  
 ſultoris transferatur in diem ab ejus  
 obitu immediatè ſequentem non eſt  
 mutandus tertius Verſus in Hymno:  
 Hic Confefſor, ſed dicendum: *meruit*  
*locus*, dummodo I. Veſperæ de eo  
 poterint dici ſaltem à Capitulo,  
 juxta alibi dicta; & ità deciſum eſt  
 à S. R. C. die 13. Jun. 1682. Piſaræ  
 Dic. Can. Tit. 10. Reſ. 11. reſtatut.

Colligitur 4. Quo Ritu Feſta  
 translata ſint celebranda, nempe  
 celebranda eſſe, in quantum ſunt  
 translata, eodem Ritu, quò fuiſſent  
 celebrata, ſi translata non eſſent;  
 intellige tamen per ſe loquendo, &  
 ſiquidem ſint Feſta vel ſingularium

Sanctorum, hoc eſt, non habenti-  
 am Socium, aut Socios, vel plurium  
 quidem, ſed ſub una ratione Feſti  
 in Calendario Romano Breviarij  
 ſimul deſcripſorum, quin tamen ali-  
 quis, aut aliqui illorum ſit, aut ſint  
 alicubi Patronus loci, aut Titularis Ec-  
 cleſiæ, adeoque quin habeat altio-  
 rem ibi Ritu, quàm Socius, vel  
 Socij.

Dixi autem 1. in quantum  
 ſunt translata: nam quia Feſta in  
 diem impeditam incidentià ( v. g.  
 in diem, aut Dominicam privilegia-  
 tam ) transferuntur in Solo Choro non  
 autem etiam in ſero, ſeclufa ſpe-  
 ciali Diſpoſitione Eccleſiæ ( qualis  
 modò habetur pro Feſto Annuntia-  
 tionis B. V. M. cùm incidit in Fe-  
 riam VI. Paraſceves, vel in Sabbatum  
 Sanctum ) aut Sedis Apoſtolicæ ſpe-  
 ciali Conceſſione, prout requirit Ga-  
 vantus apud Gobat Tr. 3. n. 227.  
 vel denique legitimè alicubi præ-  
 ſcripta conſuetudine, ideo etiamſi  
 Feſtum aliquod Translatum cele-  
 bretur die illò, in quem transfertur,  
 eodem Ritu in Choro, quò alioqui  
 celebratur die ſibi proprio, non ta-  
 men tunc etiam celebratur cum ob-  
 ligatione aſſiſtendi ſacro, & abſtinendè  
 ab opere ſervili, regulariter loquendò,  
 hòc ipſò, quòd Feſta translata in  
 Choro, non perinde transferantur  
 in ſero, ſeu quoad prædictam Obligatio-  
 nem; ſed hæc regulariter affixa ma-  
 net illi dici, quò occurrunt Feſta

¶ Pars III. ¶

Trans-



Translata, etiam in casu, quò ea veniunt in *Dominica*, aut *infra Octavam Pascha*, vel *Pentecostes*, quocunque die, aut etiam *infra majorem Hebdomadam*, exceptò ultimò hujus, videlicet, in quo solo si veniat *Festum Annuntiationis B. V.* id juxta dicta in Ecclesia universali transferatur non modò in *Choro*, sed etiam in *foro* in *Feriam II.* post *Dominicam* in *Albis*, non autem, si veniat alijs diebus majoris Hebdomadae, aut subsequenti *Octavae Paschalis* quibuscunque.

Dixi 2. *per se loquendo*; nam juxta alibi dicta, si *Festum* aliquod occurrens *Tempore Paschali* transferatur ad *Tempus Non-Paschale*, aut è conversò *Festum* aliquod occurrens *Tempore Non-Paschali* transferatur ad *Tempus Paschale*, faciendum est de eo in priori casu, prout *Tempore Non-Paschali*, in posteriore verò, prout *Tempore Paschali*, modò scilicet suis locis annotatò: constatque ex ibi dictis, dari *Festa*, quæ aliam habeant *Missam* ( imò & *Officium*, saltem ex parte ) *Tempore Paschali*, & aliam *Tempore Non-Paschali*, uti v. g. *S. Hermenegildus* 13. Apr. & *S. Nereus* ac *Socij* 12. Maij &c, de quibus suò locò.

Dixi 3. *Et siquidem sint Festa* vel *singularium Sanctorum*, h. e. non habentium *Socium* vel *Socios*, vel *plurium quidem &c.* Nam si aliquis, vel aliqui illorum, qui sub *ratione unius*

*Festi* in *Kalendario Romano* sunt simul descripti, vel sit, vel sint *Patronus loci*, aut *Titularis propriae Ecclesie*, non item *Socius*, vel *Socij* ( e. g. tantum *S. Sebastianus*, non verò etiam *S. Fabianus* &c ) tunc juxta *Rubricam* post *Tabulam* occurrente extantem, & à *Gav. To. 2. f. 3. c. 10. n. 11.* ac seqq. declaratam, in eo loco, aut *Ecclesia*, in quo, vel qua unus vel alter tantum exprimitur est *Patronus*, aut *Titularis*, propriò non impeditò de illo, vel illis, solummodo fit *Officium* & *Missa*, tanquam de *Festo duplici* 1. *Classis*, qui est, vel sunt *Patronus loci*, aut *Titulus Ecclesie*, non autem fit quid ( saltem eo die ) ne quidem *Commemoratio*, de illo *Socio*, vel *Socijs*, qui non est, aut non sunt *Patronus loci*, aut *Titulus Ecclesie*: sed hujusmodi *Socium*, vel *Socios* tantum quod attinet, attendendum est juxta *Rubricam* modò allegatam, sub quo *Ritu* *Socius* vel *Socij* in *Kalendario Romano* sine descripti, si enim omnes sub *Officio*, ac *Missâ duplici*, vel *semiduplici* in eo sunt descripti, tunc *Socij* illius *Patroni*, vel *Titularis Sancti* transferuntur in primam diem *Officiò* 9. *Lectio* non impeditam, & de eis fit *Officium* tantum *semiduplex*, nisi tamen sint de *majoribus Festis* ( h. e. 1. vel 2. *Classis*; quia tunc de *Translatione* quoque *Socio* fiet *Officium duplex*, ac si proprio die celebraretur: si vero



in Calendario Romano omnes  
 tanquam *Feflum simplex* descri-  
 ptum, nihil in eò loco, vel Ecclefia  
 de Socio, vel Socijs; non eò i-  
 pfo die, quò fit de *Patrono* feu *Titu-*  
*lari*; quia *Feflum simplex* occurrens  
 in *Feflo 1. Classis* nec ipfum celebra-  
 ri, nec aliqua de ipfo fieri Commem-  
 oratio ibi poteft; non etiam alio  
 die; quia *Feflum simplex* juxta Ru-  
 bricas non *transferitur*; ergo nihil  
 unquam fit de Socio vel Socijs in  
 quomodocumque cafu, qualis v. g. datur  
 Junij in Ecclefia folis *Ss. Marcelli-*  
*ni, & Petro* dicatà, in qua *S. Erasmus*  
 eorum Socius nihil habet unquam,  
 nec quidem Commemorationem, in  
 ipfo aut *Miffa*; fecus eft de *S. Fa-*  
*bianus* refpectu Ecclefiarum, quarum  
*Patronus*, feu *Titularis* eft folus *S. Se-*  
*bastianus*; cum enim uterque horum  
 Sanctorum fub una ratione *Fefli du-*  
*plici minoris* fit defcriptus in Kalen-  
 dario Romano, ideo licet in ea Ec-  
 clefia in qua *S. Sebaftianus* eft *Patro-*  
*nus*, eo die, quò cadit *S. Fabianus*,  
 nihil fiat de ifto, fed folum de illo,  
 nempe de *S. Sebaftiano*, tanquam *Fef-*  
*lo 1. Classis*, fit tamen de *S. Fabia-*  
*no* Ritu faltem *semiduplici* juxta fuprà  
 dictam Rubricam *Officium & Miffa*  
 die alià post Octavam, in quam  
 transferitur. Idem eft, fi alicubi  
 occurrant duo Sancti ( e. g. *Ss. Cof-*  
*mas, & Damianus* ) uno eodemque  
 die fub ratione unius *Fefli semidu-*  
*plici* in Calendario Romano descri-

pri, & tamen unus tantum illorum  
 ( v. g. folus *S. Cosmas* ) fit *Patro-*  
*nus*, vel de eo solo habeantur *Reli-*  
*qua infignes*; liquidem in tali quo-  
 que calu fit illo die, quò occurrunt,  
 de folo *S. Cosma* fub *Ritu duplici*, *S.*  
*Damiani* verò *Officium* transferatur  
 in diem proximam non impediam,  
 quà etiam de ipfo fit, fed Ritu tan-  
 tum *semiduplici*, & liquidem de ipfo  
 fiat primum post totam Octavam *S.*  
*Cosma*, Oratio utriusque eft acco-  
 modanda in fingulari; fi verò ce-  
 lebratur intra Octavam *S. Cosma*  
 ( ubi hic eft *Patronus* ) v. g. die im-  
 mediatè fequenti, nempe 28. Se-  
 ptembr: tunc ad varietatem debet  
 fumi diverfa ex *Communi us. Mart.*  
 ut fuprà annotavimus. Confirmantur  
 modò dicta ex Decreto Sac. Rit.  
 Congregat. annò 1633. 12. Februar.  
 apud Gavant. in Indice Decretorum,  
 ejusdem II. Tomo præfixo  
 decernentis; *In Ecclefia Ss. Natarij*  
*& Celfi* fieri *Officium* debere de *Ss. eo-*  
*rum Socijs Vifore & Innocentio* fimul  
 post Octavam, ut in *Communi plurim.*  
*Mart.* Cur autem, quando ij, qui  
 dividuntur, non nifi fub *Ritu du-*  
 plici minore vel *semiduplici* in Kalen-  
 dario Romano funt defcripti, in eo-  
 rundem divifione de Socio, aut So-  
 cijs *Feflum* ac *Officium* celebretur  
*Ritu* duntaxat *semiduplici*, Gavantus  
 dat hanc Rationem: quia ( inquit )  
 non transferatur *Feflum*, nifi fit fal-  
 tem *semiduplex*; ex altera autem

[[ B b 2 ]]

par-



parte Diviſio Ritus duplicis Feſti plu-  
riū Sanctor. viſa eſt fieri ſatis Con-  
gruè, ſi Socius, aut Socij gaudeant  
Ritu ſaltem ſemiduplici, niſi (ut ſu-  
prà cum Rubrica excepimus) ſint  
altioris ordinis: nam ſi ijs, qui dividuntur,  
ſunt altioris ordinis & Claffis (nempe  
1. vel 2.) tunc de eo ſolo, qui eſt Pa-  
tronus, aut Titularis (v. g. de ſolo  
S. Philippo Apoſt. in propria hujus  
Eccleſia) fiet quidem ead die, quā oc-  
currunt Ss. Philippus & Jacobus,  
Officium dupl. 1. Claffis, de Socio tamen  
translato nempe [de S. Jacobo minore  
in dato caſu] juxta alibi dicta perin-  
de fiet Offic. die proximā non impe-  
ditā ſub Ritu duplici 2. Claffis, ac ſi  
ſuò proprio die fuiſſet celebratus;  
quia eſt unus de XII. Apoſtoliſ,  
quorum Feſta veniunt in numerum  
Feſtorum 2. Claffis: prædictā autem  
ſeparatione Patroni, aut Titularis à  
Socio vel Socijs factā curandum erit,  
ut Oratio, Lectiones, & Evange-  
lium cum Homilia congruant Feſto,  
ita, ut de uno, non de pluribus  
Officium fiat, ſi tantum unus ſit Pa-  
tronus, non autem hujus Socius; &  
ut deficientibus proprijs recurratur  
ad Commune Sanctorum, reſervatā  
Oratione propriā Patrono potiùs,  
quàm Socijs ejus, in numero ſingu-  
lari eidem accomodatā, pro Socijs  
autem ſumatur de Communi, ut ſit  
varieras, ſiquidem de Socijs con-  
tingat infra Octavam Patroni, aut  
Tituli Officium fieri; ſi enim de ijs fiat

primū poſt Octav: non ita urgebit  
neceſſitas variandi Oracionem. De  
quibus omnibus etiā ſuprà ſuis locis.

Colligitur 5. Quòd ſi eodem  
die non impedito occurrant duo, aut  
etiam plura Feſta ejusdem Claf-  
ſis, ſeu Ritus habentia omnino  
æqualem, illud eſſe transferendum,  
quod eſt minus ſolenne, ſeu minus ve-  
nabile, aut celebre. Quòd ſi dies, in  
qua occurrunt, ſit privilegiata, nec  
utrumque transfertur, & ambo, ut  
dane ſuperiùs deſcripto, reponuntur  
die proxima reſpective non impe-  
ditā. Ulteriùs

Si occurrerint, vel fuerint  
transferenda duo Feſta ejusdem  
quæ eodem die occurrerant, quorum  
unum ſit univverſale, alterum verò  
tantum particulare alicujus Diocæſis,  
vel Religionis ſeu Ordinis, præſer-  
ciendum eſt de univverſali, & poſtea  
primū de particulari, niſi obſer-  
ratio majoris dignitatis, aut inæqualitas  
Ritus (puta ſi poſterius ſit duplex, al-  
liud ſemiduplex &c.) aut Primogatus,  
vel conſuetudo legitime præſcripta;  
tunc enim præferendum eſt id quod  
eſt majoris Ritus, & alterum trans-  
ferendum; id quod expreſſe deci-  
ſum eſt à Sac. Rit. Congregatione  
anno 1698. 27. Septembr. teſtatur Pe-  
ſart in Dir. Can. Reſlex. 2. in Tit. Re-  
bric. 10. Brev. Utrum autem alteri  
in ſequentibus Caſibus particulari-  
bus ſit præferendum, ſi nempe eod-  
dem die occurrant Patronus Principa-  
lis



in locis, & Titularis Ecclesie Regularium in propria horum Ecclesia; vel Dedicatio proprie Ecclesie, ac simul Festum Patroni, aut Titularis, vel Festum Ss. Apostolorum Petri & Pauli occurrens in Dominica, & simul Festum Dedicatiois in eadem Dominica occurrens, &c. dictum est supra Titulo de Patronis, & Tit. de Dedicatioe &c. ubi alia plura huc pertinentia.

Quod si contingat, ut infra aliquam Octavam occurrant eodem die duo Festa duplicia ( ut in Ecclesia aliqua particulari, aut apud Regulares ratione Patroni, aut Dedicatiois facile contingere potest ) tunc transferendum juxta Rubr. X. Gen. n. 3. erit illud, quod est minus celebre in diem primum non impediatum.

Si stabiliter, seu singulis annis duo Festa homogenea, h. e. ejusdem Ritus, in eundem diem incidant, convenit, ut minus solenni sua quoque dies fixa auctoritate majorum assignetur, Exemplo Ecclesie universalis. Gob. n. 5. n. 657. & Arnaud. Non posse autem inconsulta Sede Apostolica, seu sine hujus Permissione dici ejusmodi fixae designationem fieri, nec passim eam fieri, aut concedi, patebit ex postea dicendis. f. 196.

Si Festum semid: adhibitum non poterit celebrari ( eò quod inciderit in Dominicam, aut in diem Festi mobilis, vel Octavam particularis Festi &c ) &c tamen habeat simul etiam Ritum

simplicem de precepto ( quale modò in Ecclesia universali est Festum S. Remigij ) eò annò non penitus est omitendum, sed celebrandum suo die Ritum simplici h. e. faciendo de illo Commemorationem suis locis, & legendo de eodem etiam 9. Lectionem in Officio diei ( si propriam, unam, vel duplicem habeat ) nisi ubi simul occurrit Festum duplex 1. Classis; hoc enim juxta sæpius jam dicta excludit simplicis Festi omnem Commemorationem &c.

Festum particulare 9. Lectionum, alioquin alicubi occurrens die 25. Februar. annò bissextili, est transferendum ad diem primam non impediatam, nisi sit 1. Classis; tunc enim translato S. Mathia ipsum die illo ibi est celebrandum. Sac. Rit. Congregat. 7. Sept. 1680. apud Pisart in Tit. X. de Translat. n. 8.

Officia sanctorum, quæ alicubi supersunt de Mense Decembri, transferri posse in annum sequentem, constat ex alibi jam dictis, & ita declaratum esse à Sac. Rit. Congregat. die 27. Septembr. itémque die 7. Decembr. 1698. scribit cit. Pisart.

Festum duplex occurrens ante Octavam non privilegiam non est transferendum post Octavam, sed infra eam celebrandum prima die non impedita. Ità apud Pisart Sac. Rit. Congr. de anno 1679. 30. Septembr.

[ B b 3 ]

Fe-



*Festis translatis tam semidupli-*  
*bus, quàm duplicibus cedunt ac cede-*  
*re debent Officia concessa à Sede*  
*Apostolica quibusdam Congregatio-*  
*nibus, Religionibus, aut Ecclesijs,*  
*vel Nationibus, ut semel vel plu-*  
*ries in singulis hebdomadis, vel*  
*mensibus per annum diebus Festo*  
*duplici vel semiduplici non impe-*  
*ditis dici possint v. g. de SS. Sacra-*  
*mento, aut Sanctis; ita enim decre-*  
*vit S. R. C. die 20. Martij 1706. apud*  
*Franc. Monacelli To. 2. Formular. le-*  
*gal. pract. Tit. 13.*

Translatò Festò, in cujus  
 die conceditur Indulgentia, non  
 transferri etiam Indulgentiam, nisi ex  
 Speciali Concessione Sacræ Sedis  
 Apostolicæ, videtur hodie esse extra  
 controversiam, postquam ita semel  
 iterumque, ut ajunt, responsum est à  
 S. R. C. nempe 30. Sept. 1670. & 10. Jun.  
 1690. Pisarto Teste. Hinc pro casu,  
 quò Festum S. Francisci Xave-  
 rij incidens in Dominicam I. Ad-  
 ventus ( contra quodcunque Festum  
 occurrens privilegiatam ) ex Præ-  
 scripto Rubricarum transfertur, &  
 quidem per Bullam Clementis XI. an-  
 nò 1703. editâ, in Fer. 2. ab eo determi-  
 namam, Societas JESU ab eodem San-  
 ctissimo petijt ac impetravit, ut unâ  
 cum Festo etiam Indulgentiæ ple-  
 nariæ, à Greg. XV. pro eodem con-  
 cessæ, in eandem diem 4. Decembr.  
 simul transferrentur, ut suò locò  
 dictum.

*Petes : An Rubrica X. Ce-*  
*ner. n. 7. disponens, ut, quando plu-*  
*ra Festa 9. Lætionum aquantur ( v. g. e-*  
*ejusdem Ritus ac solennitatis ) sunt*  
*transferenda, tunc unum ante aliud*  
*transferatur eo ordine, quò erant celebra-*  
*da in proprijs diebus, non tantum in-*  
*telligenda sit de Festis per accidens,*  
*sed etiam de Festis Stabiliter, seu in*  
*perpetuum impeditis, quò minus die*  
*suo proprio queant celebrari. Et*  
*Eam de utrisque ( per se, ac respec-*  
*ter loquendo ) procedere : quia in*  
*Pisartus in Direct. suo Canon. To.*  
*X. Reflex 14. observat ) æque hoc*  
*ac illa, inter translata eadem ratio-*  
*ne numerat; nec Rubrica in illis*  
*Titulo inter Stabiliter, & non Stabi-*  
*ter impedita facit Distinctionem.*  
*Hinc ( inquit ibidem Pisartus ) in*  
*Congr. die 28. Augusti. 1706. decretum,*  
*non licere Patribus Capucinis, nec ali-*  
*cujusvis Ordinis Regularibus, quibus non*  
*est concessum uti Breviario Patrum Ob-*  
*servantium, in usum deducere Brevi-*  
*arium in dicto ( PP. Observantium ) Brevi-*  
*ario num: 15. his verbis expressum :*  
*Quando plura Officia de Fræcepto*  
*eadem die in aliquibus locis ita inter-*  
*occurrunt, ut Translatio aliquo-*  
*rum seu aliquorum sit perpetua, tunc*  
*prima dies proximè non impedita*  
*assignata censetur in perpetuum*  
*pro die propria Festi translati respec-*  
*tivè. Si quidem Concessio, facta in Rub-*  
*ricis Breviario Minorum Observantium*  
*non extenditur ad non utentes eadem.*  
 Ita



tra cit. Auctor. cujus Doctrinam MM. Japonensium, & Festum S. Confirmat Nostrorum Praxis Ro- Cajetani Conf. incidens in diem 7. mana, qui [ ut nuperrimè à P. quod Augusti, quâ in eâdem Societ. JESU celebratur dies Octava S. Ignatij Fundatoris ] non celebrant aliò in perpetuum fixò die, sed illa eò modo ac Ordine transferunt, & celebrant, quò alia Festa translata stabiliter non impedita, sed tantùm per accidens.

### §. XIII.

## COROLLARIA

Pro regulandis Commemorationibus, quæ in Officijs, ac Missis Festorum Ocurrentium, ac Concurrentium juxta Rubr. Gen. IX. & XXXV.

Breviarij, nec non VII. & IX. Missalis Romani sunt faciendæ.

COMMÉMORATIONES, quæ aliquando in Officio diei Currentis ad utrasque, aut saltem alterutras Vesperas, nec non ad Laudes, & respectivè ad Missam post Orationem diei ex Præsripto Rubricarum sunt faciendæ, duplicis sunt generis, nempe Speciales, & Communes. Speciales consistunt in ijs Orationibus, quæ ratione alterius Festi, aut Officij Ocurrentis, vel Concurrentis, Orationi Festi, aut diei Currentis in hujus

Officio, & Missa prædictis locis sunt Superaddendæ. Communes sunt [ quæ alio nomine Suffragia Sanctorum, à majori illarum parte desumptâ Denominatione, dicuntur ] sunt illæ, quæ unâ cum suis Antiphonis, & Versibus sub Titulo Commemorationum Communium, seu Suffragiorum Sanctorum, extant in Psalterio post Vesperas Sabbati immediatè ante Completorium, fiuntque in fine Vesperarum, & Laudum ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam

Paſ.



Passionis exclusivè, & ab Octava Pentecostes, usque ad Adventum exclusivè diebus postea referendis. Ad Priores quod attinet

An, quando, de quo, & qualis faciendâ sit in Officio, ac Missa cujuslibet diei Currentis Commemoratio Specialis suis respectivè locis, non tantùm colligitur ex dictis in Superioribus §. §. de Occurrentia, & Concurrentia Officij, sed etiam [ quantum ad eas, quæ faciendæ, vel non faciendæ sunt in Officij, ac Missis Ecclesiæ universalis ] suis locis à Nobis dietim est annotatum. Ex quibus habetur I. In Festis duplicibus 1. Classis nullam fieri Commemorationem alicujus diei infra Octavam, nisi trium currentium Octavarum privilegiatarum [ nempe Nativitatis Domini, Epiphaniæ, & Corporis Christi ] nec etiam fieri in iisdem Commemorationem Festi simplicis, nisi quod in secunda Missa Nativitatis Domini fiat Commemoratio S. Anastasii Mart. fieri tamen etiam in Festis duplicibus 1. Classis Commemorationem Occurrentis cujuscunque diei Octava, item Occurrentis cujuscunque Dominica, & cujuscunque Ferie majoris [ sed ut infra ] ac demum Vigiliæ Epiphaniæ, non autem aliarum Vigiliarum. Habetur 2. In Festis duplicibus 2. Classis, præter Commemorationes, quæ juxta modò dicta sunt in duplicibus 1. Classis, fieri etiam Commemorationem [ sed in Laudibus, ac Missis ]

vatis tantùm ] occurrentis Festi simplicis, uti & occurrentium Vigiliarum, non tamen fieri Commemorationem diei infra Octavam non privilegiatarum, nisi in secundis eorum Vespere, que etiam in his nonnisi tunc, quando die sequenti fit Officium de illa die infra Octavam, uti expressè dicitur in Rubricis General. Tit. III. n. 6. Cur autem, non obstante, quæ dies infra Octavam altiore hant Ritum, quàm Festum simplex, fiat hoc, & non de illa Commemoratione in Festis 2. Classis in horum Laudibus, & Missa, Gav. dat hanc, quia de Octava sæpius fit Officium non autem de simplici; cum nunquam transferatur. Dicitur tamen: Diei infra Octavam non privilegiatarum; nam de 3. Octavis, nempe Nativitatis, Epiphaniæ, & Corporis Christi, utpote privilegiatis, fit juxta prædicta dicta Commemoratio quocunque Festo infra eas occurrente: et specialiter quoque Privilegio fit Commemoratio Octavæ S. Stephani, S. Joannis Apost. & Ss. Innocentii in Festis etiam 2. Classis, excepto Festo Circumcisionis, quod Festum licet, ubi non est Titulus, sit tantùm duplex 2. Classis, excludit tamen Commemorationem tam in Officij, quàm in Missa dierum infra Octavam cujuslibet illorum Festorum; hæc autem idem Festum excludat in Vespere Commemorationem de illa



plurimae minores precedentes, admittit  
 nomen in secundis suis Vesperis  
 Commemorationem diei Octavae S.  
 Stephani, ut ibi. Habetur 3. Quod  
 in Festis semiduplicibus infra Octa-  
 vas post Pentecosten concurrentibus 3.  
 Oratio in Missa de Festo semidupl.  
 non fit *A cunctis*, sed ea, quae alio-  
 quā in Missa de die infra Octavam est  
 secunda, nempe *Concede, &c.*, uti  
 constat ex Rubric. Gener. IX. Mis-  
 sal n. 7. & 9. è contra verò, si Fe-  
 stus semiduplex occurrat in aliqua Vi-  
 gilia, quae jejunatur, & in ea non  
 simul occurrat dies infra Octavam,  
 tunc in Missa de Festo semiduplici 2.  
 Oratio fit de Vigilia. 3. verò Oratio  
 non fit *Concede*, aut ea, quae alio-  
 quā in Missa infra Octavam est se-  
 cunda, sed Oratio *A cunctis*; quia  
 ipsam semiduplex praevalet Vigilia :  
 in Ecclesijs autem Cathedralibus,  
 & Collegiatis dicantur tunc duae  
 Missae Convent: una de Festo, in  
 qua Oratio 2. *A cunctis*. 3. ad libit.  
 nisi facienda sit Commemoratio de  
 Festo occurrente simplici; tunc e-  
 nim 3. est *A cunctis* : altera verò Mis-  
 sa dicitur de Vigilia, cum Oratio-  
 ne 2. *Concede*. 3. *Ecclesia*, vel pro Pa-  
 pa. Habetur 4. In duplicibus alijs,  
 & semiduplicibus faciendam suò locò  
 Commemorationem cujuscunque  
 Occurrentis Ferae privilegiatae, i-  
 temque cujuscunque Vigiliae, praeter  
 eam diei infra Octavam, & Festi  
 simplicis. An verò de haecenus e-

numeratis non tantum facienda sit  
 Commemoratio, quando *occurrunt*  
 eadem die, sed etiam, quando vel  
 ipsa, vel alia cum ipsis Officia in  
 1. aut 2. Vesperis *Concurrunt*; an i-  
 tem, & de quibus in *Laudibus*, ac  
 Missa tantum, vel etiam tam in *primis*,  
 quam *secundis Vesperis* facienda  
 sit Commemoratio, id ex supra di-  
 ctis de Occurrentia ac Concurrentia  
 Officiorum peti debet, & quoad  
 Commemorationes in universali Ec-  
 clesia fieri solitas pariter à Nobis di-  
 erim est annotatum. Illud tantum  
 circa Commemorationes *Feria-  
 rum privilegiatarum*, seu *majorum*,  
 nec non *Vigiliarum*, quae jejunantur,  
 ex Rubrica extante post *Tab. Occur-  
 rent*. universè hinc adnoto : De *Fe-  
 rijis Adventus*, & *Quadragesima*, quan-  
 do de eis non fit Officium, fieri  
 Commemorationem in *utrisque Ve-  
 speris*, *Laudibus*, ac *Missis* cujuscun-  
 que *Festi* ( nisi, ut in Ecclesijs Ca-  
 thedr. & Collegiatis, dicatur in super-  
 alia Missa de ipsa ejusmodi *Feria ma-  
 jori* occurrente ; tunc enim in Missa  
 Conventuali, quae in ejusmodi Ec-  
 clesia dicitur de Festo, non fit Com-  
 memoratio *Feria* ) de *quat. Temporib.*  
 verò, ac *Feria 2. Rogat.* nec non de *Vi-  
 gilijs minoribus*, quae jejunantur, fieri  
 eam in *Laudibus*, & *Missis Festi* tan-  
 tum ; ita tamen, ut si aliqua *Vigilia*  
 occurrat in *Adventu*, *Quadragesima*,  
 & *quatuor Temporibus*, vel in *Festis du-  
 plicibus 1. Classis*, sive *Patroni*, vel *Ti-*

¶ Pars III. ¶

¶ C c ¶

147



tili, aut Dedicacionis Ecclesie, de Vigilia nihil fiat in Officio; nec etiam in Laudibus: quoad Missas verò tam privatas, quàm etiam Conventuales (in Ecclesijs, Cathedralibus & Collegiatis) tam Vigiliarum, quàm dictarum *Feviarum majorum* observanda sunt ea, quæ in Rubricâ General. III. à n. 1. usque ad 6. præscribuntur, ubi inter alia habetur: si Vigilia (*minor*) occurrat in die alicujus Festi ex majoribus 1. *Classis*, non modò in Officio, sed etiam in Missa nullam fieri de ea Commemorationem. Dixi: *minor &c.*: Excipitur enim Vigilia Epiphania, de qua quocunque Festo Occurrente fit Commemoratio in 1. *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missâ*, ut ibi. Si Festum simplex occurrat FERIA IV. *Cinereum*, aut FERIA IV. vel VI. quatuor Temporum, aut in aliqua Vigilia, tunc, quia Festum simplex in ejusmodi FERIA, aut Vigilia occurrens non habet Officium, sed tantùm Commemorationem, idcirco etiam pridie in Vesperis FERIA, si quæ illud præcesserit, habet tantùm Commemorationem, ità, ut pridie integræ dicantur tunc de FERIA Currente, non autem à Capitulo de Festo simplici, ut alioqui dicendæ forent, si postridie ipsum Officium diceretur de Festo simplici. Quòd si Festum simplex occurrat in CENA DOMINI, tunc in Vesperis FERIA IV. præcedentis nè quidem fit Commemoratio de illo simplici; eò quòd postridie, nempe in

CENA DOMINI, nihil omnino fiat in Officio, aut Missa de Festo simplici in suis locis dicta.

Quando contingit fieri in Officio plures Commemorationes diversorum, Servandus est juxta Rubricas, & Arnaud. Epit. Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 33. hic Ordo, ut nimirum fiat Commemoratio de duplici ante diem Octavam, de die Octava ante Dominicam, de Dominica ante Festum semiduplex, de semiduplex ante diem infra Octavam (etiam in casu quò Festum semiduplex in Vesperis de duplici ceteris concurrat cum die infra Octavam) de die infra Octavam ante FERIA res Adventus, quatuor Temporum & secundæ Rogat; nec non ante FERIA Vigiliarum: de modò dictis FERIA majoribus, ac Vigilijs, ut de B. MARIA in Sabbato (quarto) in secundis Vesperis Festi s. *Leodegundæ*, FERIA VI. celebrati, de eodem debet Commemoratio pro Officio sequentis Sabbati) ante Commemorationem Festi simplicis eodem Sabbato occurrentis: de Festo duplici simplici fiat Commemoratio ante Suffragia Sanctorum, seu Commemorationes Communes de Croce (quæ tamen locum solummodo in feriali Officio habet) de S. MARIA de Apostolis, & de Pace, nec non ante Commemorationem cujuscunque Tituli, vel Patroni Ecclesie, aut Civitatis, inter prædictas Commemorationes



tes Communes pariter faciendam, ut etiam iisdem respectivè præponendam ( si ita ejus dignitas requiritur ) non tamen præponendam illi, quæ in *seriali* Officio est de *Cruce*; hæc enim, licet postponenda sit Commemorationi *Festi simplicis*, cuicumque tamen Commemorationi *Communi* ( etiam illi, quæ est de *SS. Trinitate* ) juxta dicta, ac dicenda præponitur, quando de ipsa facienda est Commemoratio, uti facienda est in Officio *seriali*.

Si autem sint faciendæ Commemoratio plurium *Festorum*: *ejusdem Gradus*, tunc *Festum dignius* est præferendum *minus digno*: Ordo autem dignitatis quoad faciendas Commemorationes hõc ferè modò Constituitur, ut scilicet primò locò ponatur *Festa CHRISTI*, tum *Festa B. Virginis*, dein *Ss. Angelorum*, postea *Ss. Joannis Baptistæ*, deinceps *Ss. Apostolorum*, *Martyrum*, *Confessorum Pontificum*, *Confessorum Non-Pontificum*, *Virginum Martyrum*, *Virginum Non-Martyrum*, *Non-Virginum*. Gavantus *De. 2. s. c. 18. n. 7.* putat, de *Sanctis Veteris Testamenti* faciendam quidem esse Commemorationem post *Apostolos* ( tamen si hos in *Litanijs* *Ordine Temporis* præcedant ) at tamen post *Apostolos* ante alios *Sanctos* *Novi Testamenti* statim illos esse collocandos; verùm cum nullum hujus *Prælationis* fundamentum ex *Rubicis* habeatur ( uti tamen ha-

betur pro *S. Joanne Baptista Apostolis* præferendo, & de *S. Michaële* *Archangelo* præferendo *S. Joanni Baptista* ) ideo censet *Lohnerus Instruct. II. P. 2. Tit. 2. §. 10. n. 2.* inter *Veteris*, ac *novi Testamenti Sanctos* eundem, quem dixi, promiscuè *Ordinem* esse observandum. Hactenus de *Ordine*, quo faciendæ sunt in *Officio* *Commemorationes* *Speciales*. Jam verò

Ad *Modum* eas faciendi in eodem *Officio* quod spectat, servandus est iste: post *Orationem* *diei* dicitur *Antiphona* ( seu *propria*, si talem habet, seu de *Communi* ) conveniens *Officio* illius, de quo facienda est *Commemoratio*, eique ad *Magnificat* assignata pro *primis*, aut *secundis Vesperis*, si quidem in *Vesperis* fit de eo facienda *Commemoratio*; aut ei assignata ad *Benedictus*, si in *Laudibus* fit de eo facienda *Commemoratio*. Post modò dictam *Antiphonam* dicitur *Versus*, inde sumendus ( nisi coincidat cum jam dicto ) unde sumpta est *Antiphona*, & ante hanc extans post *Hymnum Vesperarum*, ac *Laudum*: *Versui* subjungitur *Oremus*, & *Oratio* ejus, de quo fit *Commemoratio*, non tamen claudenda per *clausulam* *ordinariam*, nisi sit *ultima*. Porro si *Oratio* illius, de quo facienda est *Commemoratio* coincidat, seu sit eadem cum *Oratione* *principali*, hoc est, cum *Oratione* illius, de quo fit

¶ C c 2 ¶

fit



fit Officium, tunc Oratio Commemorationis mutanda est in aliam de Communi, quæ non sit eadem. Quia verò in Communi Abbatum pro Abbatibus non nisi unica habetur Oratio, ideo si in Festo, vel Octavâ alicujus Abbatis faciendâ sit Commemoratio ( seu *Specialis*, seu *Communis* ) de alio Abbate, v. g. de S. Hilarione, tunc Oratio pro secundo in *Officio* & *Missâ* sumenda est ex Communi Confessor: Non Pontif: v. g. proximè præcedens, nempe: *Adesto Domine &c.*, vel: *Deus, qui &c.*, additò verbò: *Abbatis*. Quòd si autem, ut sæpe contingit, etiam *Antiph.* vel *Versus* alicujus Commemorationis ( seu *Specialis*, seu *Communis* ) alioqui faciendæ, & tali Commemorationi in *Vesperis* aut *Laudibus* conveniens, sit similis *Antiphonæ*, aut *Versus* jam antecederet dictæ, vel dicto, tunc, nè eadem *Antiphona*, aut idem *Versus* iterum, seu bis, aut sæpius dicatur in iisdem *Vesperis*, aut *Laudibus*, pariter horum quoque faciendâ est Variatio, & in *Vesperis* quidem locò *Antiphonæ*, aut *Versus*, aut etiam utriusque in iisdem *Vesperis*, aut *Laudibus* jam semel dictæ, aut dicti, sumenda est *Antiphona* ( idem est de *Versu* jam dicto simili ) pro ulteriore faciendâ Commemoratione in *Vesperis* quidem, tam primis, quàm secundis, ex *Laudibus*, & è *Converso* in *Laudibus* sumenda sunt ex *primis Vesperis*,

nisi aliter in proprijs locis notetur, ut monet Rubr. de *Commemorat. n. 8.* hoc ultimum addendum propter Festum S. Hilarii ( ubi videtur 14. Jan. cum Ecclesia universaliter celebratur ) siquidem in hujus secundis *Vesperis* res aliter se habet, dum in illis locò *Versus* jam dicti dicitur *Versus* ibi assignatus: *Elegit nos Dominus &c.*, non autem ille, qui habetur in *Laudibus* Confessoris Pontificis, ut nimirum iste servare possit pro Commemoratione de sequenti Festo simplici S. Mauri Abbatis faciendâ; cum *Antiphona*, & *Versus* ei alioquin in primis *Vesperis* Conveniens jam dictus sit in eadem *Vesperis*, de S. Paulo Eremita à Capitulo dictis. Quòd si contingat, ut non modò duorum, sed trium, vel quatuor eorum de quibus in *Vesperis*, aut *Laudibus* faciendâ est mentio, *Antiphona*, aut *Versus*, ad *Magnificat*, aut ad *Totum dictum* alioquin dicendi, coinciderent seu invicem sint similes, tunc *Antiphona* in 1. *Vesperis* pro tertio sumitur ex 2. *Vesperis* Officij convenientis tali Sancto; pro quarto autem adhibetur illa *Antiphona*, quæ est prima Nocturni primi ejusdem Officij, & sic deinceps: Idem est de *Versu*, ut nimirum pro tertio sumatur pariter ex secundis *Vesperis*, pro quarto autem ex 1. Nocturno, & sic deinceps, dummodo *Versus* illi secundarum *Vesperarum* aut



aut Nocturnorum sint diversi à Ver-  
 sibus jam antecedenter dictis; quia  
 verò *Versus* secundarum Vesperarum,  
 alicui Officio Convenientium, sal-  
 tem Ordinariè coincidit, idèmq̃  
 omnino est cum Versu *Laudum*, &  
 Versus I. Nocturni pariter coinci-  
 dit, idèmq̃ omnino est cum Ver-  
 su primarum Vesperarum, adeoque  
 in hujusmodi casibus Ordinariè jam  
 antecedenter est dictus pro secun-  
 do, ideo pro tertio sumendus tunc  
 est in primis Vesperis ex 2. Noctur-  
 no, & pro quarto ex tertio Noctur-  
 no. In secundis autem Vesperis  
 in ejusmodi casibus ( in quibus sci-  
 licet plurium, quàm duorum, *similes*  
 habentium *Antiphonas*, vel *Versus*,  
 faciendæ in Vesperis est mentio )  
*Antiphona* sumitur pro secundo ex  
*Laudibus*, pro tertio ex primis Ve-  
 speris, pro quarto sumitur illa, quæ  
 est prima in primo Nocturno : Ad  
*Versus* verò in 2. Vesperis dicendos  
 in hujusmodi casibus quod attinet,  
 eodem modò per se loquendo esset  
 procedendum, sed quia *Versus Lau-  
 dum* Ordinariè est ille ipse, qui ad-  
 hibetur in 2. Vesperis pro illo, de  
 quo sunt *secunda Vespera*, adeoque  
 pro secundo, utpote jam dictus,  
 adhiberi in hujusmodi casu non po-  
 test, ideo *Versus* pro secundo in 2.  
 Vesperis Ordinariè sumendus est in  
 talibus casibus ex primis Vesperis;  
 pro tertio autem sumendus quidem  
 vellet ex primo Nocturno, sed quia

[[ C c 3 ]]

hic regulariter coincidit cum Versu  
 primarum Vesperarum, ac proin-  
 hic quoque jam dictus est in tali  
 casu pro secundo, ideo pro tertio  
 in tali casu sumi debet regulariter  
 ex II. Nocturno, & sic deinceps.  
 Quando denique in *Laudibus* de  
 pluribus, habentibus *similes Antiphonas*,  
 aut *Versus* faciendæ sunt *Com-  
 memoraciones*, tunc pro secundo  
 ( nisi aliter in proprio loco note-  
 tur ) juxta regulam Generalem su-  
 præ datam *Antiphona*, & *Versus* sumi  
 debent ex primis Vesperis; pro ter-  
 tio autem ex secundis Vesperis;  
 quòd si harum *Antiphona*, aut *Versus*  
 jam priùs dictis sint *similes*, tunc  
*Antiphona* pro tertio sumi debet  
 ex I. Nocturno ante 1. Psalmum po-  
 sita, & ex eodem Nocturno sumi  
 deberet etiam *Versus*, sed quia iste  
 Ordinariè est similis *Versui* prima-  
 rum Vesperarum, & iste in tali ca-  
 su jam dictus seu adhibitus est pro  
*Commemoratione* secundi, ideo pro  
*Commemoratione* tertij adhiben-  
 dus tunc erit *Versus* II. Nocturni.  
 Quòd si & quarta faciendæ fuerit  
*Commemoratio*, tunc pro illa ad-  
 hibenda erit I. *Antiphona* I. No-  
 cturni, si hæc nondum fuerit dicta,  
 si autem hæc jam fuerit dicta, ad-  
 hibenda erit *Antiphona* II. ejusdem  
 I. Nocturni, *Versus* autem sumen-  
 dus pro quarta *Commemoratione*  
 erit is, qui in Nocturnis positus  
 nondum est dictus, nempe positus  
 ante



ante Lectiones III. Nocturni. Gav. To. 2. f. 3. c. 11. n. 30. Arnaud: Tr. 2. P. 1. Tit. 9. n. 27. Cæterum nil refert (ut notat cit. Gav. n. 28.) si contingat, eundem Versum dici pro Commemoratione alicujus in primis Vesperis, & postea eundem rursus dici in Laudibus pro ejusdem Commemoratione, uti antehac contingebat, quando in Festum S. Donati M. transferebatur Inventio S. Stephani, tanquam diem nullo Festo duplici tunc impeditam: siquidem tunc pro Commemoratione S. Donati in I. Vesperis Versus sumi debebat de Laudibus unius Martyris nempe: *Justus ut Palma &c.* (eo quod Vers: *Gloria, & honore &c.* S. Donato alioqui in I. Vesperis conveniens, jam fuerit dictus pro Inventione S. Stephani, de qua erat prima Commemoratio) & tamen idem ipse Versus: *Justus, ut Palma &c.* in Laudibus sequentis diei rursus adhibebatur pro eodem S. Donato; quia in Laudibus cessabat ratio variandi Versum, cum in Laudibus Inventio S. Stephani gaudeat proprio Versu, ac proinde Versus, S. Donato de Communi unus Martyris in Laudibus de se conveniens, non amplius coinciderit cum Versu alio jam dicto in iisdem Laudibus. Notandum quoque est, si in Laudibus Officij, quod dicitur de Confessore Pontifice, faciendâ sit simul Commemoratio de Con-

fessore Non-Pontifice, aut vicissim in Laudibus Officij, quod dicitur de Confessore non Pontifice, faciendâ simul sit Commemoratio de Confessore Pontifice, non esse variandas Antiphonas utriusque eorum in Communi Sanctorum ad *Benedictus* assignatas; quia licet sine finibus quoad Initium, sunt tamen diversæ in fine; hoc autem sufficit ad varietatem, non modo relictam Gavantus, sed etiam comparatam Praxis ac usus Ecclesiæ, quæ, de Festum S. Henrici etiamnum est simplex, ac celebrabatur in Festo Bonaventura (tanquam die suo proprio) neutrius variabat Antiphonas, ad *Benedictus* dici solitas in Laudibus de Confess. Pontifice, & in Laudibus de Confess. Non-Pontif. uti videtur apud Gav. n. 29. in Tit. de Commemorationibus, quàm Versibus cujusvis Commemorationis additur unum *Antiphona*, tam in Laudibus, quàm in Vesperis; jam adfir. Ex dictis Resolventes I. quid agendum, quando in Officio de uno Martyre non debet Commemoratio de alio Martyre, & insuper inter Suffragia facienda est Commemoratio de Patrone eodem Martyre? Quid item in casu quo in Officio de uno Confessore, faciendâ est simul Commemoratio de duobus, aut pluribus alijs Confessoribus? Adhibendæ nimirum sunt Antiphonæ, & Versus non



dum dicti, artamen modò, ac ordine paulò antè descripiò. Resolves si in 2. Vesperis S. Agathæ, aut alterius Sanctæ, habentis Officium 9. Lctionum, fieri debeat Commemoratio B. MARIÆ pro ejus Officio in sequenti Sabbato celebrando, pro hujus Commemoratione loco Versus : *Diffusa est Gratia &c.*, utpote jam dicti, dicendum esse Verbum : *Benedicta tu &c.*, desumptum ex Laudibus Officij B. MARIÆ in Sabbato. At

Petes : quid agendum, si eodem die, quò fit Officium 9. Lctionum de pluribus Virginibus simul & Martyribus, occurrat quoque Festum simplex eiusdem quaritatis, de quo facienda sit Commemoratio in eodem Officio? R. Non deesse, qui dicant, in tali casu eandem Antiphonam : *Istarum est enim &c.* cum suo Versu : *Adducatur Regi &c.* in iisdem Vesperis, ac Laudibus etiam pro Commemoratione simplicis esse adhibendam, et ipsò, quòd non perinde, ac in alijs Officijs, diversæ, sed eadem omnino pro Vesperis, ac Laudibus Antiphona, atque etiam versus assignetur : & pro hac Resolutione allegant Decretum S. R. C. an verbo authenticum illud sit, dicere non habeo.

Si facienda sit Commemoratio de Tempore, id est, de *Dominica*, aut de *Feria* ( quo Nomine

hic etiam venit *Vigilia* ) *Antiphonæ* & *Versus* ante Orationem eodem modò sumuntur ex Proprio de Tempore, si pro ea Antiphona propria, aut Versus assignetur; alioqui de Psalterio. Oratio itidem sumitur ex Proprio de Tempore, ut ibi.

Porro, quando fit Commemoratio de *Dominica*, aut *Feria majori*, quæ habent propriam Homiliam, nona Lectio in Officio diei novem Lctionum dicenda est de Homilia illius *Dominica*, aut *Feria*, aut *Vigilia*, quæ proin nona Lectio erit vel prima de Homilia, vel omnes tres simul in unam Lctionem conjunctæ de eadem Homilia. Idem est de *Vigilia*, si de ea fieri debeat Commemoratio in Laudibus: nam quando non fit Commem. de *Vigilia* in Officio ( uti contingit, si *Vigilia* occurrat in Adventu, vel *Quadragesima*, vel *quatuor Temporibus*, aut in Festo duplici 1. Classis ) nec etiam dicitur tunc de ea 9. *Lectio*, etiam in casu, quo fit de illa saltem *Missæ*, ut fit in Adventu.

Quod dictum paulò antè de *Dominicis*, & *Ferijs majoribus* ( ut scilicet de ijs legatur nona Lectio in Officijs 9. Lctionum, quando de ijs in Officio fieri debet Commemoratio, & proprium habent Evangelium ) Gavantus To. 2. f. 3. c. 11. n. 32. extendit etiam ad diem *Octavam Ss. Petri, & Pauli*, si in ea occurrat *Festum nobilius*; cum enim etiam

etiam



etiam dies illa Octava habeat Homiliam cum proprio Evangelio, ideo sicut in Missa propter Commemorationem Dominica, vel Feria majoris, vel dictæ diei Octava ( ut ibi supponit ) legitur Populo in fine Missæ earum Evangelium, nè sit aliquod Evangelium in Missali, quod non aliquando legatur Populo, ita convenit, inquit, ut etiam in Choro exponatur illud idem Evangelium per Homiliam in fine Officij illius Matutini, in quo paulò antè per aliam Homiliam declaratum est Evangelium principale Festi, & Officij : Ità ferè Gav. qui tamen n. 37. excipit casum, quò in die Octava Ss. Apostolor. Petri, & Pauli non tantùm occurrit Festum Nobis ( v. g. Titulus Ecclesie, aut aliud 1. vel 2. Classis ) sed simul etiam Dominica; tunc enim, non obstante, quòd dies Octava sit dignior Dominica ( cum illa sit duplex, hæc autem tantùm semiduplex ) adeoque de die Octava facienda sit Commemoratio in Officio & Missa de Festo ante Commemorationem de Dominica, censet Gavantus locò cit. ratiōnam Lektionem in Officio, quàm ultimum Evangelium in Missa, dicendam esse de Dominica, non autem de die Octava, ut ut & ista propriam aliquam habeat Homiliam in suo Officio, ac proprium Evangelium in sua Missa : Neque enim, inquit, vacare permittitur aliqua Dominica per

annum, quin de ea, saltem in Sabbato precedenti, fiat Commemoratio ( ut locò ibi à se citatò probat ) & hoc ratione Evangelij, ut legantur Populo per annum in Missa omnia Evangelia Dominicalia : si verò in Missa est lectio, ergo & in Officio. Hæc Gavantus non desunt tamen ( teste Arnaldo Tract. 2. P. 1. Tit. 9. n. 32. ) qui censent, etiam in hoc casu dicendam potius Homiliam, ac Evangelium de die Octava, quàm de Dominica; tum quia Officium Octave est dignius Officiò Dominicæ; tum quia Evangelium proprium illius diei Octava non potest legi alio die, potest autem legi Evangelium Dominicæ sequenti aliquo die Hebdomadem die. Milii tamen, hac duplici Ratione non obstante, magis fundata, & moribus, ac Praxi Ecclesie Conformior videtur in hac parte Gavanti Sententia juxta alibi dicta.

Quando de die infra Octavam fit Commemoratio in aliqua Dominica, aut Festo aliquo 9. Lektionum, non dicitur de illa nona Lectio in Officio, nec ultimum Evangelium in Missa, quantumvis habeat in Breviario, & Octavario Romano propriam Homiliam, & Evangelium proprium pro qualibet die; imò neque tunc dicitur, quando habet illam Octavam Evangelium distinctum ab Evangelio Festi, id quod accidit infra Octavam Ss. Apost. Petri &



& Pauli, ac conceditur in Octava  
 Romano. ante Notationem 4.  
 ad Tit. VII. de Octav. Rubrica,  
 & Gavant: hic.

Si denique in die, in quo fit  
 Officium novem Lctionum, fiat  
 Commemoratio de Festo simplici, seu  
 trium Lctionum, tunc extra casus  
 mox excipiendos dici debet in Offi-  
 cio nona Lctio de Festo illo trium  
 Lctionum, siquidem propriam habeat,  
 & si duas habeat, ex duabus  
 fieri debet una, quæ sit nona in  
 Officio illo 9. Lctionum. Dixi  
 autem: Extra casus mox excipiendos;  
 nem: siquidem propriam habeat: Im-  
 piovius enim non legitur nona Lctio  
 de aliquo Sancto, quando fit de eo  
 Commemoratio in Dominicis, quæ  
 habent nonum Responsorium, seu in  
 quibus non dicitur Te DEUM lauda-  
 mus, quales sunt Dominica Septuages-  
 ima, Dominica Sexagesima, Dominica  
 Quinquagesima, ac omnes Quadragesi-  
 ma, & Adventus. Si autem Festum  
 simplex occurrat in alijs Dominicis  
 per annum, nempe minoribus, in  
 quibus non dicitur nonum Re-  
 sponforium, sed Hymnus: Te Deum  
 Laudamus, tunc, si fiat Officium de  
 tali Dominica, & non de Festo du-  
 pli in ea occurrente, non tantum  
 fit Commemoratio Festi simplicis,  
 sed etiam legitur de eodem nona  
 Lctio ( si propriam habeat ) in  
 Officio talis Dominicæ, saltem re-  
 gulariter. Ratio Disparitatis ju-

xta Gav. est: quia Responsorium  
 nonum, quod dicitur in Dominicis  
 majoribus vice Hymni: Te DEUM,  
 non bene quadraret Lctioni de  
 Sancto, sed bene Lctioni Homilia le-  
 gi Capta, ac proinde de ista, & non  
 de Sancto, etiam nona Lctio dicitur  
 Convenienter: secus res se ha-  
 bet quoad alias Dominicas, in qui-  
 bus cum de Sanctis, qui propriam  
 Lctionem habent ( unam, vel dupli-  
 cem ) de Vita & Gestis ipsorum  
 convenienter legatur aliquid ad In-  
 structionem Cleri, Lctionem illam  
 congruentissimè etiam sequitur  
 Laus divina per Hymnum: Te  
 DEUM. Ulteriùs non dicitur nona  
 Lctio de Festo simplici, seu  
 trium Lctionum tunc, quando fit de  
 eo Commemoratio in Festo 9. Le-  
 ctionum, quod occurrit, ac cele-  
 bratur in aliqua Dominica, aut in  
 aliqua Feria majore ( idem est de  
 Vigilia ) quæ propriam habet Ho-  
 miliam: tunc enim 9. Lctio Offi-  
 cij illius Festivi ( uti & Evange-  
 lium in Missa ) dici debet de Do-  
 minica, aut Feria illa majore, aut de  
 Vigilia simul occurrente, de simplici  
 autem tantum fieri Commemoratio  
 ( utpote minus digno ) etiam si alio-  
 qui propriam habeat Lctionem:  
 imò si Festum illud 9. Lctionum  
 in Dominica, aut Feria majore occur-  
 rens sit 1. Classis, tunc ne quidem  
 Commemoratio fit de Festo simpli-  
 ci: idem est de Vigilia minore, quæ

¶ Pars III ¶

¶ D d ¶



sejunatur, si in eam incidat Festum  
 1. Classis, tunc enim etiam de *Vigilia*  
 hujusmodi nihil omnino fit tam in  
*Offic.* quam in *Missa* ejusmodi Festi 1.  
 Classis, ut pluries jam alibi dictum.  
 Tertio non dicitur nona *LECTIO* de  
*Festo simplici* in Officio illarum *Feria-*  
*rum*, ac *dierum*, in quarum Officio  
 legantur solummodo 3. *Lectioes*, ut  
 ti contingit, si *Festum simplex* incidat  
 in *Feriam majorem*, vel *Vigiliam*, in  
 qua fit de ea, aut veniat *infra Octa-*  
*vam Paschæ*, vel *Pentecostes*, vel oc-  
 currat in *Sabbato*, in quo fit Officium  
 de *S. MARIA in Sabbato*, aut inci-  
 dat in talem *Feriam*, quâ juxta Rubr.  
*Gen. 4. de Dominicis n. 4. 5. & 6.* faci-  
 endum est *infra Hebdomadam de*  
*Dominica*: siquidem Officium Om-  
 nium modò *dictarum dierum* sibi  
 vindicat omnes tres *Lectioes* eidem  
 proprias, suoque locò assignatas: imò  
 aliqua *dictarum dierum Offi-*  
*cia* non modò *Lectioem*, sed etiam  
 Commemorationem de *Festo simplici*  
 excludunt; ut patet, si *Festum sim-*  
*plex* incidat in primum *Triduum*  
*Paschæ*, aut *Pentecostes*. Quarto  
 non dicitur nona *LECTIO* in Officio  
 9. *Lectioem* de *Festo simplici* occur-  
 rente, quando propriam non habet,  
 esto habeat aliquam ei appropria-  
 ram de *Communi Sanctorum* pro  
 casu, quò fit Officium de ipso *Festo*  
*simplici*, & non de *Festo alio* 9. *Le-*  
*ctionum*, uti habent v. g. *S. Margarita*  
*V. & M. 20. Julij*, & *S. Petronilla V. 31.*

Maij, ac *S. Valent. 14. Febr.* Exempla  
 habemus primo in *S. Nabore*, & *Festis*  
 12. Julij, de quibus non dicitur 9.  
*Lectio* in Officio duplici eo die occur-  
 rente, esto eo Tempore, quò  
 S. Joannes Gualbertus nondum erat  
 Festum 9. *Lectioem*, quando ha-  
 bat Officium simplex de illis memora-  
 to die 12. Julij, tertia *LECTIO* erat  
*Quotiescumque &c.* de *Communi* plu-  
 rimorum MM. uti videre est in  
 antiquioribus *Breviarijs*. Aliud Ex-  
 exemplum habemus in *S. Hermo*,  
 de quo pariter non dicitur 9. *Lectio*  
 in *Festo S. Augustini*; tunc quò,  
 ut notat *Gav. propriam* non habet  
*Laudem*, si de *Communi* sumatur,  
 tum quia ita expressè prescribitur,  
*Gen. X. n. 9. & IX. n. 10. item XXX. n. 2.*  
 expressè dicitur: *Si propriam de ipso*  
*Sancti habuerit Lectioem.* Quò  
 non dicitur 9. *LECTIO* de *Festo simplici*  
 in Officio 9. *Lectioem*, si veniat  
 infra *Octavas Nativit. Domini*, *Epi-*  
*phan. & Corporis Christi*; nam quo-  
 bus infra has *Octavas* occurrit  
 riter de *simplici* solummodo *Com-*  
*memoratio*, sine *LECTIO* de illo,  
 nisi infra *Octavam Corporis Christi*  
 fiat Officium duplex de alio *Sancto*,  
 tunc enim, si *simplex* propriam ha-  
 beat *LECTIO*em, non modò *Com-*  
*memorationem* de *Octava Co-*  
*poris Christi*, fit etiam *Commemo-*  
*ratio* de *Festo simplici* simul occur-  
 rente, sed etiam dicitur de eo 9. *Le-*  
*ctio* & perinde, ac dici solet in alijs



Dominicis, Octavis, ac Fests 9. Le-  
tionum) ut alibi dictum, dummo-  
do die illa infra Octavam Corporis  
Christi non fiat Officium duplex 1.  
Classis: nam tunc juxta ibidem di-  
cta nec dici ultimum Lectio, nec fieri e-  
nam Commemoratio potest de Festo  
simplici. Et hæc de Specialibus Com-  
memorationibus in Officio facien-  
dis.

Quando autem, de quibus,  
& quo Ordine faciendæ univèrsim sint  
Commemorationes Speciales etiam in  
Missis, tam privatis, quàm Conventua-  
libus, & nominatim, Ecclesiarum, Ca-  
thedralium, ac Collegiarum, tradi-  
tur in Rubrica Gen. VII. Missal. ju-  
ta quam 1. de Festo simplici fit Com-  
memoratio in Missa, quando de eo  
in Officio facta est Commemoratio  
in primis Vesperis. Excipitur Do-

minica Palmatum, & Vigilia Pentecostes,  
in quibus nulla fit tam in Missis privatis,  
quàm solemnibus Commemoratio de  
Festo simplici occurrente, tamen ea  
dicta fit in Officio, eò quòd utriusque  
Missa unam tantum requirat Ora-  
tionem, ita, ut in neutra illarum dici  
possit alia Oratio, etiam indicta a-  
liquin ad Tempus à Superiore Ec-  
clesiastico, v. g. Episcopo, ut P. I.  
dictum. Quando autem de Festo  
simplici fit in Officio Commemoratio  
solummodo ad Laudes ( uti in Festis  
2. Classis ) tunc fit quidem de eod. m.  
Commemoratio etiam in Missis pri-  
vatis, non tamen in Missa solemnè.

de Dominica non vacante fit Commem-  
moratio in Missa tunc, quando in  
Dominica fit Officium de Festo du-  
plici. 3. De Octava fit Commemo-  
ratio in Missa tunc, quando infra Oc-  
tavam celebratur aliquod Festum,  
quod non est de exceptis supra, &  
in Rubric. IX. Breviarij de Comme-  
morationibus; item tunc, quando  
infra Octavam fit de Dominica. 4.  
De Ferijs Adventus, Quadragesima,  
quatuor Temporum, uti & de Rogatio-  
nibus, ac Vigilijs fit Commemoratio  
in Missa tunc, quando illis Tempo-  
ribus Missa dicenda est de Festo in  
iis occurrente: sed in Ecclesijs Ca-  
thedralibus, & Collegiatis, ubi plures  
Sacerdotes quotidie celebrant, in  
Ferijs, quæ Missas habent proprias,  
uti & in Rogationibus, & Vigilijs,  
dicuntur duæ Missæ, una de Festo  
post Tertiam, altera post Nonam  
de Feria ejusmodi, aut Rogationibus,  
aut Vigilia absque ulla utrorumque  
Commemoratione, sed cum Oratio-  
nibus, & alijs respectivè, ut  
ibi: unde si v. g. Feria II. Rogationum  
incidat in Festum duplex  
( uti contingit hõc annò 1712. quoea  
occurrit in Festo S. Achanasij ) in  
Missa solemnè de Festo non fit Comme-  
moratio Feria Rogationum, nec in  
Missa solemnè Rogationum fit Comme-  
moratio Festi, sed in hac postero-  
re 2. Oratio est Concede. 3. Ecclesia  
vel pro Papa. Quantum tamen  
ad Vigilijs, si Vigilia minor, quæ jesu-



natur, occurrat in *Festo duplici* 1. *Classis*, nihil fit de *Vigilia* occurrente, ne quidem *Commemoratio*, tam in *Officio*, quam in *Missâ*. Si autem in *Vigilia Ascensionis* occurrat *Festum* 9. *Lectio*num, non tantum fit de ea *Commemoratio* in *Officio*, & *Missis privatis* ( in quibus tunc 2. *Oratio* de *Vigilia*. 3. De *simplici*, si quod occurrat; 4. *Rogationum*, cum *Evangel. Vigiliæ* in fin. ) sed in *Ecclesijs, Cathedralibus, ac Collegiatis*, cantantur tunc *tres Missæ Conventuales*. Prima de *Festo* post *Tertiam*. Secunda de *Vigilia* post *Sextam*, quia non jejunatur. Tertia de *Rogationibus*, post *Nonam*. Prima illarum dicitur cum *Gloria*, & secunda *Oratione de simplici tantum*, si quidem aliquod occurrat, & *Festum* 9. *Lectio*num in hac *Vigilia* occurrens fit *duplex per annum*; si enim sit *Festum semiduplex*, tunc 3. *Oratio* est *Concede*; quæ si *Festum simplex* non occurrat, in *Missâ de Festo semiduplici* erit *secunda*, & *tertia Ecclesia* vel pro *Papa*. *Secunda* dicitur pariter cum *Gloria*, sine *Credo*, & in ea *Orat. 2. Concede. 3. Ecclesia*, vel pro *Pap. Præf. Paschal. Col. Alb. Tertia* denique dicitur sine *Glor. & Cred.* & in ea *Orat. 2. Concede. 3. Ecclesia*, vel pro *Pap. Præf. Paschal.* attamen cum cantu *feriali. Col. Viol.* In fine autem cujuslibet dictarum *Missarum* dicitur *Evangel. S. Joannis*.

Ubi verò *Feria IV. Rogationum* extra prædictas *Ecclesias* ( ob *Processionem* ) cantantur *Missæ* in ejusmodi casu, quò nempe in *Vigilia Ascensionis* occurrat *Festum* 9. *Lectio*num ( una scil. de *Festo* post *Tertiam*, altera de *Rogationibus* post *Nonam* ) ibi in *Missâ de Festo* dicitur *Glor. 2. Oratio* verò de *Vigilia. 3. de simplici*, si quod occurrat; si autem nihil occurrat, & *Festum* occurrat 9. *Lectio*num fit *duplex*, *Oratio* non dicitur; si verò sit *semiduplex* & *Festum simplex* non occurrat 2. *Oratio* erit *Concede*. In *Missâ* verò de *Rogationibus* 2. *Orat.* erit *Concede. 3. Ecclesia*, vel pro *Pap.* etiam in casu quò occurrat *simplex*: quia juxta supra allegatam *Rubricam*, quando præscribuntur *duæ Missæ* canendæ, una de *Festo*, alia de *Feria* in *Officio* facta fuerit quædam *Commemoratio de simplici*, aut de *infra Octav.* fiet quidè illa etiam in *Missâ de Festo*, sed non in *Missâ de Feria*: si verò faciendâ sit *Commemoratio Ferie*, aut *Vigilia*, fiet hæc in *Missâ de Feria*, & non in *Missâ de Sancto*. 5. Quando fit *Commemoratio de Feria IV. aut Sabb. 4. Rogationum*, pro *Feria* *Commemoratio* ne dicitur omnium *Prima Oratio*, hoc est, posita immediate ante primam *Lectio*nem seu *Prophetiam*, utpote concordans cum *Officio*. Quando infra *Hebdomadâ* dicitur *Missâ votiva*, non *solemnis*, post primam *Orat.*



Oration. semper quoque dicitur O-  
ratio ejus, de quo fit *Officium*. 7. In  
faciendis Commemorationibus in  
Missa servandus de reliquo idem Or-  
do, qui in *Breviario*, atque aded fa-  
cienda Commemoratio de Domi-  
nica ante diem infra Octavam, de  
die infra Octavam ante Ferias majores,  
& Vigilijs: de Ferijs præ-  
dictis, & Vigilijs ante Festum sim-  
plex: de Festo simplici ante Ora-  
tiones, quæ secundò vel tertio locò  
alloquin dicendæ assignantur: hæc  
utem dicantur ante Orationes Vo-  
tivæ, hoc est illas, quæ ultra præ-  
scriptas (numero tamen impari)  
ex libera devotione assumuntur:  
in his verò dicendis servanda dein-  
de est dignitas Orationum, ut scilicet  
Oratio Votiva de SS. Trinitate, de  
Spiritu Sancto, de SS. Sacramento,  
de S. Cruce dicatur ante Oratio-  
nem Votivam de B. MARIA: O-  
ratio quoque Votiva de Ss. Angelis,  
aut S. Joanne Baptista dicatur ante  
Orationem Votivam de Apostolis,  
&c. sic de alijs. Notandum tamen  
hic primò, quòd, licet in Festis sim-  
plicibus, ac Ferijs per annum liceat  
plures dicere Orationes Votivas, sive  
ad libitum, v. g. universim quinque,  
aut septem, aut adhuc plures, dum-  
modo impares, hoc tamen non sit  
intelligendum eo sensu, ut qual-  
cumque, aut quomodocumque velis,  
dicas, sed eas priùs, quæ in Rubri-  
cis assignantur pro 2. vel 3. & tunc

primùm ultra istas, quæ tibi magis  
placent, insuper supperaddere pos-  
sis, cum debitò tamen non minus  
ordine ( paulò ante declaratò ) quàm  
cum debitò, ut dixi, etiam numerò.  
Notandum secundò, Non licere relin-  
quere eas Orationes, quæ norantur  
2. vel 3. locò dicendæ, & alias in  
harum locum sufficere. Notand.  
Tertio, quòd sicut in *Festis duplicibus*  
juxta Rubr. IX. Missal. n. 1. non nisi u-  
na dicenda est Oratio, nisi facien-  
da sit aliqua Commemoratio, aut  
ex Præsripto Superioris Ecclesiasti-  
ci superaddenda illi sit aliqua alia O-  
ratio pro publica Necessitate ( pro a-  
vertendo v. g. bello, aut peste &c )  
ita etiam juxta eandem Rubr. in *Festis*  
*semiduplicibus* ex causa, seu prætextu  
privatæ tantùm Devotionis non plu-  
res esse dicendas tunc Oration. quàm  
tres, in Missa; nisi pariter faciendæ  
sit vel aliqua Commemoratio, aut  
Oratio quæpiam extraordinaria ( v. g.  
*DEUS Refugium nostrum &c.* vel a-  
lia ) pro publica Necessitate &c à  
Superiore Ecclesiastico, qualis est  
Ordinarius Loci, sit præscripta; &  
tunc ( ut rectè monet Gav. To. I.  
P. 1. Tit. 9. n. 16. lit. I. ) Oratio  
ejusmodi supernumeraria vel dicitur  
locò tertiæ ad libitum, vel huic ad-  
di potest ut Commemoratio in *duplicibus*,  
*semiduplicibus*, ac *Dominicis*, i-  
tà verò addenda est, inquit idem  
Gavantus, ut nulla omittatur ex  
ijs, quæ in Missali cuique Missæ



singillatim assignatur, v. g. 2. aut 3. locò dicenda: in ijs tamen Missis, in quibus tertia Oratio est ad libitum, potes eam, ut dixi, vel locò hujus dicere, vel illi, quæ est ad libitum superaddere; verumtamen hac ratione (sunt iterum verba Gavanti) ut serves debitum numerum, dicendo videlicet in tali casu non nisi quatuor in Dominicis, & Festis semiduplicibus; quinque verò, aut Septem in simplicibus, Missisque feriatis, & Votivis: Hæc eadem Regula servanda est in Missis, quæ dicuntur ratione Confraternitatum. Arnaud. Epit. Tr. 1. P. 1. Tit. 9. n. 9. Tamen si autem Orationes hujusmodi supernumeraria, à locorum Ordinarijs &c ad Tempus præscriptæ, ad modum Commemorationis dicendæ etiam sint in Festis duplicibus minoribus, ac majoribus per annum, Sacra tamen Rituum Congregatio die 28. August. 1627. apud Gavant. loc. cit. decrevit, omittendam esse regulariter ejusmodi Orationem in Festis 1. Classis: Insigniorum quoque Ecclesiarum Urbis Romæ usus habet (eodem Gavanto Teste) ut ejusmodi Oratio neque in duplicibus secundæ Classis dicatur in Missis tam privatis, quam etiam solenni, à qua sola alioqui Commemoratio Festi simplicis excludatur in ejusmodi Festis: & quia hanc Urbis Romanæ Consuetudinem placere sibi ibidem ait Gav: eam sequi tu quoque poteris.

Notandum quarto. Quod, si Festum simpl. in Feria maj. aut in Vigilia, aut in Sabbato, in quo fit de s. Maria occurrit, ac ratione Mensis, vel Festi II. dicendum sit Fidelium, Oratio Fidelium præponenda sit Commemorationi de Festo simplici, si tantum dicantur 3. Orationes. & Quotunque de Sancto, qui Titulus est, de quo tamen non recitat Officium, sed Missa tantum dicenda ad ejus Altare in die Festo illius, ratio in Missa debet esse de eo, de quo factum est Officium, 3. aut de eo quo in eodem Officio facta est Commemoratio, siquidem de aliquo eodem sit facta Commemoratio enim non sit facta aliqua in Officio Commemoratio, tunc in tali Missa 3. Oratio erit illa, quæ alioqui locò erat dicenda: Hujusmodi convenit Hymnus Angelicus, seu Symbolum, seu Credo. Arnaud. loc. cit. n. 10. 9. Si plures de pluribus ejusdem Classis in Missa faciendæ Commemorationes, aut in ijs faciendis attendenda, servandaque, ut supra, est Dignitas, de quibus sunt faciendæ, ut anturum de B. V. hac Commemoratione ante Angelos, de his ante s. Joannem Baptistam, de s. Joanne Baptista ante Apostolos, & sic deinceps. Quod si duo simplicia occurrant, quorum unum sit Commune toti Ecclesie, alterum vero Ecclesie tantum particulari, illius ante hoc faciendæ est. Co-



memoratio. 10. Quando facienda est Commem. pro Defunctis in Missa Vivor. penultimò semper locò ea est facienda, ut supra dictum: ubi etiã quando & quomodo in Ecclesijs Cathedral. & Collegiatis, præter Missam hui dicenda sit Missa (quotidiana) pro Defunctis juxta Rubr. Genl. V. Missa. 1. 11. In Missis Defunctorum nulla est Commemoratio pro vivis, neque pro vivis & Defunctis simul, dicendo v. g. Orationem, seu Collectam: *Compositens sempiternæ DEUS, qui Vivor.* 12. Nam hinc Commemor. omittente nomine non intelligitur illa Deprecatio, quæ fit in primo Memento pro solis Vivis, & in secundo Memento pro solis Defunctis ( hæc enim utraque Commemoratio, seu Commendatio fit etiam in Missis de *quædam*, perinde ac in alijs ) sed intelligitur Orat. seu Collecta vocalis, quæ aliàs Orationi illi primæ, quæ est propria Missæ, tanquam primæ superadditur. 13. Quando in Festo duplici 2. Classis occurrit Festum simplex, nulla de hoc in Missa solenni fieri debet Commemoratio (etiamsi ea in Laudibus Officij sit facta) sed tantum in Missis privatis juxta Rubr. supra cit. 14. Si Missa votiva quæcunque solemniter canitur pro re gravi, aut publica Ecclesia causa, per se loquendo nulla omnino in ea etiam Festi occurrentis, aut Dominicæ, facienda est Commemoratio ( quia unitas Orationis spectat ad solen-

nitatem ) nec etiam dicendum in fine illius Evangelium Dominicæ, si in Dominica cantetur, sed semper Evangelium S. Joann. Quibus autem diebus, & quibus ex causis cantari possit Missa votiva solennis, dicitur infra, uti etiam, an & quando cum Gloria; & Credo sit cantanda. 14. Quandoque in Missa celebri; seu solenni, prima, & secunda Oratio dicuntur sub una Conclusionem, ut unica videatur Oratio: accidit id in Missis, quæ juxta Pontificale Romanum solemniter cantantur in collatione Ordinum, Consecratione Episcoporum, Virginum, Ecclesiarum, & Altarium: item in Benedictione Abbatum, Abbatissarum, & Cœmeterij, nec non in Consecratione, & Coronatione Regum, ac Regina- rum: in quibus omnibus Missa cantatur de die currente cum Oratione diei, cui Orationi Ordinans, vel Consecrans, aut Benedicens subjungit aliam Actui convenientem sub una per Dominum nostrum &c. ut ibi. Idem est de Missa solenni pro Gratiarum Actione: nam si Missa votiva solennis cantetur pro Gratiarum Actione, etiam ipsa admittit duas Orationes, in fine Missæ votivæ de SS. Trinitate à Missali Romano præscriptas, at tamen pariter per modum unitus, seu sub una Conclusionem dicendas: in Missis verò privatis pro Gratiarum Actione, Oratio propria illi Missæ, quæ dicitur in Gratiarum Actionem, seu

seu



(seu de SS. Trinitate, seu de B. V. &c) & Oratio pro Gratiarum Actione in Missali assignata, juxta probabiliorem mihi Gav. Sententiam, à P. Lohner Instr. I. P. 2. Tit. 11. n. 5. contra Paulum Mariam Quarti stabilitam, non sunt dicendæ sub una Conclusione, sed sub diversis, ut in alijs Votivis privatis; eò quòd Ritus Orationum plurium sub una Clausula sit proprius Missar. solennium: ac proinde in *Missis privatis* Gratiarum Actionis juxta Gav. 2. Oratio erit de Officio diei currentis, 3. autè locò dicetur illa, quæ alioquin esset secunda in Missa diei, nisi occurrat simplex: tunc enim tertia erit de simplici juxta Rubric. Gener. *Missal. 9. n. 16.* & quarta pro Gratiarum Actione, cui addetur quinta, juxta Votum celebrantis eligenda, ità tamen, ut, si dicendum sit *Fidelium*, id ponat penultimò locò juxta Rubr. Gener. *Missal. VII. n. VI. 35.* Quando dicuntur plures Orationes, & una illarum est eadem cum alià ibidem dicendâ, tunc illa, quæ est eadem (non autem alia) Commutari debet cum aliqua alia de Communi, vel de *Proprio*, quæ sit diversa, attamen conveniens, ut alibi diximus, ac etiam exemplificavimus: mutari autem ex duabus similibus debet illa, quæ est posterior, prior autem manere. Porro mutatio Orationis de *Dominica*, aut de *Feria*, aut de *ijs*, quæ sunt ad

*libitum &c.*, fiet regulariter in penultima sequentem: v. g. si fiat Officium de S. Martino Episc. in Dominica 22. post Pentecosten, in qua Oratio Secreta Dominica coincidet cum Oratione Secreta, quæ dicitur in Missa Festi tunc occurrentis Secreta Dominicæ 22. post Pentecosten mutari debet in secretam Dominicæ 23. post Pentecosten proxime sequentis, atque adeò ex hujus Missa sumi, & sic de alijs. Dicitur: si plures dicantur Orationes illam tantùm esse mutandam, quæ est eadem, seu coincidens cum alia non verò *alias*, quæ non sunt alia, ità enim expressè Rubrica Gen. *Missal. n. 8.* habet. Hinc si primum Oratio sit eadem, & Secunda diversa, nulla est Ratio mutandæ: idem dicendum est de *Communione*. Dixi 2. regulariter nam quandoque pro salvanda Orationum congrua diversitate mutandum est ad Missam proximam procedentem, aut aliam, quam proximè subsequenter. 16. Cum plures in *Missâ* dicuntur Orationes, tunc prima & secundam tamen dicitur: *Oremus*: ante primam dicitur etiam: *Dominus vobiscum*: earum *Terminationem* autem quodammodo tenet, quando dicuntur plures Orationes, Ordinariè prima tamen ultima cum sua consueta conclusione terminantur: porro in *Communione* Orationum juxta Rubric. Gen.



Missal. n. 17. hic servandus est mo-  
 tus : Si Oratio dirigatur ad DEUM  
 Patrem, concluditur sic : Per Domi-  
 num nostrum &c. si ad Filium sic : Qui  
 vivis & regnas cum DEO Patre &c. Si  
 in principio Orationis fiat mentio  
 Christi, concluditur sic : Per eundem  
 dominum nostrum &c. si autem in fi-  
 ne Orationis fiat mentio illius, sic :  
 qui tecum vivit, & regnat &c. Si fa-  
 cta sit mentio Spiritus Sancti, in con-  
 clusione dicitur : In Unitate ejusdem  
 Spiritus Sancti &c. De reliquo, quando  
 non dicitur : Dominus vobiscum ante  
 aliquam Orationem, tunc abbrevia-  
 ta conclusio, dicendo tantum v. g.  
 per Christum Dominum nostrum, vel ( si  
 in principio Orationis facta fuerit  
 mentio Christi ) per eundem Christum  
 dominum nostrum, Amen : aut, si O-  
 ratio dirigatur ad ipsum Christum  
 eodem modo : Qui vivis & regnas in  
 unitate seculorum. Amen. Quid por-  
 tio in casibus, & occurrentijs nonnul-  
 tis particularibus circa faciendas,  
 vel non faciendas in Missa Commem-  
 orationes sit observandum, suis  
 locis à Nobis annotatum reperies.  
 Atque hæc hætenus de Commemo-  
 rationibus Specialibus, in Officio &  
 Missa respectivè faciendis & non fa-  
 ciendis. Jam verò

¶ §. XIX. **AD COMMEMORATIONES COM-  
 MUNITATUM, ac SUFFRAGIA SANCTORUM**  
 quod spectat, sunt illæ, quantum  
 ad Officium, juxta superius insinua-  
 tum

ta in fine Vesperarum, ac Laudum ab  
 Octava Epiphaniæ, usque ad 1. Vespere-  
 ras Dominica Passionis exclusivè, &  
 ab Octava Pentecostes usque ad 1. Ve-  
 speras Dominica 1. Adventus exclusivè  
 in omnibus Dominicis, Ferijs,  
 & Festis, nisi Officium sit duplex, vel  
 currat aliqua Octava : nam infra Oc-  
 tavas ( etiam si Officium non sit de  
 Octava, aut Duplici, sed de Dominica,  
 vel semiduplici infra eam occurrente )  
 nec dicuntur Suffragia Sanctorum,  
 seu Commemorationes Communes,  
 nec Preces Dominicales ad Primam &  
 Completorium. Eadem Commem-  
 orationes Communes ( ut notat  
 Gav. To. 2. f. 3. c. 8. n. 13. ) etiam  
 non dicuntur tunc, quando dies Oc-  
 tava cadit in Dominicam privilegiatam,  
 licet de Octava eo casu fiat tantum  
 Commemoratio : idemque etiam  
 est de Precibus Dominicalibus ad  
 Primam & Completorium, quæ in  
 ejusmodi casu similiter non dicun-  
 tur. In Feriali Officio ( etiam eo  
 quod dicitur de Vigilia ) præponi-  
 tur Commemorationibus Communibus  
 quibuscunque, si dicantur, Com-  
 memoratio de Cruce, extans in Psal-  
 terio post Laudes Feriæ II. nec non  
 post Vesperas Sabbati.

¶ Commemorationibus Communi-  
 bus, quando dicuntur, semper ad-  
 jungitur etiam Commemoratio de  
 Patrono Diœcesis, vel Ordinis, uti &  
 de Titulari, seu Titulo propria Ecclesie,  
 ante vel post Commemorationem  
 de

¶ Pars III. ¶

de



pe S. MARIA, & ante, vel inter, aut post Apostolos, Pro dignitate scilicet illius; adeoque de Titulo SS. Trinitatis, Spiritus Sancti, & Corporis Christi fit inter Commemorationes Communes Commemoratio ante S. MARIAM: de S. SALVATORIS verò Titulo juxta alibi dicta non fit, quando in Officio feiali fit Comem. de Cruce; quia juxta Gav. & Arnaud. æquipollent: de Angelis, & S. Joanne Baptista fit ante Apostolos, de Ss. Veteris Testamenti autem post Apostolos, non obstante, quòd in Litanis præcedant Apostolos; quia ibi, ut alibi dictum, Servatur Ordo Temporis, non dignitatis. In Ecclesiâ quoque Omnium Sanctorum nomine dicatâ fieri debet Commemoratio de Apostolis ante Commemorationem de Omnibus Sanctis, uti fit in Officio parvo B. MARIÆ, in quo Oratio Apostolorum præponitur Orationi Omnium Sanctorum: neque inconveniens est fieri de eodem bis mentionem, semel apertè, & semel latenter; cum ita fiat infra Octavam Omnium Sanctorum, infra quam sunt Commemorationes de Sanctis occurrentibus (v. g. Ss. Vitale, & Agricola) non obstante, quòd in Oratione principali jam implicite de ijs facta sit mentio. Gav. To. 2. f. 5. c. 18. n. 9. horum omnium reddens rationem. De Patrono loci (cui æquiparatur Patronus Ordinis, & iisdem, quibus ille,

gaudet Privilegijs) fit Commemoratio ante Titularem, si sine æquali dignitatis; si verò sint inæqualis, servatur Ordo Dignitatis, qui colligitur ex alibi dictis.

De B. V. ex Decreto Sac. Rit. Congregat. de anno 1604. in Jan. alibi à Nobis allegato, non fit Commemoratio inter Suffragia nisi in propria Ecclesia, tanquam Titulari) tunc, quando dicitur in Oratio ejusdem Officium parvum, aut quando ipsum Officium diei fit de illa. ubi autem est Patrona, seu Titularis Ecclesia sibi dicatâ, sufficit illa Communis: Sancta MARIA succurre nobis cum Oratione: Concede nos Oremus Deus, qui salutis aeternae (pro qualitate Temporis) neque alia faciendâ. Teste Gav. To. 2. f. 5. c. 18. n. 10. de ipsa, præter illam. Par ratio de Commemoratione consueta de Apostolis præterquam nulla alia est faciendâ ubi Ss. Petrus & Paulus sunt Patroni Ecclesiæ. Porro Oratio de Patrono, ac Titulari Ecclesia sumenda est ex die Festo eorumdem (non verò rem ex Vigilia, aut Octava illorum) ut gratis quidam dicunt) munda Verbo Nativitatem, aut Nativitatem Verbum: Commemorationem, quæ mutatio sicubi satis congruè fieri queat, sumenda est alia Colatâ seu Oratio de Comuni Sanctorum &c; qua de re, uti & alijs huc pertinentibus vide dicta supra P. III. 144



14. Jan. f. 10. & P. I. post Domini-  
cam II. post Epiphaniam f. 20. &  
137. Caterum si Patronus, aut Ti-  
tularis Ecclesie habeat Vigiliam, tunc  
in Officio Vigiliae omittitur eorum  
Commemoratio inter Suffragia.

Si faciendae sit Commemo-  
ratio alicujus Festi occurrentis, etiam  
simplicis, semper ea fieri debet an-  
te ipsa Suffragia consueta; etiam  
ante Commemorationem de Cru-  
ce.

Tametsi autem Festi etiam  
tantum simplicis Commemoratio ob  
Titulum Festivum, & tanquam Specia-  
lis, fieri debeat ante quaecunque  
Suffragia, seu Commemorationes Com-  
munes, pura de Cruce, de S. MARIA,  
de Apostolis, ac de Pace, nec non  
ante Commemorationem cujuscun-  
que Patroni, vel Tituli Ecclesie, etiam  
SS. Trinitatis ( Suffragijs praedictis  
Ratione suae Dignitatis alioqui praer-  
ogandam ) inter ipsa tamen Suf-  
fragia, seu Commemorationes Com-  
munes primum semper locum ha-  
bere debet in Feriali Officio Com-  
memoratio de Cruce; eum enim haec  
facienda sit propter Feriam, ideo in  
Feriali Officio semper omnibus praer-  
ogatur, etiam Commemorationi  
de ipsa SS. Trinitate: Quod si de  
S. Cruce, tanquam de Titulo Ecclesie,  
facienda sit Commemoratio, tunc  
ex Decr. Sac. Rit. Congregat. 30.  
Mart. 1621. in feriali Officio suffi-  
ciat illa ipsa, quae dicitur de Cruce

Officij ferialis ( nempe :  
Per signum Crucis &c ) & alijs omnia  
bus, ut dixi, Commemorationibus  
Communibus praerogatur.

Etsi intra Adventum, & il-  
lud Tempus, quod est à Dominica  
Passionis usque ad Dominicam SS.  
Trinitatis inclusivè, adeoque toto  
Tempore Paschali Suffragia Sanctorum,  
seu Commemorationes Communes  
non dicantur, etiam illis diebus,  
quibus non occurrit duplex, aut dies  
infra Octavam, sic tamen Tempore  
Paschali à Feria II. post Domini-  
cam in Albis usque ad Ascensionem  
Domini in Laudibus, & Vesperis quae-  
dam alia Commemoratio de Cruce  
tam in Officio de Tempore, quam de  
Sanctis ( nisi sit duplex, aut infra O-  
ctavas ) extans in Proprio de Tem-  
pore memoratà Ferià II. post Do-  
minicam in Albis, omissis alijs  
Commemorationibus Communibus.  
Ita Rubric. General. XXXV. hic  
num. 2.

Quando contingit, ut Anti-  
phona, aut Versus alicujus Commemo-  
rationis Communis, in Laudibus, aut  
Vesperis faciendae, sit similis alicui  
Antiphona, aut Versui pro Commem-  
oratione ( seu Speciali, seu Com-  
muni ) jam antecederet adhibita,  
vel adhibito, tunc faciendae est Va-  
riatio, h. e. hujus posterioris in a-  
liam, vel aliam dissimilem Com-  
mutatio, eò omnino modò, quò  
supra diximus esse faciendam, quan-  
do

¶ Ecce ¶

do



do plurimam Commemorationum Specia-  
lum Antiphonæ, aut Versus coinci-  
dunt. Hinc ijs annis, quibus in 1.  
& 2. Vesp. S. Elifaberhæ Reg. Por-  
rug. die 7. & 8. Jul. fiunt Commemora-  
tiones Commun. seu Suffragia Ss. de-  
bet in utrisque illis Vesp. in Suffragio  
pro Commem. B. V. M. locò Versus :  
*Ora pro nobis. &c.* dici Versus : *Diffusa  
est &c.* & Vesp. Officij illius in Sabb.  
vel (ut nonnemo existimat) Vers. *di-  
gnare me &c.* ex Festo B. N. ad Nives.

Si quæ sunt alia ad Rubri-  
cam, seu Titulum Commemorationum  
Communium, certis Temporib. ac Die-  
bus in Officio faciendari, pertinentia,  
petenda illa sunt ex dictis, ac dicen-  
dis locis paulò superius allegatis.

Quantum verò ad illas Com-  
memorationes Communes attinet, quæ  
in Missis tam privatis, quàm Con-  
vivialibus, præter Speciales occurren-  
tium subin Festorum, aut Domini-  
carum, vel Feriarum, pro Diversitate  
Temporum sunt faciendæ, vel non  
faciendæ, quid circa illas sit obser-

vandum tam in Festis, quàm in Do-  
minicis, ac Ferijs per annum, satis  
pèrque suis locis expressum invenies.  
Et hæc hæcænus de ordinandis of-  
ficijs, & Missis quoruncunque re-  
ctivè Festorum, ac Professorum, seu  
Vigiliarum, in quibuscunque re-  
ctivè Occurrentijs & Concurrentijs  
quantum attinet ad Præca.  
Eruditiones autem varias circa Fe-  
rum, ac Professorum (tam in pri-  
vatis quàm in Specie spectatorum) cu-  
quitatem, Originem, Institutionem,  
Nomenclaturam, Causam finalem,  
Differentialias, ac varias Divisiones  
quod spectat, videri possunt Sacer-  
dotum. 1. de Relig. l. 2. de Festis.  
2. & 3. Azor. Tom. 2. l. 1. c. 1. c. 2. c. 3.  
4. c. 24. &c. Layman. l. 1.  
Tr. 7. c. 1. &c. Gav. Tom. 1. l. 1.  
4. Tit. 13. & Tom. 2. l. 1. c. 1. c. 2.  
necnon sect. 7. c. 1. & seq. v. 1.  
f. 8. totâ. Carol. Guyer in Metho-  
logia. Dominicus, & Carolus Ma-  
crus in Hierolexico v. Festis &c. ac  
cit: ab eo Baronius & Bellarm. &c.

## TITULUS VII.

De Missis Votivis, tam privatis,  
quàm etiam solennibus in  
genere, & in specie.

**M**ISSÆ VOTIVÆ ( itè dictæ,  
quòd non ex Ecclesiæ,  
aut Rubricarum Præ-  
scripto hic & nunc de  
die currente, sed ut plurimum ex  
to seu arbitrio Sacerdotis de alio  
dam aut Sancto, aut Festo &c. cum  
permissu tamen Ecclesiæ, & pæ-  
Fec-



Formulam ab ea præscriptam ac approbatam celebrentur) in triplici sunt Differentia. Primi generis Votive sunt, quæ post Commune Sanctorum & Dedicationis Ecclesiæ in Missali Rom. pro singulis per Hebdomadam diebus assignantur, suntque earum octo, mox nominandæ. Circa has id venit præmonendum: quod non modò pro privata Sacerdotis devotione quacunque die per Hebdomadam, quâ aut Dominica aut festum duplex, aut dies, quò de duplici feri nequit, non occurrit, dici possunt hujusmodi Missæ, sed insuper quocunque die infra Hebdomadam, quò Officium sit de Feria minore, & in ea non est Vigilia, nec anticipanda Missa Dominica sequentis (ut in Rubricis) neque resumenda Missa Dominica precedentis, quæ fuerit impedita, possit juxta Rubr. General. Missal. n. 3, etiam locò Missæ principalis, seu Conventualis dici aliqua ex 8. illis Missis Votivis extantibus locò allegato in fine Missalis, arramen (nisi dicatur Missa de Requiem) cum debita Commemoratione illius Feriæ, de qua factum est Officium, ac observando Ordinem dierum ibidem singulis ejusmodi Missis assignatum, nempe hunc, ut scilicet Feriâ II. dicatur, vel Missa quotidiana pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & Alijs (nisi currat Tempus Paschale) in Missali post Missam De Anniversario Defunctorum, cum 3. Ora-

tionibus: ut ibi, necnon cum Præfatione Communi, & Col. nigro; vel Missa de Sancta Trinitate, obtinens inter Votivas locum primam in Missali, dicenda autem sine Glor. & Cred. In ea Oratio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. in Missa diei currentis. Præfatio propr. ex Festo SS. Trinitatis. In fine: Benedicamus, & Evangel. S. Joannis. Col. Alb. In Missa de SS. Trinitate toties inclinandum esse caput, quoties nominatur Trinitas, apud P. Gob. Tr. 3. n. 731. litt. e. tradit P. Didac. de Avendanno.

Feriâ III. Missa Votiva de Ss. Angelis, ut in fine Missal. cum Glor. sine Cred. Oratio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin esset 2. in Missa diei cur. Præf. Commun. In fine: Ite Missa est, & Evang. S. Joan. Col. Alb.

Feriâ IV. Missa Votiva de Ss. Apostolis Petro & Paulo, extra Tempus Paschale, ut ibidem in fine Missal. sine Glor. & Cred. Oratio 2. diei currentis. 3. illa, quæ alioquin esset 2. diei currentis: illo tamen Tempore, quò dicitur Orat. Acunctis dici debet in hac Votiva locò à Cunctis alia Oratio de S. MARIA, nempe Concede &c. (ne scilicet bis fiat explicita mentio in Orationibus Ss. Petri & Pauli) & P. Lohner quidem Instruct. pract. l. P. 2. T. II. n. 8. fin. assignat illud Concede, quod inter Orationes ad Diversa, sive ad libitum in Missali obtinet primam.





num locum, ac incipit: *Concede quasumus &c.* licet Is autem Rationem hujus suæ assignationis, nec *extrinsecam*, nec *intrinsecam* addat, mihi tamen, ut verum fatear, nisi *Rubrica Gener. IX. Missal. n. 15.* expressè assignaret Orationem *Concede nos famulos &c.* extantem post Dominicam in *Albis &c.* summopere probaretur P. Lohneri Sententia; tum quia Oratio illa *Concede quasumus* habet sibi præfixum eundem Titulum, quem sibi præfixum habet Oratio *A cunctis*, quæ ei substituitur nempe: *Ad poscenda Suffragia Sanctorum;* cum, quia eadem Oratio *Concede quasumus &c.* est magis homogenea Orationi *A cunctis* ( alioquin in Missis Votivis illius Temporis tertio locò dicendæ, atque etiam in hac *Votiva*, nisi *explicitam* SS. Apostolorum mentionem contineret ) quàm illud aliud *Concede nos famulos &c.*; unde non absque fundamento suspicio alicui posset suboriri, an non fortè per aliquam inadvertentiam aut errorem Curatorum typi in Missalium ultimo recognitorum Editione addita ibi in præcitata Rubrica sint Orationi *Concede hæ voces: Nos famulos?* verùm quia etiam à Gavanto hoc posteriori modò citatur ea Oratio, ideo non P. Lohneri, sed Rubricæ in Missali defacto extantis Auctoritas in Praxi hac in parte erit sequenda, ut alibi diximus. Et hæc de Orationibus hujus Vo-

tivæ. *Præfatio* in ea dicitur de Apostolis; in fine autem: *Benedicimus, & Evangelium* S. Joan. Col. Rub.

Tempore Paschali vestigatò hujus Votivæ dicitur Feria IV. Missa Votiva de Ss. Apostolis Petro & Paulo, ut in Festo S. Marci Evangelistæ 25. Aprilis, exceptis Orationibus, Epistola, & Evangelio, quæ etiam tunc sumuntur ex Missâ eorundem Votivæ *tra Tempus Paschale præscripta*, ut tenet Rubrica in fine hujus *Missa*, pro Feria IV. præscriptæ. Quod etiam Tempore Paschali dicitur sine *Glor. & Cred.* cum Præfat. de Apostolis: & in fin. *Benedicamus* de Evang. S. Joan. Col. Rub.

Feria V. vel Missa Votiva de Spiritu ( extans post 3. præcedentem in fine Missalis ) sine *Glor. & Cred.* Oratio 2. diei currentis. 3. illa, quæ alioquin foret 2. Præfat. propria de Pentecoste, omittis tamen *Tempus Pentecostes* verbis *hodierna die.* In fin. *Benedicamus* de Evang. S. Joann. Col. Rub. Per hoc circa 1. Orationem hujus Missæ notandum, quòd, si Missa Votiva de S. Spiritu ( seu solennis, seu privata ) in Ordine ad postulandam S. Spiritus gratiam dicatur, tunc locò Orationis: *DEUS, qui corda Fidelium* dicenda sit in Missa Votiva de S. Spiritu Oratio: *DEUS, cui omne corpus* &c. quæ cum correspondet



Secreta, & Postcommunione habetur  
in fine ejusdem Missæ Votivæ de S.  
Spiritu.

Notandum 2. Si Missa Vo-  
tiva privata de S. Spiritu dicatur in  
Sabbato, quod non occurrit Festum,  
sed sit Officium de S. MARIA in Sab-  
bato, tertiam Orationem in Missa  
Votiva de S. Spiritu non esse dicen-  
dam de S. Spiritu, sed Ecclesia, vel  
pro Papa, nisi simul occurrat Fe-  
stum simplex, tunc enim 2. Oratio  
de B. V. in Sabb. 3. de simplici.

Notandum 3. Si Missa Votiva de  
S. Spiritu dicatur eo Tempore, quod  
in Missis de Tempore dici solet A  
nibus, tertiam Orationem etiam in  
Missæ votivæ de S. Spiritu debere esse  
de illis: non autem aliam de B.  
V. loco illius. Joann. Petr. Casanova in  
Cæcilian: ex Decret. Sacr. Rit. Congre-  
gationis.

Vel Missa Votiva de SS. Eucharistia  
Sacramento (extans in Missali post  
Missam Votivam præcedentem de  
S. Spiritu) sine Glor. & Cred. Ora-  
tio 2. diei curr. 3. illa, quæ alioquin  
esset 2. diei curr. Præfat. eadem, quæ  
in Festo Nativitatis Domini, sed si-  
ne hujus Communicantes. In fin. Be-  
nedicamus, & Evang. S. Joann. Col. Alb.  
In Missa de Venerab. Sacramento in-  
telligendum esse caput ad illa verba  
Collectæ: DEUS, qui nobis sub Sa-  
cramento &c, apud P. Gobat Tr. 3.  
n. 731. lit. e. tradit P. Didacus de  
Arendanno, ob Rationes ibi alla-

tas. Quomodo eadem hæc Missa  
dicenda sit ab ijs, quibus ex Indul-  
to Sedis Apostol: licet facere de Ve-  
nerab. quavis Feriâ V. per annum  
non impeditur Officiò 9. Lctionum,  
aut aliò exceptò, Vid. suprâ Tit.  
5. ante fin. à f. 100.

Feria VI. Vel Missa Votiva de  
S. Cruce (extans in fine Missali. post  
Missas Votivas præcedentes) sine Glor.  
& Credo. Oratio 1. extra Tempus Pa-  
schale, ut ibi (Tempore verò Pascha-  
li illa, quæ habetur in fine ejusdem  
Missæ Votivæ de S. Cruce) Oratio  
2. diei curr. 3. ea, quæ alioquin es-  
set 2. diei curr. Præfat. de Cruce.  
In fin. Benedicamus, & Evangel. S.  
Joan. Col. Rub.

Vel Missa Votiva de Passione  
Domini (extans ibidem post Mis-  
sam præcedentem) sine Glor. & Cr.  
Oratio 2. de diei curr. 3. illa, quæ a-  
lioquin esset 2. diei current. Præf.  
de Cruce. In fine Benedicamus, &  
Evangel. S. Joannis. Color Violaceus.

Notandum, quod, si Missa de  
Passione dicatur in Feria, quæ resu-  
menda est Missa Dominica in Sexage-  
sima, tunc Secreta secunda sumi de-  
beat ex Dominica Quinquagesima; quia  
Secreta Missæ prioris coincidit cum  
Secreta Missæ Votivæ de Passione.  
Gayant. Tom. 1. P. 1. Tit. 7. num. 8.  
lit. 4.

Sabbato Missa Votiva de S.  
MARIA, pro Diversitate Temporum  
diversa, ut in fine Missalis: ubi alia  
alli-



assignatur pro Tempore Adventus; si tale eo die occurrat. 3. vero de alia pro Tempore, quod est à Nativitate Domini usque ad Purificationem; alia ab hac usque ad Pasch. alia à Pasch. usque ad Pent. alia à Pent. usque ad Adventu. Circa has Votivas de S. MARIA Notandum est 1. In Sabbatis non impeditis Festo duplici, aut semiduplici, nec aliquà Octavâ, aut Vigiliâ, nec Feriâ aliquâ majore Quadragesima, vel quat. Temporum, nec denique Officiò alicujus Dominica, quæ superfit, in præcedens Sabbatum translato, juxta Rubr. Gen. IV. Missal. n. 1. & 2. dici Missam de S. MARIA secundum Varietatem Temporum, ut in fine Missalis juxta paulò antè dicta ponitur: in Adventu autem, licet Officium, non fiat de S. Maria in Sabbato (etiam in casu, quò Festum 9. Lctionum non occurrit) sed de currente Feriâ Adventus, dici tamen nihilominus etiam tunc Missam principalem de B. MARIA, nempe eam, quæ inter ejus Votivas est prima (cum Commemoratione Adventus) nisi fuerint quatuor Tempora, vel Vigilia, ut supra; tunc enim Missa Principalis non dicitur de S. MARIA, sed de Feriâ quat Temp. aut Vigilia, ut suo locò.

Dicturus in Adventu Missam Votivam de VII. v. g. Doloribus B. V. M. à Sede Apostolica tamen approbatam) 2. Collectam seu Orationem assumet de Officiò diei currentis, de Festo v. g. semiduplici, si tale eo die occurrat. 3. vero de Adventu. Si verò fuerit eodem die Officium de Feriâ, tunc 2. Oratio in ejusmodi Missa Votiva de B. V. erit de Adventu. 3. de S. Spiritu. 4. (si dicatur) erit Ecclesie, vel pro Pap. 5. ad libitum Celestis. Pisart Sac. Evang. P. 4. Tit. 1.

Notandum est 2. In Missivis B. MARIE tunc solum Hymnum Angelicum Gloria excelsis (attamen sine Credo, etiam Missa cantata Principali) quæ eæ dicuntur, aut cantantur in Sabbato, non autem, si dicantur, aut cantentur extra Sabbatum: tunc enim seclusò speciali Privilegio dicuntur sine Glor. & Cred. nisi propriè, aut publicè Ecclesie causa cantentur solenniter cum unica Oratione per modum Missæ Votivæ solennis; tunc tunc, quocunque die cantentur, cantantur cum Gloria, & Credo, juxta post dicenda. Licet autem per Rubricam General. Missal. VII. n. 4. in Votivis B. M. V. in Sabbato (etiam illò, quò occurrit Feriâ major Adventus, aut equatur Temporum, aut aliqua Vigilia, aut Festum aliquod semiduplex) semper dicatur Gloria, & in fine Missæ est, ac Evangelium S. Joannis cave tamen sub Missis Votivis B. V. comprehendere Missam Vigiliæ assumptionis B. MARIE, in Sabbato incidentis. Pisart P. 1. Sac. Evang. Tit. 8. observ. 4. Vide etiam in



ra supra P. I. Tit. 2. de Sabbatis post  
Epiphaniam usque ad Septuagesimam  
ante finem.

Notandum 3. Tamest, quan-  
do Missa votiva de B. V. privatæ di-  
citur in Sabbato, dicantur cum Glo-  
ria, non tamen dici etiam tunc in  
his Credo, extra modò dictum casum,  
quò dicuntur *solemniter pro gravi*, vel  
*publica Ecclesiæ causa*, cum *unica Ora-  
tione*. Gob. Tr. 3. n. 722.

Notandum 4. Quando in Sab-  
bato factum est *Officium de S. Maria*  
in Sabbato, tunc licet Missa, quæ di-  
citur de S. MARIA in ejusmodi Sab-  
bato, sit una ex supra dictis 5. Voti-  
vis de S. Maria, Tempori currenti  
conveniens; quia tamen tunc non  
dicitur per modum *Votivæ*, utpote  
concordans cum *Officio diei*; ideo  
non Oratio 2. est de Spiritu Sancto  
3. verò *Ecclesiæ tuæ*, vel pro Papa,  
proat ambæ norantur in fine Voti-  
vatum de S. MARIA in recentiori-  
bus Missalibus, nisi in ejusmodi Sab-  
bato occurrat *Festum simplex*, aut ra-  
tione Mensis dicendum sit *Fide-  
lium*; tunc enim 2. Oratio est de *sim-  
plex*, aut *Fidelium* 3. autem de S.  
Spiritu, nisi & hæc per aliquam ul-  
torem faciendam Commemora-  
tionem extrudatur, uti contingit,  
quando in Sabbato, quò fit de S. Ma-  
ria in Sabbato, duo Festa simplicia  
occurrunt, aut præter Commemo-  
rationem faciendam de simplici si-  
mul ratione Mensis dicendum est

¶ Pars III. ¶

*Fidelium*, de quo suò locò. Quan-  
do autem sive in Sabbato, sive alio  
infra Hebdomadema die dicitur de  
B. V. una ex supra dictis 5. Missis  
Votivis per modum *Votivæ* (v. g. in Fe-  
sto *semiduplici*, aut in *Vigilia*, vel *Feria  
majore non privilegiatâ*) secunda  
Oratio semper dicitur de *Officio il-  
lius diei*, tertia verò est de *Spiritu San-  
cto*, nisi propter faciendam aliquam  
Commemorationem, locò hujus ex-  
trusæ ponenda sit alia, uti fieri po-  
test, si *Missa Votivæ* dicatur in *Festo se-  
miduplici*, & in eodem simul oc-  
currat *Festum simplex*, vel *Vigilia*,  
aut *Feria major*.

Notandum 5. In Missis tam  
propriè *Votivis*, quam *Non-Votivis de  
S. Maria in Sabbato* dictis, dici Præfa-  
tionem de B. V. *Et te in veneratione  
&c.*, ac in earum fine: *Ite Missa est*,  
& Evangel. S. Joan. Col. Alb. At  
verò in Missis Votivis B. M. V. *ex-  
tra Sabbatum* dictis, dici quidem ean-  
dem Præfationem (*Et te in venera-  
tione*) nec non in fine earum pari-  
ter Evangel. S. Joannis, non tamen:  
*Ite Missa est*; eò quòd *extra Sabbatum*  
etiam illæ *Votivæ*, quæ dicuntur de  
B. V. dicantur sine *Gloria & Credo*,  
nisi in casu, quò cantatur de illa  
*Missa Votivæ solennis*, modò supra de-  
claratò.

Notandum 6. Quòd si quis  
in Sabbato, quò fit *Officium de B.  
M. in Sabbato*, celebrare velit Vo-  
tivam de alio Sancto (v. g. de S. Fran-  
cisc.)

¶ FF ¶

cisc.



cisc. Borgia Patrono contra noxios terræ motus) is in Missa sua Votiva Commemorationem quidem facere debeat de B. MARIA in Sabbato & 3. locò dicere Orationem de S. Spiritu ( nisi dicendum sit 2. locò *Fidelium*, aut terciò facienda Commemoratio de simplici occurrente ) non tamen dicere debeat in ea *Gloria in Excelsis*, uti nec Præfationem de B. V. sed *Communem*, vel de *Tempore*, si currat v. g. *Tempus Paschale &c.*, nisi ipsa votiva, quæ dicitur in tali Sabbato propriam habeat, ut si dicatur v. g. de Apostolo : in fine quoque talis Missæ Votivæ de aliquo Sancto in Sabbato dictæ dicitur *Benedicamus*, & Evangelium S. Joannis : quod S. Joannis Evangelium juxta Generalem Regulam dicitur in fine cujuslibet *Missæ Votivæ*, tam *privata*, quàm etiam *solennis*, etiam si hæc in *Dominica*, aut *Feriâ majore*, aut in *Vigilia* cantetur.

Notandum 7. Missam assignatam Festivitati Conceptionis B. M. V. non esse dicendam in Sabbatis, ut *Votivam* : id quod Decretum ferunt à Sac. Rit. Congregat. 1679. 30. Septembr. licet item in ijs Ecclesijs, in quibus adest inveterata consuetudo cantandi Missam Votivam de B. V. singulis diebus Sabbati, possit hic pius usus, seu Populorum devotio continuari etiam in Sabbatis Festo duplici impeditis, non est tamen omittenda *Missæ Conventualis*,

ut pariter Decretum ajunt 1684. Decembr. Plura de Missis Votivis B. V. celebrandis, dicentur post : interim circa Missas Votivas primi generis univèrsim considerandum est

Observandum est 1. Ordinem dictarum Votivarum, in Missali Romano pro singulis infra hebdomadem diebus præscriptum observandum quidem esse, si locò *Missæ concordantis* cū Officio ijs diebus, quibus id permittit Rubrica IV. Missalis dicatur *Missæ principalis Votivæ*; tamen debere illum necessarîo observari in *Missis privatis*; quocirca istæ infra hebdomadem die alibi non prohibito dicantur, ut contra ex eadem Rubrica, quæ ait : *Missæ privata concordantis cum Officio posse Missam privatam Votivam* ( seu sit una ex 8. prædictis, seu alia ) arbitrio & Devotione celebrari. Sacerdotis, quocunque die, quo dicitur, vel *Dominica* in foro celebrari, aut alia excepta non occurrat, dummodo ea fiat Commemoratio ejus, de qua dictum est Officium, uti & Festi singuli, si de aliquo occurrat eo die fieri quod Officio. Quia tamen addit Rubrica : ne id passim fiat, nec rationabili de causa, sed curandum, quoad fieri potest *Missæ* etiam *privatæ* ( nam de his ibi in fine loquitur cum Officio conveniant, ideo, quod aliqui passim, & merè pro suo placito Missas Votivas, aut discordantes



ab Officio dicant, non probatur.

Observandum est 2. Per hoc, quod infra Hebdomadam, quando Officium fit de *Feria minore*, & in ea non occurrit *Vigilia*, nec resumenda est *Miss. Dominica* precedentis, quæ fuerit impedita, neque anticipanda *Miss. Dominica* sequentis ( ut in Rubricis ) locob *Miss. principalis* dici possit vi Rubricarum aliqua ex supra dictis Officio *Missis* votivis ( secundum ordinem tamen dierum in fine Missalis assignatum, & cum Commemoratione *Feria*, de qua factum est Officium &c ) modò hætenus declarato, nequaquam contraveniri Decreto Sac. Rit. Congreg. de anno 1611. 15. Jun. & 1612. 28. Jan. apud Arnod. decernentis : teneri omnino Canonicos ad Cantandam Missam Conventualem de die, ad hoc, ut lucrentur Distributiones, quia Decreta illa intelligenda sunt *salvè Rubricâ* Missalis, ejusmodi Missam Votivam ( adeoque discordantem ab Officio ) vel præferente, vel permittente secundummodum in ea expressum : nam quotiescunque ( ut notat cit. Auctor ) præscribitur, vel conceditur *Miss. Conventualis* discordans ab Officio, si- ve pro Defunctis, si-ve alia quacunque, tunc talis Missa censetur *Miss. de die* : sic adhuc satis fit *Cap. curi* Creatura, de celebrat. Missar. juxta quod aliqui *Miss. Conventualis* semper, nisi in casibus per Rubricas exceptis, concordare debet cum Officio : &

quia utitur verbò : *mandamus*, obligat ad mortale ( sicut Communis haber DD. Sententia ) ea *Missæ* Conventualis cum Officio diei currentis concordia.

Observandum 3. si *Missæ* Votivæ prædictæ ( par ratio est de alijs ) dicantur *Tempore Paschali*, tunc in fine *Introitus* ante Psalmum dicenda esse duo *Alleluja*, unum item in fine *Offertorij*, ac denique unum *Alleluja* in fine *Communions*, ubi non habetur; nam si ipsius *Missæ*, quæ dicitur, *Introitus*, vel *Offertorium*, vel *Communio* jam antecederet annexum sibi habent *Alleluja* ( unum, vel multiplex ) nullum aliud juxta Rubricas est superaddendum, tam in *Missæ*, quàm etiam in *Officio*, ad hujus *Antiphonas*, ac *Versus*, quibus alioqui adjicitur. Et hæc de *qualitate*, ac *Ritu* celebrandarum *Missarum* Votivarum *Primi Generis* : ad *Tempus*, seu *Horam* eas decantandi quod atinet, cantantur in *Choro* eo *Tempore*, quò alioqui cantanda esset *Missæ* Conventualis de die, nempe post *Sextam*; eò quòd tales *Missæ* Votivæ censeantur *Missæ* de die.

*Missæ* Votivæ *Secundi Generis* juxta *Andream Piscaram* Castaldum in *Praxi* *Cærimon.* 1. 2. s. 6. c. 4. sunt illæ, quæ de quolibet *Sancto*, aut *quacunque* *Festivitate*, per anni circulum juxta Rubricas *Missalis* celebrari solitæ, *Die* vel *Tempore* non suo,



nec tamen etiam per Rubricas prohibito, juxta Perentis, aut Celebrantis *Votum*, seu *arbitrium* dicuntur. Atque pro his ordinariè (non tamen semper, ut mox videbimus) assumitur illa, quæ in ipso die *Festo* habetur, siquidem propriam habeat Sanctus, de quo eam dicere intendis, accommodando ejus *Orationes* seu *Collectas*, aliâque, sineesse sit, *Tempori* præsentis, quod fiet, si, ubi in *Festo* habetur *Nativitas*, vel *Festivitas*, aut *Festuum*, vel *Natalitia*, tu substituas: *Commemoratio*, vel *Memoria* &c. omittendo item, ubi habetur, *Tò hodie*, vel *hodierna die*, nec non etiam *Gloria*, & *Credo*, nisi dicatur de ejusmodi *Sancto* *Missæ* *Votiva* *solennis* pro *Re gravi*, aut pro *publica Ecclesiæ causa*, vel *Missæ* *Votiva* (seu *privata*, seu *solennis*) de *Ss. Angelis*, aut de *B. V.* in ipso *Sabbato*; nam in *Missæ* *Votiva* *solenni* de *Sancto* semper dicitur *Gloria* & *Credo*, & in *Missæ* *Votiva* de *Ss. Angelis* (etiam *privata*, & *quacunq; die dictâ*) semper dicitur *Gloria*, esto non dicatur *Credo*, si sit tantum *privata*. Idem est de *Missæ* *Votiva* *privata* de *B. V.* dummodo hæc posterior ipsa *die Sabbati*, & non aliâ *infra Hebdomadem* dicatur; quia pro solo *die Sabbati* id *Privilegij* *Missis* *Votivis* *privatis* de *B. V.* juxta superius dictâ à *Rubricis* conceditur, non autem pro *alijs diebus* (etiam si dicantur in *Altari*, vel *Ecclesiâ* ipsi dicata) secluso speciali

privilegiò, quale datum esse *Sacris* *sanctæ* *Ædi* *Laurentianæ* (ut scilicet in omnibus *Missis* *B. V.* ibi dicitur sit *Gloria* &c.) afferunt nonnulli apud *Gav. To. 1. P. 1. Tit. 8. n. 4. lit. b.*

In omnibus *Missis* *Votivis* quæ non sunt de *Requiem*, dicitur *Psalmus* *Judica*, ac *Gloria* *Patri* ante ad *Introitum*, quàm etiam in *Psalmi* *Lavabo*, etiam in illis, quæ dicuntur *Tempore* *Passionis* ante *Hebdomadem* majorem, etiam tunc cantur tunc de *Passione* *Dominicæ*, ac aliàs in *Colore* *Violaceo*, v. g. *Tantum* *Belli*; aut pro *vitanda* *mortalitate*. Ratio est: quia *Psalmus* *Judica*, & *Gloria* *Patri* ad *Introitum*, etiam ad finem *Psalmi* *Lavabo*, solum in *Missis* de *Tempore* (h. e. illis, quæ sunt de *Dominica*, aut *Feria* *canonicis*) non autem in *Missis* de *Festis*, aut *Votivis* (nisi hæc sint de *Requiem*) *Tempore* *Passionis* omittuntur; etiam tunc in *Missæ* *Votiva* eo *Tempore* dictâ *Oratio* 2. de eo, de qua fuit *Officium*, & 3. illa, quæ dicitur quin esset secunda.

Si celebranda sit *Missæ* *solennis* de *Sancto*, aut *Sancta*, cujus *Missæ* in *Festo* incipit ab *Introitu*: *Oratio* *deamus omnes* &c. (ut incipit *Missæ* *Festiva* *S. Anna*) tunc juxta *Gerlacum* *Vinitorem* *P. 1. Tit. 4. Annot. 2.* locò horum *Verborum*: *Diem* *Festivæ* *celebrantes* dicendum est: *Memoriam* *celebrantes*, & locò *Verbi* *de*



trinitate dicendum : memoria, vel  
 Commemoratione : at verò juxta a-  
 lios ( quibus faver Gavantus infra  
 citandus ) locò Introitus Missæ Festi-  
 ve dicendus est alius Introitus,  
 desumptus ex Communi Sanctorum,  
 Missæque illi, & Sancto, vel Sanctæ,  
 conveniens; ac proinde juxta hos  
 AA. pro Missa Votiva de S. Anna In-  
 troitus petendus est ex Missa Cogno-  
 vi de Communi nec Virg. nec Martyr.  
 in Collecta autem vox solennia mu-  
 tanda in Tò Commemorationem. Quòd  
 ipsum observandum pariter erit cir-  
 ca Votivas aliorum Sanctorum, quo-  
 rum Missæ Festivæ incipiunt à ver-  
 bis : Gaudeamus omnes &c; uti & cir-  
 ca eorumdem Collectas, quibus si in-  
 sunt hæc, aut similia verba, nempe :  
 Festum, vel Natalitia, aut so-  
 lennia &c, substituenda erit vox :  
 Commemoratio, vel Memoria, ut su-  
 pra.

In Missis Votivis ( etiam il-  
 lis, quæ dicuntur Tempore Paschali,  
 seu infra Octavas ) nunquam dicitur  
 Gloria, & Credo :

Excipe 1. Nisi solemniter di-  
 cantur pro Re gravi, aut publica Eccle-  
 sia causa; nam in his tam Gloria di-  
 citur, quàm Credo, modò Missa Vo-  
 tiva non sit talis, quæ dici debeat  
 in Paramentis Violaceis; si enim Missa  
 Votiva, etiam solennis, dicatur in Pa-  
 ramentis Violaceis ( cujusmodi v. g.  
 est illa, quæ inter Votivas tertij Ge-  
 neris intulatur : Pro quacunque Ne-

cessitate ) etiam in illa nec Gloria di-  
 citur, nec Credo, nisi decantetur in  
 Dominica; quia tunc ratione Domi-  
 nica dicitur quidem Credo, non ta-  
 men Gloria in Excelsis, uti habetur  
 tum in propr. Rubricà, Missis Votivis  
 in fin. Missal. præfixà, tum etiam  
 in Rubr. Gen. Missal. Tit. XI. in fin.

Excipe 2. Missam Votiv. de Angelis,  
 in qua semper dicitur Gloria in Excel-  
 sis ( eò quòd sit Hymn. Angel. ) non ta-  
 men Credo, nisi dicatur solemniter pro  
 Re gravi, aut publicà Ecclesia causà.

Excipe 3. Missam de B. V.  
 in Sabbato, in qua pariter dicitur Glo-  
 ria in Excelsis ( sed sine Credo ) non  
 modò, si de ea factum sit Officium,  
 sed etiam tunc, quando de ea non  
 est factum Officium, adeoque est me-  
 rò votiva sive dein solennis, sive priva-  
 ta. Dixi autem : in Sabbato; nam  
 si Missa Votiva de B. V. dicatur extra  
 Sabbatum, nec Gloria in ea dicitur,  
 nec Credo ( ut sæpiùs jam dictum )  
 nisi sit Missa Votiva solennis pro Re gra-  
 vi, aut publicà Ecclesia Causa.

In Missis Votivis, quæ solen-  
 niter dicuntur pro Re gravi, vel pro  
 publicà Ecclesia causa, dicitur tantum  
 una Oratio ( eò quòd unitas Oratio-  
 nis dicat & significet solennitatem, ut  
 in duplici patet ) exceptà Missa Vo-  
 tivà, quæ dicitur solemniter pro gra-  
 tiarum actione, vel de SS. Trinitate,  
 vel de S. Spiritu, vel de B. MARIA;  
 nam Orationi propriæ tali Missæ  
 gratiarum actoriæ solenni additur  
 qui-



quidem ad huc quædam alia Oratio gratiarum actoria ( quæ incipit : *DEUS, cuius misericordia non est numerus &c.*, & exstat in fine *Missæ Votive de SS. Trinitate* ) atamen sine distinctione à prima, sed sub una, eadèmq; cum ea conclusione dicenda, ita, ut ex duabus fiat una ad solemnitatem, id quod tradit Gav. To. 1. P. 1. Tit. 9. n. 14. & prius Tit. 7. n. 7. lit. n. ubi pro sua Sententia ( quam etiam sequitur Lohnerus ) non modò usum Cappellæ Papalis, sed Lectiones quoque solidas ex Rubricis Missalis sub Urbano VIII. recogniti adducit.

In *Missis* autem *Votivis privatis*, seu non *solemnibus* 2. Oratio ordinariè est de eo, de quo fit *Officium*. 3. verò quæ alioquin 2. locò dicitur in *Missâ* de *Officio* seu die *currente*. Dixi : ordinariè : Excipiuntur enim 1. *Missæ Votive private pro gratiarum actione*; nam in his juxta Gav. To. 1. Tit. 9. cit. n. 14. in fin. & Tit. 7. cit. ac Arnaud. Tr. 1. P. 1. T. 9. n. 8. 2. Quidem Oratio est pariter de eo, de quo fit *Officium* : 3. verò locò juxta citat. AA. dicitur Oratio pro *gratiarum actione*, nisi ( ut ego addendum censeo ) faciendâ sit simul *Commemoratio de Festo simplici occurrente*; tunc enim Oratio pro *gratiarum actione* in *Missis Votivis privatis* pro *gratiarum actione* dicenda erit 4. locò. & ei addenda etiam quinta. Cujusmodi additio quinta Orationis tunc quo-

que erit faciendâ, quando missa dederetur quinta vel omitti deberet una de Orationibus præscriptis pro *Missâ* diei *currentis*, vel *Nativitatis* rationum in *Missâ Votive private* habente *Ritum simplicem*; non fore præcipi. Vide tamen dicenda in *num. XII. in fine, de Missis Votivis generis*. Excipiuntur 2. *Missæ Votive de B. V.* nam in his ( quando dicuntur in die, quo fit *Officium S. MARIAE in Sabbato*, sed de alio ) Oratio est de *Officio illius diei*; pro *ro. de S. Spiritu*, nisi hæc per *Commemorationem de Festo simplici* faciendam extrudatur. Quod autem ipsum *Officium* sit de *S. MARIAE in Sabbato*, tunc in *Missâ B. V.* utpote concordante in *Officio* sunt *Officio*, secunda Oratio de *S. Spiritu*. 3. verò *Ecclesiæ* *Papæ*, nisi faciendâ sit simul *Commemoratio de Festo simplici*, aut præcedenda ratione *Mensis penultimè* dicitur *Oratio Fidelium*; tunc enim præcedendum est, ut supra, ac sub *locò* dicitur *Missâ Votive de S. Spiritu* dicitur in *Sabbato*, in quo fit *Officium de B. MARIAE in Sabbato*, tunc Oratio in *Missâ illa Votive de S. Spiritu* quidem ut alias de die *currentis* nempe de *B. V.* in *Sabbato*, ut Oratio tunc non est de *S. Spiritu* ( utpote jam dicta 1. locò ) sed de *Ecclesiâ*, vel pro *Papâ*, ut supra dicitur.

Si Tempore *Passionis*, ut



die infra Octavam, tertiam Oratio-  
nem alioquin non admittente, dicatur  
Missæ *Votiva* (esto ea sit de *S. Cruce*,  
aut *Passione*) dicendæ sunt in ea ju-  
ta Gerlacum P. 1. T. 9. §. 8. & 14.  
& Lohner. P. 2. T. 11. n. 7. tres O-  
rationes, aut plures, modò impa-  
res; quia non sunt *Missæ de Tempo-  
re*, sed *Votivæ*.

Si *Missæ Votivæ* dicatureo Tem-  
pore, quo alioqui post Epistolam  
seu Lectionem dicendum in *Missæ*  
est *Graduale*, vel post *Graduale Tractus*,  
vel omisso *Graduali duo Versus cum*  
*quatuor Alleluja*, *Missæ* autem illa *Vo-  
tiva*, quæ dicenda est, horum ali-  
quod careat, tunc *Graduale*, vel *Trac-  
tus*, vel *Versus* illi cum *quat. Alleluja*  
desumi pro ea debent de *Communi*  
*Sanctorum*, v. g. in casu, quò  
*Missæ Votivæ* de *S. P. N. Ignatio*  
dicenda est *Tempore Paschali*:  
tunc enim locò *Gradualis*, quod a-  
lioquin in *Festo* ac *Missæ* hujus *Sancti*  
post *Lectionem Epistolæ* dicitur, di-  
cendi sunt illi duo *Versus* cum *qua-  
tuor Alleluja*, qui in *Missæ Os Justi*, de  
*Communi Confessoris Non-Pontificis*  
pro *Tempore Paschali* præscribuntur.  
Idem est de *Tractu*; quia enim *Missæ*,  
quæ dicitur in *Festo S. Ignatii*  
descriptum sibi non habet *Tractus*,  
ideo si illa per modum *Missæ Votivæ*  
dicatur eo *Tempore*, quo post *Gra-  
duale* omisso *Alleluja*, & *Versu sequen-  
te*, dicendus etiam in *Festis*, ac *Missis*  
*Sanctorum* est *Tractus* (nempe post

coeptam *Septuagesimam*) tunc *Trac-  
tus* pro illa sumendus est de di-  
cto *Communi Confess. Non-Pon-  
tificis*.

Si infra ipsam *Octavam Pasche*  
pro *Re gravi*, aut *publicâ Ecclesiæ cau-  
sâ* cantanda sit *Missæ Votivæ solennis*,  
censet cum *Petro Ruiz* hic *Gavantus*  
non esse in ea dicendum *Graduale*, sed  
*quat. Alleluja cum 2. Versibus*; eò quòd  
*Graduale* conveniat quidem *Missis* il-  
lius *Octavæ Paschalis*, non tamen *Missæ*  
*Votivæ Paschali*, quæ infra illam di-  
citur. Addit *Gavantus*: *Neque in fine*  
*dicendum* tunc esse *Alleluja* ad *ite Missæ*  
est in ejusmodi *Missæ Votivæ*.

In *Missis Votivis* quæ dicun-  
tur *Tempore Adventûs*, etiam in *Colore*  
*violaceo*, post *Graduale* non debet o-  
mitti *Versus* sequens cum suo *Alleluja*,  
esto tunc omittantur in *Missis de*  
*Tempore*, seu *ferialibus*; quia *Missæ*  
*Votivæ* non sunt *Missæ de Tempore*, &  
participant aliquid de *Festis*, quorum  
sunt *Votivæ*, in his autem post *Gra-  
duale*, id est *Lamentum*, decet extra *Se-  
ptuagesimam* audiri *Alleluja*, ad ex-  
primendam *aliqualem letitiam*, ut  
pluribus *Gav.*

Quòd si *Sanctus*, de quo di-  
cenda est *Missæ Votivæ*, vel nullam  
habeat *Missam* in *Missali Romano*  
sibi assignatam, vel ibi assignata non  
satis ei quadret pro *Votivæ*, tunc to-  
ta *Missæ Votivæ* dicenda est de *Com-  
muni Sanctorum*, *Ritu* tamen, quem  
*Ratio Temporis* (nempe *Paschalis*, vel



Non-Paschalis) ac Sancti conditio requirit: nam Tempore Paschali in Missis etiam quibuscunque Votivis in fine Introitus adduntur ante Psalmum duo Alleluja, unum item in fine Offertorij, ac unum in fine Communionis, ubi non habetur, ut supra.

In Missis Votivis, quæ propriam habent Præfationem, dicitur Præfatio propria, nisi dicantur infra Octavam Nativitatis Domini: nam infra hanc Octavam in Missis etiam Votivis, non aliam Rubricæ permittunt dicere Præfationem, nisi de Nativitate Domini, cum ejusdem Communicantes, exceptis tamen Missis de Requiem: in his enim semper dicenda est Præfatio Communis, & Ordinarium Communicantes. Quod si Missa Votiva habens propriam Præfationem dicatur infra Octavam Ascensionis, habentem propriam Præfationem, & propriam Communicantes, in Missa illa Votiva dicitur Præfatio propria illi Missæ Votivæ, Communicantes autem dicitur de Ascensione, etiam in casu, quò nulla facta fuerit Commemoratio de Octava Ascensionis, adeoque dabitur casus, in quo separari debet Communicantes à sua Præfatione: id quod etiam contingit, si Festum Ss. Philippi & Jacobi occurrat infra Octavam Ascensionis; tunc enim Præfatio pariter est de Apostolis, Communicantes autem de Ascensione, licet in Missa nulla fiat Commemo-

ratio de Octava: atque ita fieri debere in hujusmodi casibus Sac. Rit. Congregatio 28. Augusti 1692. apud Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 12. n. 6. decrevit. Vicissim datur casus, in quo Præfatio Missæ Votivæ separatur à suo Communicantes, si nempe Votiva habens propriam Præfationem dicatur extra illud Tempus, quo loqui Communicantes simul cum Præfatione dici solet, uti contingit quando extra illud Tempus, quod est à Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, dicitur Missa Votiva de Venerabili Sacramento; licet tamen tunc in ea dicatur Præfatio de Nativitate Domini (Missis de Venerabili propria) non tamen etiam dicitur Communicantes de Nativitate. Id ipsum contingit, quando infra Octavam Ss. Corporis Christi dicitur Missa de die infra Octavam, ut ibi.

In Missis autem Votivis, quæ propriam Præfationem non habent dicitur Præfatio de Tempore (scilicet de Quadragesimali, vel Paschali) aut extra hæc Tempora Præfatio Communis, sive dicatur in Ordine Missæ, nisi currat aliquid infra Octavam; nam si Missa aliqua non habens propriam Præfationem quocunque Tempore dicatur infra aliquam Octavam, tunc (nisi Votiva illa sit Missa de Requiem) Præfatio etiam Missæ Votivæ infra illam Octavam dictæ dicenda est de die



*fiava* : quod si *Festum*, cujus *Octava* celebratur, habeat insuper proprium *Communicantes*, vel etiam proprium *Hanc igitur*, etiam hæc dicenda erunt in *Missâ Votivâ*, si quæ infra talis *Festâ* *Octavam* dicatur, modò, ut dixi, *Votivâ* illa non sit *Missâ de Requiem*; nam in *Missis Defunctorum* nunquam (NB.) alia dicitur *Præfatio*, nisi *Communis*, sive *ultima*, nec aliud *Communicantes*, aut *Hanc igitur*, nisi *Commune*.

Quando *Missâ* aliqua *Votivâ* pro *Re gravi*, aut *publica Ecclesiâ causa*, adeoque *solemniter*, celebratur, dicitur competens ei *Præfatio*, ut in *duplicibus*, in *Cantu* seu *Tono solenni*, qui nimirum assignatur *Festis SS. Trinitatis*, *S. Spiritûs*, *S. Crucis*, *S. Mariæ* &c, dempris tamen *verbis*, quæ non congruunt *Missæ Votivæ*, ut in *Præfatione* *solemnis Votivæ de Spiritu Sancto* omittenda sunt ea *verba* in *cantu* : *hodierna die* (imo etiam in *Præfatione Missæ Votivæ private*) quia conveniunt tantum *Festo Pentecostes*, hujusque *Octavæ*, non autem *Missæ Votivæ*, extra id tempus dictæ, aut decantatæ.

*Missas* quascunque *Votivas* (imo & *Festivas*) quæ infra *Octavam Nativitatis Domini* dicuntur, non habere aliam *Præfationem*, nec aliud *Communicantes*, quàm de ipsa *Nativitate Domini* (nisi sint *Missæ de Requiem*) jam antea ex *Gav. Tom. 1. in Rubricâ XII. Missal. 2. 4. lic. d. modo*

¶ Pars III. ¶

nui : ubi advertit, quod *Verba* : *Præfatio de die*, idem sonent, quod *Præfatio de Tempore* in ea *Rubrica*. Unde supra quoque jam monui, si in *Sabbato*, quò alioqui sit *Officium*, & *Missâ* diei de *B. MARIA in Sabbato*, dicitur *Missâ Votivâ* de aliquo alio *Sancto*, aut *Sancta*, in *Missâ* illa *Votivâ* nec *Gloria* debeat dici, nec *Præfatio de B. V. sed Communis*, nisi *Missâ* illa *Votivâ* habeat propriam *Præfationem*.

In *Missis Votivis*, in quibus dicitur *Gloria* [ uti dicitur in *ijs*, quæ cantantur *solemniter* in *Paramentis* nec *Violaceis* nec *nigris* : item in *Missis Votivis Ss. Angelorum* quocunque die dictis, ac *Missis Votivis B. V.* si hæc de ipsa dicantur in *Sabbato* ] dicitur in fine : *Ite Missa est*; at verò in omnibus *ijs*, in quibus *Gloria in Excelsis* non dicitur, & non sunt *de Requiem*, dicitur in fine : *Benedicamus Domino* &c.

In fine quarumcunque *Missarum Votivarum* [ tam *privatarum*, quàm *solemnium* ] semper dicitur *Evangelium S. Joannis* : *In principio erat Verbum* &c.

*Color Votivarum* est idem, ac *Festorum* : In *Missâ* de *S. Crucis* & *S. Spiritu Rubeus* : in *Missâ* de *Passione Violaceus* : in *Missâ* de *SS. Trinitate*, *Venerabili Sacramento*, & *B. V. ejusque VII. Doloribus Albus*.

Circa celebrandas *Missas Votivas*

¶ G g ¶

tiva



ivas II. Generis, atque etiam ex parte I. & III. Generis [ de quarum prioribus *suprà*, de posterioribus verò *infra* ] Notanda sunt insuper sequentia :

I. Non est Conveniens, ut *infra Octavas Festorum B. V.* in gratiam alicujus, Petentis de illa dici *Votivam*, dicatur una ex 5. Missis *Votivis* *suprà* assignatis in Missali de illa, sed, si fiat *Officium de die infra ejus Octavam*, locò ejusmodi *Votiva privata* [ secùs ramen est de Missâ *Rorate*, in quibusdam Ecclesijs quotidie in Adventu decantari solita ] dicatur *Missâ Festiva*, conveniens *Officio diei*, cum *Gloria* & *Credo*; si verò *Officium infra talem Octavam* fiat de aliquo alio Sancto, tunc locò *Votivæ de B. V.* dicendæ pariter dicatur *Missâ Festiva de B. V.* at non *Ritu Festivo*, sed sine *Gloria*, & *Credo*, ac cum Commemoratione Festi, *infra Octavam* illam occurrentis &c. & cum *Benedicamus* in fine, nisi sit *Sabbatum*; tunc enim dicitur *Gloria*, sine *Credo*, & in fine : *Ite missa est &c.*

Hoc idem cum proportione observandum est circa *Missas Votivas* aliorum Sanctorum habentium *Octavam*; adeoque si etiam *infra* horum *Octavas* dici *Missas Votivas* de ipsis aliqui desiderant, dicenda est *Missâ Festiva de die currente infra Octavam* [ si Festum 9. Lectionum non occurrat ] cum *Gloria* [ atque etiam cum *Credo*, si hoc in Festo extra Do-

minicam sit dictum ] conveniens *Officio*; si verò *die* ejusmodi *Octavam* faciendum sit *Officium de die Festo* 9. Lect. tunc pariter dicatur *Missâ Festiva* illius Sancti, cujus celebratur *Octava*, cum Commemoratione Festi alterius occurrentis, verò tamen *Ritu Votivo*, idest sine *Gloria* ( nisi sit *Missâ de Angelis*, aut de B. V. in *Sabbato* ) ac sine *Credo*, & cum *Benedicamus* in fine. Hinc in casu quò quispetit, ut *infra Octavam* *Invocativitatis S. Joannis Baptistæ* in festo S. Leonis Papæ 28. Junij dicatur *Missâ Votiva* de S. Joanne Baptistâ, dici debet *Missâ de Octava S. Joan. Baptistæ*, at *Ritu Votivo*, adeoque sine *Gloria*, ac tamen Commemorat: Festi occurrentis at 3. Orat. de *Vigilia Ss. Apostolorum Petri & Pauli*, & cum *Benedicamus* in fine, nec non ultimo Evangelio S. Joannis. Arnaud. Tr. I. P. 1. Tit. 4. n. 6.

Ex quibus ulterius *Infertur* : Quòd si *infra Octavam Pentecostes* dicenda sit *Missâ Votiva solemnis pro Re gravi*, & ea dicatur de Spiritu Sancto, dicenda sit *Missâ*, quæ competit diei occurrentis, & non alia. Arnaud. *ibidem*, ac citat *suprà P. I. citatus.*

II. Si quis exigat dici *Missam Votivam* de Assumptione B. V. aut de ejus Nativitate, vel aliam similem extra hujusmodi Festorum B. V. *Octavas*, censet Gav. & Arnaud. *op. cit.* nonnullos apud Gob. Tr. 3. à n. 79.



non esse dicendam Missam de humo-  
nati Festo, sed unam ex quinque  
illis Votivis B. Virgini pro Diversi-  
tate Temporum à Missali Romano  
accommodatis, cum Intentione ho-  
norandi ejus Assumptionem, aut Na-  
tatem &c: eò quòd non deceat  
dicere: *Gaudemus omnes in Domi-  
no, diem Festum &c.* nec etiam verba  
illa in Commemorationem, mutare, ac  
insuper ob alia, quæ sequerentur,  
incommoda: neque *Laicorum cau-  
sa* (addit Gavancus): *violanda sunt  
Liberica*. An verò horum Scripto-  
rum Autoritate, ac Ratione non  
obstante, in casu, quòd prægnantes  
Mulieres perunt pro felici partu tres  
Missas dici, unam nempe in hono-  
rem Nativitatis Christi, alteram in  
honorem Nativitatis B. M. V. & 3. in  
honorem Nativitatis S. Joannis Bap-  
tistæ, quis possit, aut etiam debeat di-  
ctas 3. Missas ex ipsis prædictis Fe-  
stis (mutatis mutandis) desumere,  
an verò alias ad prædictam Inten-  
tionem legere? Rationes pro, &  
contra adducit Lohnerus: *Infr. pract.  
I. P. 4. Tit. 2. §. 2. num. 2.* quem  
vide.

III. Quia Missa SS. Rosarij  
(idem est de Missa B. V. de monte Car-  
melo) non conceditur omnibus, sed certis  
tantum Regularibus, aut locis, ut con-  
stat ex Decretò Sac. Rit. Congreg.  
Missali præfixò, arque superius in  
medium adductò, ideo, si quis ha-  
bet onus celebrandi Missam de Rosa-

rio, aut Missam B. V. de monte Car-  
melo, debet Is juxta Decreta ejusdem  
Sac. Rit. Congreg. allegata à Gav.  
To. I. P. 4. Tit. 17. n. 9. & Arnaud. Tr.  
I. P. 4. Tit. 17. dicere locò illius Mis-  
sæ unam ex 5. Votivis de B. V. in  
fin. Missali. pro Diversitate Tempo-  
rum assignatis, & satisfaciet. His  
scriptis intelligo, de utraque hac  
Missa & Officio (nempe Rosarij, ac  
B. V. de monte Carmelo) editum  
esse novum quoque Decretum ab  
eadem Sac. Rit. Congreg. 1710. 22.  
Martij, quod nondum ad meas ma-  
nus pervenit; si ita est, mos ei erit  
gerendus, vel maximè autem illi,  
quod idem, post Tractatum hunc  
pro typo jam descriptum, annò  
1716. 3. Octobr. emanavit de cele-  
brando deinceps sub Ritu duplici mai-  
ore per totam Ecclesiam Festo Rosa-  
rij, ut infra Tit. ult. V. Festum Rosa-  
rij, &c. & supra P. II. fol. 477.

IV. Qui vult, aut tenetur dicere  
Missam Votivam de SS. Trinitate, aut de  
SS. Angelis, aut de S. Spiritu, aut de  
Venerabili Sacramento, aut de S. Cruce,  
aut de B. V. aut de SS. Apostolis Petro  
& Paulo extra cujuslibet horum Fe-  
storum Octavam, non debet dicere  
eam, quæ dicitur in cujuslibet ho-  
rum Festo, sed debet pro Votiva af-  
sumere illam, quæ horum cuius in  
fine Missalis sub nomine Missæ Voti-  
væ assignatur: quomodo autem ea-  
rum singulæ sint recitandæ, decla-  
ravi paulò antè, cum agerem de Mis-  
sa

[[ G g 2 ]]

si





his *Votivis* primi generis. Hic autem hucusque dictis addenda sunt ulterius sequentia :

V. *Missæ* *Votivæ* de *Tempore*, & de *Festis* *mobilibus* universalis *Ecclesiæ* non celebrantur. *Castald. loc. supra cit.* Hinc ( *Teste* *Diana*, & *Gav.* ) haud permittendum, ut *Sacra* de *Passione* *longâ*, de *Pentecoste*, de *Festo* *Corporis* *Christi* dicantur extra dies, in quos incidunt hujusmodi *celebritates*; eò quòd jam sint designatæ propriæ *Missæ* *Votivæ* hujusmodi *Mysterijs* respondentes. Vide *Gob. Tractat. 3. à n. 723. & 724.* ubi de *Missâ* *Resurrectionis* *Dominici* &c.

VI. Si sit dicenda *Votiva* ad *postulandam* *gratiam* *S. Spiritus*, dicitur quidem *Missâ* *Votiva* de *S. Spiritu*, in fine *Missalis* pro *Feria* *V. I.* locò assignata, sed mutantur *Orationes*, dicunturque tunc eæ, quæ habentur in fine ejusdem *Missæ* *Votivæ* de *Spiritu* *Sancto*, ut *suprà* in *Missis* *Votivis* *I. generis* jam monui.

VII. Quando petitur *Missâ* *Votiva* de *S. Petro*, aut de *S. Paulo*, dicitur *Missâ* *Votiva* *Communis* *utriusque* *Apostolo*, cum *intentione* *venerandi* *Apostolum*, *cujus* *Missâ* *Votiva* *petitur*; nunquam enim *separandi* *sunt* *ij*, quos *Ecclesia* *conjungit*, ut *monet* *Gav: To. I. P. 4. Tit. 17. n. 6.* ubi ad simile *Quæsitum*: *An* *scilicet* *in* *Votiva* *Conversionis* *S. Pan-*

li *facienda* *sit* *Commemoratio* *S. Petri*, qui *in* *Officijs* & *Missis* *Festivis* de *S. Paulo* *nunquam* *ab* *isto* *separatus*, sic *respondet*: *Nisi* *vice* *illius* *Missæ* *dicatur* *Votiva* *Communis* *utriusque* *Apostoli*, cum *intentione* *ad* *venerandam* *Conversionem* *S. Pauli*, quod *mibi* *arridet*, *minimo* *nunquam* *separandi* *erunt* *ij*, quos *Ecclesia* *conjungit*: & *licet* *in* *Trigagesima* *videatur* *eosdem* *separari* *in* *Collecta* *soli* *S. Pauli*, *statentur* *utrum* *id* *facit*, *ob* *Stationem* *in* *Ecclesia* *S. Pauli*, *dum* *trascito* *Nemine* *proprio* *Dædorem* *Gentium* *appellat*. *Vide* *men* *etiam* *paulo* *pòst* *dicenda* *n. XI.*

VIII. Si dicenda sit *Missâ* *Votiva* de *alijs* *Apostolis*, quàm de *S. Petro* & *Paulo*, dicitur ( *Ritu* *nam* *Votivo* *suprà* *descripto* ) *Missâ* *propria* *ipsorum*, & si aliquid *racionis* *Temporis* *illi* *desit*, v. g. *Tractus* *pòst* *Septuagesimam*, aut *Versus* *cum* *quatuor* *Alleluja* *Tempore* *Paschali*, tunc *Versus* *quidem* *desumi* *poterit* *ex* *Missâ* *Votiva* *Ss. Petri* & *Pauli*; *Versus* *autem* *cum* *quatuor* *Alleluja* *Tempore* *Paschali*, imò *verò* *etiam* *Introitus* *cum* *Antiphonis*, *ex* *Festo* *S. Marci* *Evangelista* *25. April.* ut *in* *simili* *casu* *prece-* *tur* *in* *fine* *Missæ* *Votivæ* *Ss. Apostolorum* *Petri* & *Pauli*: est enim *eadem* *Ratio*. *Gav. loc. cit.* *Potest* *autem* *omnes* *Votiva* *de* *Apostolis* *dicuntur* *in* *colore* *rubro*, *exceptâ* *Missâ* *Votivâ* *de* *S. Joanne* *Apost. & Evangelista*, quæ *dicuntur* *in* *Paramentis* *Albis*, ut *in* *equo*



Festo 27. Decembris. In omnibus quoque Missis *Votivis* Apostolorum dicitur Præfatio de Apostolis, nisi *infra Octavam Nativitatis Domini* ( v. g. in Festo semiduplici S. Thomæ Cantuariensis ) dicantur : nam *infra illam Octavam* in quibuscunque Missis tam *Votivis*, quam *Festivis*, dicitur Præfatio de *Nativitate Domini*, cum hujus *Communicantes*, ut superius jam dictum.

IX. Tamen ea Missa specialis de *quindecim Auxiliatoribus*, quæ impressa est olim Venetijs, rejecta à Sac. Rit. Congregatione, uti *Missæ de Patre eterno* Madriti editæ, ac demum *Missæ S. Gregorij* intitolata : *Pro Vivis & Defunctis*, ut continetur ex Decreto ejusdem Sac. Rit. Congreg. extante ad initium *Missalis*, ita, ut neque retineri possint in cubice *Missalis* sub pœnis Librorum prohibitorum; idemque etiam sit de alijs *Missis* non approbatis, non tamen absolute prohibitorum esse dicere *Missam Votivam* de 14. ( ut Germani numerant ) *Ss. Auxiliatoribus* supra nominatis, *Instr. Pract.* 1. P. 4. Tit. 2. §. 2. n. 3. censet P. Lohnerus ob Rationes itidem superius f. 25. & 26. relatas; ac proinde, si specialis Devotio Perentium *Missam* de prædictis Sanctis requirat, posse *Missam* de pluribus Martyribus ex *Communi Sanctorum* legi; tum quia ( inquit ) plures ex his Sanctis Martyribus *Componati* sunt, atque aded *major Pars*

*minorem* ad se trahit; tum, quia cum nullus in ijs Apostolus contineatur, proximi dignitate sunt ipsi Martyres, atque aded ex hoc capite merito de ipsis potius, quam *Confessoribus*, vel *Virginibus* *Missæ* legitur, maxime, cum pro *pluribus Martyribus* *Missæ* in *Missali* descriptæ, extant non item pro *pluribus Confessoribus* in eo extantes reperiantur.

X. In *Missæ* de Sancto, de quo nec recitatur *Officium*, nec in isto fit *Commemoratio* de eo, sed *Missæ* tantum die illo, quo in *Calendario*, aut *Martyrologio* notatur, celebratur die ejus Festo ad ipsius Altare, dicuntur tres *Orationes*, nempe 1. de illo Sancto. 2. De eo, de quo die illa fit *Officium*. 3. quæ aliàs 2. locò dicenda erat : est enim hæc *Missæ*, ut supra dictum, ex *Ritu Votivo & Festivo* mixta : ex *Votivo* quidem; quia *discordat* ab *Officio*, ex *Festivo* autem; quia eo die obiit Sanctus, de quo *Missæ*, & ideo dicitur in ea *Hymnus Angelicus*, at *Symbolum* ( id est *Credo* ) non dicitur, nisi fiat in *Dominica*. *Gav. To. 1. P. 1. Tit. 8. n. 4. lit. b. & Tit. 9. n. 16. fin.* Tamen si autem hæc *Missæ* ex eo, quod dicitur eo die, quo obiit Sanctus, de quo dicitur *Missæ*, quasi in ejus Festo, esto non dicitur de eo *Officium*, aliquam habere *solemnitatem* Gavanti videatur, non tamen videtur ex mente ejusdem Gavanti inter *solemnnes recensenda*, aut *Ritu solenni* dicenda.



da. Quod tamen dicit idem Gavantus de 3. Oratione in hujusmodi Missa dicenda non probatur Pifarto Sacerd. Evang. P. 1. Tit. 8. v. 8. Non enim, ait, talis Missa videtur Ritu semiduplici dicenda, sed ad minus Ritu duplici. E contra Lohnerus Infr. I. P. 2. Tit. 11. n. 11. contendit, totam Missam esse simpliciter festivam, sed simplici tantum Ritu celebrandam, attamen cum Gloria, ut Tit. præced. tradit.

XI. Quando dicitur Missa *Votiva* de Patrono, aut Titulari, cuius Nomen proprium alioquin in Oratione: *A cunctis* littera N. est exprimendum, non est necesse eo Tempore, quò dicitur Oratio à *cunctis*, huic aliam Orationem substituere, sed satis est in eo casu vel tacere in Oratione: *A cunctis* Nomen Patroni, aut Titularis (nè de eodem bis fiat mentio in collectis tam inter se propinquis, & non purè *accessorijis*) vel nominare poteris locò *Patroni*, vel *Titularis* tunc quemdam alium Sanctum pro tua Devotione. Gav. To. I. P. 1. Tit. IX. n. 15. lit. b. *fn.* Qui tamen P. 4. Tit. 17. n. 27. simul advertit, Regulam illam Generalem Missalis: Ne de eodem (sive sit *Festum*, sive sit *Votivum*) fiat bis in Missa, semel scilicet per modum *Principalis*, & semel per modum *simul Commemorationis*, solummodo verificari ac habere locum in *Commemorationibus* quà talibus in *sensu formali*,

hoc est, dicentibus ordinem ad *ficium* (id quod in Collectis ordinariè non accidit ultra *Commemorationem* tertiam in Missa) non autem habere locum in collectis *pure accessorijis*, & remotioribus à prima, nec etiam in ijs, quæ juxta *Rubricas* Missal. Tit. IX. de Orationibus n. 12. addi possunt usque ad quatuor, vel septem: utramque hanc suæ Assertionis Partem tum ipse locò citatò, tum etiam *Arnaudus* Tit. 17. suprà allegatò de *Rubricis Missæ* *Votivar.* probat, ac prior eandem Assertionem pluribus exemplificationibus inde concludens, nil obtinere, nisi minùs ultra collectas Orationi principali Viciniores (quæ proprie capiunt *Commemorationem*, & debent esse diversæ à primâ Collectâ) cedant aliæ, in quibus tanquam *pure accessorijis* ac remotioribus à primâ, de novo fiat mentio eorum, quàm primâ, vel alterâ collectâ fuerint nominatî.

XII. Quæ Missa *Votiva* dicenda sit *pro gratiarum Actione*, & quomodo, ac cum quor Orationibus dictum est suprà, ubi secutus fuit Sententiam Gavanti To. I. P. 1. Tit. 7. n. 7. lit. n. & Tit. 9. n. 14. à qua ex parte dissidet *Arnaudus* Tr. 1. P. 1. Tit. 7. n. 7. & P. 4. Tit. 17. n. 14. dum iste in Missa solenni *Gratiarum Gloria* vult dici duas Orationes (nam Missæ *Votivæ*, quæ dicitur propriam, & alteram pro *gratiarum*



actione) & utramque sub conclusio-  
ne diversa, seu distincta à conclusio-  
ne alterius; Gavantus autem (quem  
etiam sequitur Lohnerus) contendit  
et probat ex Missali recognito, Ora-  
tionem illam, quæ cum correspon-  
dente sibi Secreta, ac Post-Communio-  
ne extrat in Missali post Missam Votivam  
de SS. Trinitate, in Missa Votiva solenni  
pro gratiarum actione sub una eadem-  
que conclusione cum prima Oratio-  
ne esse recitandam, ita, ut ambæ  
unica esse videantur Oratio in Missa  
solenni: negat autem idem Gavantus  
ibidem, quod etiam in Missis priva-  
tis sub una conclusione dicendæ sint  
illæ duæ Orationes, ut contendit  
Paulus Maria Quarti P. 1. Tit. 7. sub.  
4. ob Rationes à P. Lohnerò Inscr.  
tract. 1. P. 2. Tit. 11. n. 5. relatas,  
et solutas. Itaque in Missis privatis  
pro gratiarum actione procedendum  
est modò superius à me jam de-  
claratò, cum agerem de Orationi-  
bus Missarum Votivarum.

Sententiæ tamen Pauli Ma-  
riæ Quarti Suffragari videtur recen-  
tissima Praxis Romana: siquidem  
Eminentiss. D. Card. Caracciolus,  
SS. D. N. in alma Urbe Pro-Vica-  
rius General. die 3. Sept. curr. anni  
1716. de ejus mandato ordinavit,  
ut Sacerdotes omnes tam Sæcula-  
res, quàm Regulares Dominicâ II.  
Septembris (quâ in Basilica S. MA-  
RIÆ Majoris solemnes DEO gratiæ  
Romæ agebantur pro parta contra

Turcas ad Petrovaradinum à Chri-  
stianis ipso B. MARIÆ ad Nives fe-  
sto die Victoria in paucis memora-  
bili) Orationi Missæ illius Domi-  
nicæ sub eadem conclusione subjun-  
gerent Orationem pro Gratiarum ac-  
tione.

XIII. Tres illæ Missæ Votivæ  
(nempe una de S. Spiritu, altera de  
S. MARIA, & 3. de Requiem, nempe  
Quotidiana pro Defunctis) quas Neo-  
mystis, h. e. novis Sacerdotibus in eo-  
rundem Ordinatione post celebratio-  
nem Primæ eorundem Missæ cele-  
brandas Episcopus ordinans præ-  
scribit, non necessariò debent, nec  
etiam semper possunt statim ac im-  
mediatè post ipsorum Primitias dici,  
ut quidam sibi perperam persuadent,  
sed juxta Regulas aliarum Missarum  
Votivarum sunt celebrandæ, juxta quas  
proin, ut mox videbimus, non pos-  
sunt dici in diebus, quibus prohi-  
bentur aliæ Votivæ private, hoc est,  
in Dominicis, atque duplicibus, nec  
non ijs diebus, quibus prohibetur fieri de  
Festo duplici: cum utique absolum  
foret post celebratas v. g. in Nata-  
li Domini Primitias tribus sequenti-  
bus diebus Festis prædictas Missas  
Votivas, & quidem unam illarum de  
Requiem dicere. Hinc verò etiam  
ulteriùs sequitur, quod non liceat  
dicere Gloria, & Credo, tam in Missa  
ejusmodi Votiva de S. Spiritu, quàm  
in Missa illa altera Votiva de B. Maria,  
nisi hæc posterior dicatur in Sabbatò



70 : Missa autem Neomystris præscripta pro Defunctis debet esse illa, quæ intitulatur : *Quotidiana*, cum 3. Orationibus consuetis. Gerlac. Vinit. Compend. Sac. Rit. P. 1. Tit. 4. annotat. 21. Qui num. seq. 22. addit : Quod Missa prima Sacerdotis novi, si celebreretur in duplici, aut in Dominica, aut in die privilegiato, debeat celebrari de iisdem Festis, aut Diebus, occurrentibus, non verò de Spiritu Sancto, aut alia Votiva. Verùm loquendo de ijs Missis primis, quæ solemniter à Neomystris dicuntur, non putem in Praxi id observari, nisi sint Festa, aut dies privilegiati illorum ex numero, de quibus fit mentio in Rubrica Gener. VI. Missalis Rom.

XIV. In Susceptione Habitus, aut Professione Monialium juxta citatum Gerlac. Vinitor. annot. 24. (citantem pro se Castaldum in Praxi Caremon. l. 2. sect. 8. c. 3. n. 6.) præsertim diebus Dominicis, & Festis, non est dicenda Missa Votiva de S. Spiritu, aut alia, sed Missa de Officio diei currentis, in qua Orationi de die, seu Officij addenda est Oratio de Spiritu Sancto, vel alia pro eisdem præscripta : & ambæ sub una eademque conclusione dicendæ, ita, ut unica videatur Oratio in Missa celebri, seu solenni : cum enim in Consecratione Episcopi, in Ordinationibus Generalibus, in Benedictione Abbatis, item Abbatisse, necnon Virginum, ac cæmeterij, atque etiam in Consecratione tum Imperato-

ris, tum Regum & Reginarum juxta Rubricas Pontificalis Romani Tit. de Consecrat. Electi in Episcopum, alijque, id observetur, ac Missa dicatur de Die, aut Festo corrente, hujusque Orationi sub una, eademque Consecratione addatur alia, ut ibi, quæ (inquit Gerlac) in illis minoris momenti Actibus idem sit observandum ?

Quæres : Quibus diebus possint dici, regulariter loquendo, Missæ Votivæ, tam solennes, quam solennes, seu private ?

R. 1. Per se loquendo Missæ Votivæ solennis pro Re gravi, aut pro publica Ecclesie causa potest quocunque die, etiam Dominico & Festo ( dummodo non sit duplex, & solennis, nec dies alia excepta in Rubrica Generali VI. Missalis de Transmissis ) decantari post decantationem in Choro Nonam, decantari tamen prius post Horam congruentem quoque aliâ Missâ de Officio diei currentis, in Ecclesijs saltem majoribus, seu Cathedralibus & Collegiatis, modo supra Tit. De Occurrentia Episcopi. 1. Classis in fine declarato ex Mech. Bauldry mox citando, & Gav. To. 1. P. 1. Tir. 6. anse fin. Castald. Prax. Carem. l. 2. s. 6. c. 3. & 4. Gerlac. Vinit. P. I. T. 4. Annot. 17. item Tit. 6. Annot. 1. & 3. Bauldry Man. P. 3. c. 7. Tit. 4. iterumque Gav. To. 1. P. 1. Tir. 4. s. 3. lit. O. In ea verò dicitur regulariter Oratio Unica ( sine Commem-



morat: Dominica, aut Festi &c occur-  
 rentis ) item Gloria, & Credo, cum  
 Præfatione competente, in Tono seu  
 Tono solenni, ac cum *Ite Missa est* in  
 fine, si sit talis, in qua utimur Colo-  
 re non Violaceo, sed Albò, aut Rubrò;  
 ut verò sine Gloria, & Credo, ac cum  
 Præfatione in Cantu seu Tono non  
 solenni, atque cum *Benedicamus* in  
 fine, si dicatur in Colore Violaceo, ni-  
 si hæc dicatur in Dominica; tunc e-  
 rit etiam in tali Missa solenni dicitur  
*Credo*, non autem *Gloria in Excelsis*, nec  
*Ite Missa est* in fine, sed *Benedicamus*:  
 utrumtamen tam in istâ, quàm in  
 illâ dicitur Evangelium S. Joan. in  
 fine. An detur casus, in quo in Fe-  
 sti 1. aut 2. Classis, aut in Dominica  
 privilegiata 1. vel 2. Classis in Ecclesijs  
 Collegiatis decantari possit  
*Missa votiva solennis*, vide apud Gav.  
 To. 1. P. 2. Tit. 14. n. 4. infra citandum,  
 & Pifart P. 1. Sacerd. Evang. Tit. 4.  
 n. 6. Circa Tempus verò, quò tam  
 quàm *Missa Conventualis* de Offi-  
 cio huius currentis est decantanda, obser-  
 vandum est id, quod alibi ex eodem  
 Gav. To. 1. P. 1. Tit. 6. in fine annot. &  
 præscribit Rubr. Gen. XV. n. 2. & 5.

Quid autem nomine rei gra-  
 tiæ, ac per publicam Ecclesia causam  
 intelligatur, h. e. sufficientem ad  
 hoc, ut eâ subsistente cantari *Missa*  
*votiva solennis* etiam in Dominicis &  
 Festis non majoribus, id est talibus,  
 quæ non sunt 1. Classis (qualia sunt  
 Festum Paschæ, Ascensionis, aliæque

similia, nomine *Festorum majorum*  
 hinc venientia ) modò supra dictò  
 possit, dicitur inferiùs.

¶ 2. Cùm Gavanto To. 1. P. 2.  
 Tit. 14. n. 2. & seqq. quando pro *Com-  
 precatione* 40. Horarum &c, publicè  
 exponitur in Altari Venerabile SA-  
 CRAMENTUM, & eapropter cantan-  
 da est de eo *Missa votiva* (uti, si aliun-  
 de nil obster, cantari omnino de-  
 bet ) assumi debet ea *Missa*, quæ ex-  
 tat inter *Votivas* ad finem *Missa-*  
*lis*, non autem *Festiva* ss. Cor-  
 poris Christi ( nisi infra ipsam Octa-  
 vam Festi Corporis Christi casus acci-  
 dat ) & Tempore quoque Paschali ad-  
 dendum suis locis *Alleluja*, uti fit in  
 alijs *Missis votivis* : in eadem *Missa*  
*votiva solenni* dicenda quoque est re-  
 gulariter una tantùm Oratio, cum  
*Gloria*, *Credo*, & Præfatione de Nati-  
 vitate Domini, at sine hujus *Communi-  
 cantes*, uti & sine *Sequentia* : *Lauda*  
*Sion Salvatorem* &c ( nisi infra ipsam  
 Octavam Corporis Christi locò *Missa*  
*votiva solenni* dicatur *Festiva* ) ac de-  
 nique in fine hujus *Missa votiva solen-  
 nis* dicitur quoque *Ite missa est* ( in  
 Tono solenni ) ac Evangelium S.  
 Joannis, non autem *Dominica*, aut  
*Festi occurrentis*. Col. Alb.

Quòd si accidat, ut vel in *Festo*  
 duplici 1. aut 2. Classis, vel in *Domi-  
 nica* aliqua privilegiata 1. aut 2. Classis  
 ( ut fit in Templis PP. Soc. JESU in  
 Triduo antecinerali ) instituaturs hu-  
 jusmodi coram exposito Venerabili

[[ Pars III. ]]

[[ H h ]]

Sa-



Sacramento 40. horarum Oratio, tunc juxta eundem Gavantum loc. cit. n. 4 ac Sac. Rit. Congreg. Decretum de anno 1666. 13. Februarij, in Ecclesijs Collegiatis vel duæ cantantur Missæ, una de ejusmodi Festo, seu Dominica, post Tertiam, cum solitis tantum Orationibus; altera *Votiva* de Venerab. Sacramento, sine Commemoratione, post Nonam; vel, si aliter fieri non potest, una tantum cantetur *de die*, cum Commemoratione SS. Sacramenti (nisi sit Festum 1. Classis) sub una conclusione, & in ejus fine fit Processio in Paramentis albis, nisi hæc sit differenda; ita enim Teste eodem Gav. fit Romæ in Capella Papæ in 1. Dominica Adventus, & in alijs diebus Festis solennibus in Ecclesijs majoribus Urbis: quod posterius omnino ibi est practicandum, ubi una tantum fit Missa; ubi verò plures, & aliquæ earum de Festo vel Dominica dicuntur, poterit Missa solennis de Venerabili, sine Commemoratione Festi, aut Dominica, cantari, ut ex eodem Gav. colligit Lohnerus: in Missis tamen privatis facienda omnino est ordine seu locò à Rubrica præscriptò de Venerabili Sacramento in hujusmodi casibus Commemoratio, quæ tamen est omittenda in Festis 1. & 2. Classis, quod utrumque locò inferius citandò probat Franc. Monacelli (nempe P. 2. Formularij Legal. pract. mihi pag. 46. & 51.) tum ex Instructione, auctoritate S. D. N.

Clemen. XI. 1705. Romæ edita de servando ibi Ritu in Expositione Ven. Sacramenti; tum ex Responsò Sac. Rit. Congregat. dato ibidem 1684. die 2. Decembr. vide Arnaud. Tit. 1. P. 1. Tit. 7. n. 6. & Tit. 9. n. 9. item Bauldryum P. 3. c. 7. Tit. 7. de 9. ubi habetur, quòd dicta Commemoratio faciendâ sit ultimo locò, adeoque post omnes Orationes prædictæ die curri. præscriptas, prout in Rubr. VII. Missal. n. 5. nisi 3. Quia sit ad libitum; tunc enim potest locò poni: illud quoque rectè admonet ex Rituali Romano auctoritatus Lohnerus, quòd quando in hujusmodi 40. horarum Commemorationi & alijs, datur Populo Bauldryum cum ipso Ven. Sacramento, eam formare cum eo debeat Curam nihil dicens, qua de re mox inquitur.

Quæ autem porro sint observanda in Missis *Votivis* & alijsque *Curam* exposito Ven. Sacramento dicuntur, aut cantantur, vide apud Gerlac. Vin. in Compensat. Rit. P. 4. Tit. 5. P. Lohner. *Instr. pract.* 1. P. 4. Tit. 1. Mich. Bauldry in *Manual Sacr. Cærem.* de novo edito & auctò P. 3. c. ult. à fol. 197. usque ad 200. ubi n. 21. enumerat distinctè ac speciatim omnes *Generositates* ac *Reverentias*, quæ tam in Missa solenni, quàm in privata, Coram SS. Sacramento dictis observari debent; item P. 4. c. 16. art. 11. 12. ac 13. à fol. 282. usque ad 287. ac denique P. Hip-



Hippolytum à Portu Vicentino in *Opera Liturgicomorali de cultu DEI & Hominum* P. 3. c. 7. & 8. in quorum posteriore agit de *Missâ solemnâ*; in priorè autem de *privata* coram *expositio venerabili* celebranda : ubi tamen advertit hujusmodi *Missas*, coram *expositio* nimirum *Venerabili* celebrari solitas ( *privatas* præsertim ) absolute quidem non prohiberi ab Ecclesia hodiernis Temporibus; *tolerari* tamen potius, quàm *approbari*, allegans in hanc rem Verba Cæremonalis Episcoporum l. 1. c. 12. sic loquentis : *non incongruum, sed maxime decens esset, ut in Altari, ubi SS. Sacramentum situm est, Missa non celebraretur, quod antiquitus observatum esse videmus; & hinc inferens in Altari, in quo Sacratissima Hostia sit exposita, celebrari per se loquendo, ac citra necessitatem non debere.* Quod verò universim tam quoad *Missas*, quàm etiam quoad *alia* sit observandum in *Venerab. Sacramenti* pro 40. *Horarum Comprecatione & publica Expositione*, videri potest apud Francisc. Monacelli supr. cit. P. 2. *Formularij Legal. pract. Tit. 13. à fol. 44.* ubi *Instructionem*, ac *Ordinationem* de mandato S. D. N. Clem. XI. 1705. hac super re pro Urbe Romana Italicè editam refert, cum nonnullis alijs Summorum Pontificum, & Sacr. Congregat. Cardinalium Decretis : inter quæ dicitur esse *u-*  
nam de anno 1684. 2. Decembr. de

non celebranda *Missâ de Requiem* durante Expositione SS. Sacramenti etiam pro adimplenda mente Testatoris, aut satisfaciendo Anniversario, licet currat Officium ejusmodi *Missam* alioquin admittens. Eadem Sac. Rit. Congreg. prohibuisse fertur recitationem Symboli, seu *Credo*, in *Missis privatis* ob solam Rationem expositi SS. SACRAMENTI. Quando autem in fine alicujus Comprecationis, aut Processionis &c datur Benedictio cum *Venerabili*, Sacerdos eam daturus præmissis præmittendis ascendit ad Altare, genuflectit, & velatis manibus accipit *Monstrantiam* ( quam *Rituale Romanum & Rubricistæ Tabernaculum, & Ostensorium* appellant ) & vertens se ad Populum per latus suum dexterum, ut alioquin ad *Dominus Vobiscum* solet, tenet manu dextrâ ejus Nodum, sinistrâ verò Pedem, sicque stans ante Populum, eandem *Monstrantiam*, tenet ante pectus, facie S. Hostiæ ad eundem Populum versâ, quem Benedicturus decenti morâ elevat *Monstrantiam*, non equidem super caput, sed tantum ad oculos, & eodem modò eam demittit infra pectus; mox iterum rectâ attollit usque ad pectus, & deinde ad sinistrum humerum ducit, & reducit ad dextrum, & hinc rursus ante pectus reducit, nihil dicens, ibique aliquantulum sistit, quasi porrecta ad omnes Partes mundi Cru-

[[ H h 2 ]]

ce,



ce, eam etiam venerandam omnibus præbeat, tum *gyrum* seu *circulum* integrum perficiens vel per se, vel Diaconum, si adfit, deponit super Altare, aut in ipsum Tabernaculum majus eandem reponit: *Bauldry Man. Sac. Cerem. P. 4. c. 16. art. 3. an. 29. & 34.* ubi inter alia etiam advertit, in quibusdam Ecclesijs non observari eum omnino modum, quem circa dandam cum ipso SS. Sacramento benedictionem *Rituale Romanum* præscribit &c. Quod autem supra dictum de integro perficiendo circulo, quando datâ Benedictione repenenda est in suum locum Monstrantia, intelligendum videtur, nisi super eodem Altari proster in alia Hostia aut vase SS. Sacramentum, uti colligitur ex ijs, quæ præscribit Rubrica Missalis Feriâ V. in Cœna Domini. imò Pifartus Sacerd. *Evang. P. II. ante fin. in Append. ad Tit. 14. n. 5.* existimat, etiam extra hunc casum per has voces Gavanti: *Gyrum perficiens* non designari, quòd Sacerdos datâ jam Benedictione, & factò transitu de sinistro latere in dextrum, in eodem existens vertere se debeat ad Altare, ut Sacramentum in eo reponat: ait enim: aliud esse *Gyrum*, & aliud *Circulum*: at si Lexica consulo, non aliud inter *Gyrum* & *Circulum* reperio discrimen, quàm quòd unius Nomenclatio sit *Græca*, alterius verò *Latina*, significatum verò utriusque idem: unde & *perficere Gyrum*, &

*perficere Circulum* ex Communis eorum sensu idem sonare videntur.

¶ 3. Quia Missa votiva correspondent Officio, ideo, si celebrantur solenniter pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cum populi frequentia, dicendæ sunt post Nunc per Rubric. *General. XV. Missal. n. 1.*

¶ 4. Tamen si iuxta superius num. I. hòc Titulo dicta, quando Officium sit de Feria minore, & ea non occurrat Vigilia, nec repenenda est Missa Dominica præcedenti, quæ fuerit impedita, neque antequam est Missa Dominica sequenti, uti Rubricis, possit locò Missæ Compensatæ de Officio dici Missa votiva, Feriæ currenti à Rubricâ in fine Missalis currente assignata (nempe Feria II. celebratur Missa quotidiana pro *Trinitate*, Feria III. de SS. Trinitate, Feria IV. de SS. Angelis, Feria V. de SS. Petro & Paulo Ap. Feria VI. de SS. S. Cruce, vel de Passione Domini, celebratò de S. Maria, cum suis Præbationibus in cantu Communi) extra prædictos tamen Casus, seu Dies non licet Canonicis Ecclesiarum Collegatarum, ac Cathedralium pro Missa concordante cum Officio cantare votivam, nec pro Missa votivâ, pro diebus ac Ferijs minoribus permittat & assignatâ, cantare insuper votivam diversam ab ea, quæ, ejusmodi Officij seu Feriâ minori currente à Rubricâ cantari permittitur. Ratio autem est;



est; quia ejusmodi Canonici tenentur ad Cantandam *Missam principalem*, seu *Conventualem de die*, vel *quasi de die* ( hoc est, vel *concordantem cum Officio*, vel *Votivam* quidem, at tamen non nisi eam, quæ in prædictis ac pro prædictis Ferijs permittitur, & assignaturà Rubr. Missalis, eò quòd ejusmodi Missa censeatur *Missade die* ) ad hoc, ut lucrentur *Distributiones*, ut constat ex Decretis S. R. C. die 25. Junij 1611. die 28. Januarij 1612. die 16. Januarij 1627. & die 12. Julij 1628. editis. Neque posse introduci consuetudine Riturum Contrarium eadem Sac. Rit. Congregatio decrevit apud Gav. T. I. P. I. Tit. 4. in fine, ubi subiungit: *Conventualis igitur Missa* erit semper vel de die, vel in festi Officio votiva, ut supra, secundum Ordinem dierum assignatam in fine Missalis, non autem *Votiva ad libitum Cleri, aut Laicorum &c.* Idem tamen ibidem P. 3. Tit. 11. n. 4. 11. & 12. sapienter advertit, quòd, quando ex præscripto Rubricarum Missalis Tit. 3. & 5. &c. in *Ecclesijs Collegiatis, & Cathedralibus* cantandæ sunt duæ *Missæ Conventuales* seu *Principales*, ita, ut ne quidem ob celebrationem Capituli Canonicoꝝ, alteriusve Negotij quantumvis Capitalaris necessariam Tractationem, omitti illarum altera possit ex Definitione Sac. Rit. Congregationis de anno 1626. & 1627. *Regulares* tamen *in Rubricarum* non teneri ad plures

*Missas* ejusmodi diebus cantandas; eò quòd horum *Ecclesia Collegiata*, ut loc. cit. probat, minùs propriè sint *Collegiata*, sed *Conventuales*, onus autem de cantandis *duabus Missis Conventualibus*, seu *Principalibus*, solummodo *Collegiatis*, quæ sunt propriè Canonicoꝝ, non autem *Convent. Regular. & à n. Creatura; & Clem. 1. de Celebrat. Missarum* ex Concilio Vienn. imponatur: cùmque *Regulares* ad *Hereticas canonicas*, & *Missam in Choro non ex stipendio* [ ut Canonici sæculares ] teneantur ad leges Pontificias in Choro servandas, sed *vi Regule tantum, & consuetudinis*, interpretantis Regulam, inferri videtur, Præceptum quoque de concordia *Missæ Conventualis* ( saltem unius ) cum *Officio secundum se solas* afficere *Ecclesias Cathedralis, & Collegiatis Sæculares*, nisi consuetudo aliud introduxerit. Tamen si hoc ita sit, congruum tamen est ( ut notat *Pisart* ) ac decens, ut *Regulares* ad Chorum obligati legant saltem alteram *Missam* Officio convenientem, prout & laudabiliter id observari testatur. *Praxis* autem inquit, est, quòd legatur *præsente Choro sub Prima*. Vide *Gerlacum* P. 1. Tit. 7. Annotat. 1.2. & seqq. ubi ex *Gav. & Castaldo* pluribus demonstrat gravitatem obligationis prædictæ de decantandis *duabus Missis Conventualibus* in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis*, in quibus plures *Sacerdo-*

[[Hh3]]

108



res quotidie celebrant diebus in Rubrica Gen. III. Missalis Romani specificatis, simulque *Modum* necessario observandum ad hoc, ut eidem obligationi satisfiat, rectè admonens inter alia 1. ambas eas Missas cantandas esse *Choro presente*, nec sufficere, si altera tantum earum legatur, multò minùs si dicatur privatim absente Choro, ut ibidem cum Gavanti ex Rubricis probat. 2. quòd, quando præscribuntur *due Missæ Conventuales* cantandæ, una de *Festo*, altera de *Feria*, aut de *Vigilia*, & in Officiò facta sit quædam Commemoratio de *simplici*, aut de *die infra Octavam*, hæc Commemoratio faciendâ sit in Missa de *Festo*, & non in Missa de *Feria*, aut *Vigilia*; si verò faciendâ sit Commemoratio *Feria*, aut *Vigilia*, ea fiat in Missa de *Feria*, aut *Vigilia*, & non in Missa de *Sancto*. 3. In illis Ecclesijs, in quibus in *Festis Sanctorum una* tantum celebratur *Missæ* diebus illis, in quibus Rubrica III. & VII. Missalis præscribit alioqui *duas Missas Conventuales* cantandas ( unam de *Festo*, alteram de *Feria* majore, aut *Vigilia* absque ulla utrorumque Commemoratione ) *Missam Conventualem* esse debere de *Sancto*, eamque celebrandam esse post *Tertiam*, & in eadem faciendam esse Commemorationem *Feria*, vel *Vigilia* ( nisi hujus posterioris Commemorationi obster ratio *Festi duplicis* 1. *Classis* ) cum ultimo de eadem *Evange-*

lio : quia respectu *talis Ecclesiæ* celebratio Rubricæ Missas 2. *Conventuales* ( unam de *Festo*, alteram de *Feria* absque ulla utrorumque Commemoratione ) præscribens, quod ipsamet Rubr. VII. *Festis* præque insinuat, dum n. 2. dicitur : in *Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis*, ubi *plures Sacerdotes* quilibet celebrant, in *Ferijs majoribus*, & *Vigiliis* occurrente *Festo* 9. *Lectio*num *duas* Missas *Conventuales* ( unam de *Festo*, alteram de *Feria*, absque ulla utrorumque Commemoratione ) celebrandas. 4. Occurrente *die duplici* in *Dominica* nunquam *duas* Missas *Conventuales* ( unam de *Festo*, alteram de *Dominica* ) uti in *Ferijs privilegiatis*. Ratio est; quia *Dominicæ resumi* potest infra *Hebdomadam*, non item *Ferie* *privilegiatæ*. Accedit, quòd utriusque dicenda foret post *Tertiam*, quod esset inconveniens.

R. 5. In *Sabbatis Adventus*, *Officium* non fiat de *S. MARIE* in *Sabbato*, sed ( nisi occurrat *Festum* 9. *Lectio*num, aut *die* *infra Octavam* ) de *Feria* *Adventus*, *Missæ* tamen *Principalis* dici omnino debet de *S. MARIE* ( ut in *Votivis* de *B. V. Tempore Adventus* ) cum *Glorie in Excelsis* Commemoratione *Ferie* *Adventus*, nisi fuerint quat. *Tempora*, vel *Vigilia*; tunc enim *Missæ* *Principalis* concordare cum *Officiò* debet per Rubr. *Gener. IV. Missal. n. 11.*  
Gav.



Gavant. To. 1. P. 1. Tit. eodem, & To. 2. l. 8. c. 6. n. 1. Missæ autem private, ac Non-Convencionales dici de B. V. in Adventu possunt in omnibus Sabbatis non impeditis Festo duplici, exceptâ Vigiliâ Nativitatis Domini, si ea incidat in Sabbatum.

§. 6. In Ferijs Adventûs, Quaresimæ, quat. Temporum, ac secundæ legationum ( utpote majoribus ) necnon in Ferijs Vigiliarum non potest locò Missæ Convencionalis, seu Principali cantari Missa Votiva etiam primi generis; sed tunc omnino de Feria ejusmodi majore aut Vigilia occurrente ( modò suis locis præscriptò ) est decantanda per Rubr. Gener. IV. Missal. n. 3. Gav. To. 1. P. 1. Tit. 4. §. 3. & P. 3. Tit. II. n. 7.

§. 7. Missæ Votivæ privata ( idem est de Missis privatis de Requiem seu Defunctorum, etiam cum præsens sit Corpus, seu funus ) per Rubricas, & Sac. Rit. Congreg. Decreta, à Summis Pontificib. Alexandr. VII. Clem. IX. Clem. X. & Innoc. XI. approbata, non possunt dici primo in Dominicis, ut ex Rubric. Gener. IV. Missal. n. 3. rectè colligit Gav. To. 1. P. 1. Tit. 4. n. 3. lit. o. & expressè id tradit ipsum Missale Romanum in Rubrica posita inter Missas Votivas in fin. Missal. post Missas Votivas de B. V. Accedit Decretum Sac. Rit. Congregat. de anno 1627. 28. Aug. Quòd Clemens Papa X. non modò confirmavit, sed e-

tiam districtè præcepit, ut in posterum ab omnibus & singulis Sacerdotibus, tam *Sæcularibus*, quàm *Regularibus*, cujusvis ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimendi, hac quoque in parte Rubricæ Missalis Rom. omnino, & exactè observentur, & nequaquam Missa private Votivæ, etiam de Requiem, etiam præsentente corpore diebus Dominicis, uti & alijs mox enumerandis dicantur. Porro ( ut rectè loco. cit. observat Gavantus ) per *Dominicas Missarum Votivarum privatarum* exclusivas hinc intelliguntur tantùm illæ, quæ ab ipso Populo celebrantur, puta Auditione Missæ, & Cessatione ab opere servili, &c. non autem illæ, quarum Missa suò locò celebrari impedita, infra Hebdomadem Feriâ non impeditâ resumitur; neque illæ, de quibus, post Epiphaniam, aut post Dominicam 22. post Pentecosten, aut infra Octavam Nativitat. Domini ad Sabbatum diem Dominicalem præcedens, vel, hinc impeditò, ad Feriam aliam ejusmodi diem Dominicalem alterius rationis antecedentem anticipatis, fieri quandoque debet juxta Rubricas & alibi dicta & Officium, & Missa in die Feriali, ac Ritu feriali, modò suis locis declaratò. Si proin contingat, ut infra Hebdomadem vel resumenda sit Missa alicujus *Dominicæ præcedentis*, suò locò celebrari impeditæ, vel faciendum sit

lit



fit Officium die *feriali* de aliqua *Dominica anticipata*, per se non erit prohibitum de illa locò *Missæ de Dominica*, dicere *Missam Votivam privatam*, cum Commemoratione tamen *Dominicæ*, & *Oratione tertiâ*, ut *suprà*. Dixi tamen : *Missam Votivam privatam* ; nam, quando *Missæ Dominicæ*, quæ suò propriò die celebrari impedita fuit, juxta *Rubricas* est *resumenda*, aut alicujus sequentis *Dominicæ* Officium cum suâ *Missæ* est *anticipatò* ponendum, non posse locò *Missæ principalis* seu *Conventualis* celebrari *Missam Votivam*, sed concordare illam tunc debere cum *Officio diei*, constat ex *suprà* dictis. *Secundò* nequeunt dici *Missæ Votivæ privatæ*, etiam de *Requiem*, ac etiam præsentè funere, in *Festis duplicibus*. Constat ex *Rubrica* utraque *Missæ*: paulò antè allegatâ, nec non ex *Decretis Sac. Rit. Congreg.* à *suprà* memoratis *Pontificib.* confirmatis. *Tertiò* nequeunt dici *Missæ Votivæ privatæ*, etiam de *Requiem* ( *Argumentò* à fortiori *sumptò* ) illis diebus, in quibus *prohibetur* fieri de *Festò duplici*, utpote contra quodcunque *Festum*, ac *Officium* à suo diversum privilegiatis, nempe 1. *infra totam Octavam Epiphaniæ*. 2. *infra totam Octavam Paschatis*. 3. *infra totam Octavam Pentecostes*. 4. *In Feria IV. Cinerum*. 5. *In tota Hebdomade majori*. 6. *In Vigilia Nativitatis Domini*, & 7. ex *Decreto novo Sac. Rit. Congregat.* anno 1714. 29. *Se-*

*premb.* emanato, *infra totam Octavam ejusdem Nativitatis*: uti constat ex *Directorio Romano* currentis anni 1777. ad diem 24. Decembr. in fin. *In Vigilia Pentecostes*. Itâ *Sac. Rit. Congregat.* ubi *suprà*, & arg. *hinc*. *Missæ*. *ibidem* allegat. &c. *Quartò* nique *iridem* ex *Decreto novo Sac. Rit. Congregat.* X. de die 21. Jun. 1679. nequeunt dici *Missæ Votivæ privatæ*, etiam pro *Defunctis* præsentè *Capere*, *infra Octavam SS. Corporis Christi*. Vide *Gav. To.* 1. recentioris editionis P. 4. Tit. 12. n. 11. in fin. hæc leguntur : *infra hanc Octavam ( SS. Corporis Christi ) non celebratur Missa Votiva neque de Requiem ex Decret. Sac. Rit. Congregat. sub die 21. Jun. 1679.* Tameñ autem *infra hanc Octavam* prohibeantur *Missæ Votivæ privatæ*, ac de *Requiem*, præmittitur tamen in die *Obitus* seu *Dispositionis*, *insepultis*, ac *præsentè Corpore Defuncti* in *Ecclesiâ*, *Missæ* *solemnis de Requiem*; si verò *expositum* sit publicè *SS. Sacramentum*, nec talis potest cantari, sed *cantanda* est *Missæ* de *Officio occurrentis*. Idem est de *currente Octava Paschæ*, ac *Pentecost.* post primam utriusque *Triduum*.

Ex quibus *Inferitur* 1. Ne illas tres *Missas Votivas* ( 1. de *Spiritu Sancto*; alteram de *B. Virgine*, & tertiam de *Requiem* ) quæ *Presbyteris* in eorum *Ordinatione* post *Celebrationem primæ suæ Missæ* dicenda sũt.



ita Pontificale Romanum præscri-  
buntur, posse modò recensitis die-  
bus celebrari, sed etiam ipsas sequi  
Leges aliarum Votivarum, ut alibi  
ex Gav. To. I. P. 1. Tit. 4. notavi-  
mus, præsertim, cum juxta Valen-  
tiam, Palaum, pluresque alios apud  
Gobatam *Alphab. Sacrif. n. 713.* non  
sib Obligatione Peccati, sed solum  
ex congruitate, ac decencia quadam  
iungantur.

*Inferitur 2.* Si quis Sacerdo-  
tum vel ex Institutione Capellaniæ,  
vel aliò. Titulò sit forsan obligatus  
dicendam *Missam Votivam* aliquo  
tempore antè enumerationem, satisfac-  
tionum suæ Obligationi dicendo tunc  
*Missam de die*; sin minus ( id est, si  
non sit obligatus ad eam statim di-  
cendam, sed transferri ea queat ) tunc  
Votivam illam, ad quam se obliga-  
vit, celebrabit die alio non impedi-  
to, h. e. tali, quò fas est dicere Vo-  
tivam etiam solummodo privatam. Ra-  
tio Resolutionis quoad 1. partem  
est; quia in hujusmodi casu, ut no-  
tat Gerlac. Ecclesia disponit, & cor-  
rigit Intentionem ejus, qui tales  
*Missas* Ordinavit; & fructuosior e-  
rit Devotionis effectus, si Ordinatio  
ipsius Ecclesiæ servetur; præsertim  
si ejusmodi *Votiva* in proximos dies,  
supote impeditos, transferri neque-  
ant. Ut autem cognoscas, qui-  
nam sint dies non impediti, & qui-  
nam impediti respectu dicendarum  
*Missarum Votivar.* etiam *privatar.* ideo

[[ Pars III. ]]

*Ex. 8. Missa Votiva privata tam  
primi, quam secundi generis per Rubr.  
Gener. IV. Missalis n. 3. dici possunt  
( cum Commemoratione tamen ejus,  
de quo factum est Officium, atque e-  
tiam cum Commemoratione Festi  
simplicis, si de aliquo eo die occur-  
rat fieri Commemorationem in Of-  
ficio ) pro Arbitrio Sacerdotum, nul-  
lo impedimento Canonico, aut Ju-  
ris divini laborantium, quacunque  
die, nisi ea fuerit vel Dominica ce-  
lebrata à Populo, aut una ex Privilegia-  
tis paulò antè enumeratis ( in qua sci-  
licet vel occurrat fieri Officium, duplex  
aut prohibeatur fieri Officium de Festo  
duplici, aut Missam ab Officio discor-  
dantem ) dummodo rationabilis sup-  
perat causa Votivam potius dicendi  
Missam, quam concordantem cum Of-  
ficio diei: licet enim Rubrica novis-  
simè citata dicat: *Miss. votiv. priv. pro  
diversis rebus dici posse quacunque die,  
nisi fuerit Dominica, vel Officium du-  
plex &c.* addit tamen: id passim, ac  
citra rationabilem causam non esse pra-  
eticandum, sed quoad fieri potest, cu-  
randum, ut *Missæ* quoque *privata*  
( nam de hac ibi loquitur ) cum Officio  
conveniat. Rectè quoque notat Pi-  
sart P. 1. Tit. 4. n. 8. fol. 18. tamen nec  
*dies infra Octavam Nativitatis Domini,*  
in qua Officium fit vel de *Dominica,*  
vel de *Octava Nativitatis,* nec etiam  
*Vigilia Epiphania* veniens extra Do-  
minicam, hætenus numerentur in-  
ter dies, quibus prohibeatur *Missæ*:*

[[ I i ]]

Vo-



Votivæ, conveniens tamen esse, ut, nisi detur obligatio, aut specialis Ratio modò dictis diebus Missam *Votivam privatam* dicendi, in ijs *Missæ votiva privata* non dicatur, nec etiam Missa privata de *Requiem*; eò quòd in illis solemne *Mysterium* recolatur, &c. Vid. etiam *Prohibition.* supr. f. 246. Porro pro *causa Rationabili* à Sac. Rit. Congreg. apud Jo. Petrum Casanova non agnoscitur ea præcisè, ut brevior *Missæ* celebretur; neque quodlibet arbitrium Laicorum, sed vel *Pia Defunctorum Voluntas*, vel *Necessitas*, aut *Pietas Vivorum* *Missas* *Votivas* postulantium, & ejusmodi. Hinc autem infert Gerlacus P. I. Tit. 4. Annotat. 19. Si Sacerdos quispiam ideo solummodo, ut se citò expediat, vel simili aliqua levi ratione permotus *Missam currentem* in *Votivam* mutaret, utique contra Rubricam facturum, & consequenter peccaturum.

Idem Gerlacus ibidem Annotat. 22. ulterius infert 2. Cùm *Missæ Conventualis* juxta superius dicta semper debeat esse vel *de die*, vel *quasi de die* ( scilicet in casu, quò infra *Hebdomadem* occurrente *Feria minore* permittitur locò ejus *Missæ votiva*, attamen secundum ordinem dierum assignatum in fine *Missalis* decantanda ) quòd etiam *Missæ prima* novi Sacerdotis, si celebretur in *Festo duplici*, aut *die privilegiato*, aut in *Dominica*, debeat celebrari de ijs-

dem *Festis*, aut *diebus*, non vero de *Spiritu Sancto*, aut *alia* *Votiva*. Quod tamen, nisi *Missæ Conventualis* à *Profomer Neomytha* decantetur, non videtur *universaliter* in *Praxi* esse receptum, practicandum tamen omnino illis *Festis*, & *diebus*, quorum fit mentio *Rubricæ* *Gener. VI. Missalis*.

Infert Idem 3. In *susceptione* quoque *Habitus*, ac *Professione Monialium*, præsertim diebus *Dominicis*, & *Festis*, non esse dicendam *Missam votivam solennem de S. Spiritu*, aut *aliam*, sed *Missam de Officio*, in qua addatur *Oratio de Spiritu Sancto*, vel alia pro ejusdem præscripta: non quia in *Consecratione Episcopi*, nec in *Ordinationibus Generalibus*, seu *Consecratione Ordinum: Benedictio* in *Abbatibus*, *Abbatissæ*, & *Virginibus*, atque etiam in *Consecratione Regum*, & *Reginarum* &c, juxta *Rubricam Pontificalis Romani* *Oratio tantum aliqua Actui Conveniens* additur *Missæ Occurrenti de die* ( attamen sub una *Conclusionè* ) quòd, inquit Gerlacus P. I. Tit. 4. Annot. 24. citans pro se *Castaldum*, in illis *momentis* *Actibus* idem sit observandum, prout jam supra alia occasione ex eodem retulimus: licet autem hoc concedat pro *Missæ votivæ* modi *Actuum solenni*, negat tamen P. I. Tit. 7. Annot. 8. id esse permittum in alijs *Missis privatis*, sub iisdem *Actibus* fortè celebrandis: Non enim ( inquit ) datur *casus*, quòd



Missis privatis dicantur dua Orationes  
sub una Conclufione. Vide tamen di-  
cta superius de Missa *Votiva* pro *Grati-  
anum* actione.

¶ 9. Non obstantibus ha-  
tenus dictis sentire Aliquos post  
Navarrum, per *Consuetudinem* (ma-  
ximè, si ea à Sede Apostolica fuerit  
approbata) introduci posse, ut quoti-  
die *Missa votiva* v. g. de B. V. lega-  
tur: siquidem P. Gobat *Tr. 3. cas.*  
*tit. n. 720.* testatur, defacto in Ec-  
clesia Cathedrali Constantiensi quoti-  
die post *Horas matutinas*, etiam in  
die Paschatis *Officium Missæ* de B. V.  
cantari; eamque consuetudinem fuisse  
legitimè introductam probat Lay-  
mann *L. 5. Tr. 5. c. 1. n. ult.* Tamen  
autem ejusmodi *Statutum* (ut nempe  
quotidie fiat sacrum de B. V.) cum  
Navarro & Laymanno valere sen-  
sentur: cit: Gobat, Numerò tamen se-  
sententur cum iisdem negat: valere  
statutum, ut unus idemque Sacer-  
dos quotidie id faciat: cum ejus-  
modi *Statutum* corrigatur cap. *Signi-  
ficatum, de prabend.* Quia saltem unus  
dies vacuus in hebdom. debet relin-  
qui Sacerd. ob infirmitates humanas.  
Præterea licet in illis Eccl. in quibus  
est inveterata consuetudo cantandi  
*Missam votivam* de B. M. V. singulis die-  
bus Sabb. possit hic usus seu Populor.  
devotio continuari etiam in Sabb.  
in Festo duplici impeditis: non est  
tamen omittenda Missa *Conventua-*  
*lis*; & ita respondille fertur S. R. C.

¶ li 2 ¶

Addit Gobatus *Tr. 3. à n. 701.*  
& 708. cum Henriquez *L. 9. c. 23.*  
Tannero *To. 4. in 3. Part. d. 5. q. 10. n. 5.*  
*n. 6.* & Alijs apud Lohner *Instr. 1. P.*  
*4. lit. 2. §. 1. n. 6.* Tamen, per se lo-  
quendo, illud sacrum sit legendum,  
quod Rubricæ præscribunt (cùm  
hæc ad minimum vim *Consilij* valde  
prudentis, ac pij habeant, cui me-  
ritò se quivis conformare debeat)  
pro Re tamen *gravi*, si causa sit *publi-*  
*ca*, posse non obstante Decreto Sac.  
Rit. Congregat. extante apud Gav.  
*To. 1. P. 1. Tit. 4. lit. O.* etiam in *Festis*  
*Duplicibus*, saltem *Non majoribus* (ut  
addit Gavantus loc: cit:) *cantari*  
*Missas votivas*, cantatâ tamen simul  
alterâ *Missâ* de Die: Si autem causa  
non sit publica, censent ijdem A. A.  
seclusâ *speciali Prohibitione*, ac *Scan-*  
*dalo*, probabile quoque esse, ob *cau-*  
*sam rationabilem* licere pariter *Missas*  
*votivas privatas* etiam in *Festo duplici*,  
saltem *non-majori*, legere; eò quòd  
cum Suarezio, Dicastillo, Bonaci-  
na, Reginaldo, ac Pace Jordano  
existunt, prædictas Rubricas sub  
nullo præcepto, atque adeò nec sub  
aliquo peccato, si scandalum absit,  
& Contemptus, obligare: cùm nec  
ulla Lex scripta, nec consuetudo,  
nec alia *Authoritas* queat allegari,  
per quam ejusmodi *Obligatio* sit in-  
troducenda, dictaque *Prohibitio* sit adeò  
rigidè facta, ut propter *rationabi-*  
*lem* *Causam* etiam in supra exce-  
ptis *Diebus* *Missam votivam* dicere  
non

non



non liceat; neque etiam obstat videretur Bulla S. Pij V. vetans alio Ritu, quam Missale Romanum præscribit, Missam celebrare: cum Bulla illa explicari possit de alijs Formis Missalium, ut in simili de Brevario respondent Auctores. Pro rationabili autem causa cit. Gob. à n. 709. & alij Apud Lohnerum agnoscunt esse sequentes. 1. juxta multos ut satisfiat *Foundationi*. 2. Juxta Jordanum & Alios *Promissio*, & *Stipendium* acceptum pro certa missa. 3. Malum publicum, vel privatum averrendum, bonumve procurandum. 4. Quando Sacrum Ordinarium est valde longum, & nequit sine notabili incommodo vel Sacrificantis, vel Audientis id dici. Sic Tambur. l. 2. c. 6. §. 1. n. 12. permittit mutationem Missæ, in qua legitur Passio, in Missam *Votivam de Passione Domini*, casu quo Audiens, vel Sacrificans debilitate capitis, oculorumve, aut pedum, vel dolore viscerum laborat. 5. *Singularis Devotio* facturi, vel Audituri Sacrum; dico: *singularis*; si enim vulgaris sit, meliorem esse Conformationem cum Rubricis, rectè monent cit. DD. quia per subjectionem gratius DEO obsequium præstatur: cum ( uti Gerlacus loc. suprâ cit. *Annot.* 18. cum Castaldo ratiocinatur ) gratior utique futura DEO illa existimanda sit Pietas, quæ Ecclesiastico Ritui Congrua, & ab Ecclesia, dilecta DEI

Sponsa, juxta Dies, & Tempora ordinata, ac proinde, si cum *Officio Divino* etiam *Missæ privata* conciliata, acceptabilius quoque munus DEO sit offerendum. Sed, quid sit de *Missis votivis privatis*, paulò antè relatorum DD. circa hodie Sententiâ, cum per supra dicta saltem *Missam votivam* solemnem pro *Re gravi*, aut *publicâ Ecclesiasticâ*, etiam in *Dominicis*, & *Festivitatibus* ( dummodo, saltem regulatim loquendo, non sint 1. *Classis*, uti *Gav. P. 1. Tit. 4. lit. o.* notat Lohner nec de exceptis in Rubrica *Generali VI. Missal. Rom.* ) fas sit decerni, ideo circa *Missas votivas 2. generis* illud adhuc quæri potest: quæ per *Rem gravem*, ac *publicam Ecclesiasticam* in illa Concessione intelliguntur. Respondent ex *Gav. Dominicus de Bellis*, & *Joan. Petrus Calanova*, allegantes *Decr. Sac. Rit. Congregationis* de anno 1607. 19. *Majj Rem gravem* esse, pro qua *Episcopus* ( intelligitur ubi hic reperitur ) cum toto Clero ac Populo convenire solet, ut de *Votum*, sit exolvendum; aut *Gratia* pro accepto aliquo grandi beneficio solemniter agenda &c. *Causam votivam publicam* quoque dici eam, ut quam sit *Oratio*, seu *Comprocuratio* solennis 40. *Horarum* per *Cyrum* & quando fiunt *Comitia* seu *Generalia* seu *Provincialia Regularium* per *Arque* lectione *Officialium* &c. *Plura*



de his, & universim de Missis (tara solemnibus, quam privatis) Pri-  
mi ac Secundi generis. Nunc etiam  
de Missis Vocivis tertij generis.  
Missæ VOTIVÆ TERTII GENE-  
RIS sunt modò quatuordecim, quæ ha-  
bentur in fine Missalis, videlicet Pri-  
ma Pro eligendo Summo Pontifice Sede  
vacante. Secunda In die Creationis, &  
Coronationis Papa, ejusdemque Anni-  
versario. Tertia in Anniversario Ele-  
ctionis, & Consecrationis Episcoporum.  
Quarta ad tollendum Schisma. Quinta  
pro quacunque Necesitate. Sexta pro  
Remissione peccatorum. Septima ad po-  
sulandam gratiam bene moriendi. Obitu-  
ria contra Paganos. Nona Tempore belli.  
Decima pro Pace. Undecima pro vi-  
tanda mortalitate, vel Tempore pestilen-  
tia. Duodecima pro Infirmis, habens  
tamen aliam Oracionem, si dicatur  
pro Infirmo sanitati restituendo, & aliam  
(extantem in fine Missæ) si dica-  
tur pro Infirmo morti proximo. Deci-  
ma tertia pro Peregrinantibus, vel iter  
agentibus: Decima quarta pro Sponsa  
& Sponsa.  
Harum Missarum prima, se-  
cunda, tertia, & Ultima, dicuntur Vo-  
tivæ, quia non sunt de die; non ta-  
men dici possunt quocunque Tem-  
pore, sed illarum prima Sede vacan-  
te tantum: secunda, & tertia post  
primam vicem in Anniversario,  
quolibet die Creationis & Co-  
ronationis sedentis Papæ, vel Epi-  
scopi tantum: ultima denique non

videtur de his, & universim de Missis (tara solemnibus, quam privatis) Pri-  
mi ac Secundi generis. Nunc etiam  
de Missis Vocivis tertij generis.

Missæ VOTIVÆ TERTII GENE-  
RIS sunt modò quatuordecim, quæ ha-  
bentur in fine Missalis, videlicet Pri-  
ma Pro eligendo Summo Pontifice Sede  
vacante. Secunda In die Creationis, &  
Coronationis Papa, ejusdemque Anni-  
versario. Tertia in Anniversario Ele-  
ctionis, & Consecrationis Episcoporum.  
Quarta ad tollendum Schisma. Quinta  
pro quacunque Necesitate. Sexta pro  
Remissione peccatorum. Septima ad po-  
sulandam gratiam bene moriendi. Obitu-  
ria contra Paganos. Nona Tempore belli.  
Decima pro Pace. Undecima pro vi-  
tanda mortalitate, vel Tempore pestilen-  
tia. Duodecima pro Infirmis, habens  
tamen aliam Oracionem, si dicatur  
pro Infirmo sanitati restituendo, & aliam  
(extantem in fine Missæ) si dica-  
tur pro Infirmo morti proximo. Deci-  
ma tertia pro Peregrinantibus, vel iter  
agentibus: Decima quarta pro Sponsa  
& Sponsa.

Harum Missarum prima, se-  
cunda, tertia, & Ultima, dicuntur Vo-  
tivæ, quia non sunt de die; non ta-  
men dici possunt quocunque Tem-  
pore, sed illarum prima Sede vacan-  
te tantum: secunda, & tertia post  
primam vicem in Anniversario,  
quolibet die Creationis & Co-  
ronationis sedentis Papæ, vel Epi-  
scopi tantum: ultima denique non



nisi in Nuptiarum Benedictione.

Missæ pro eligendo summo Pontifice Sede vacante dicitur vel de Spiritu Sancto, vel uti notatur primò locò inter *Votivas tertij generis* & incipit: *Suscitabo mihi &c* adhibetur verò ad utramque *Color Rubens* per *Rubr. Gener. XVIII. Missal.* in neutra tamen dicitur *Gloria*, aut *Credo*, nisi dicantur solenniter. In priore dicitur Præfatio, ut in Pentecoste, omiſſis tamen Verbis: *hodierna die*; in posteriore verò dicitur Præfatio de *Tempore*, vel de *Octava*, infra quam celebratur, alioqui *Communis*. Quòd si *Votiva* hæc duæ solenniter celebrentur, dicuntur earum Præfationes in *cantu* seu *tono solenni*, ut in duplicibus: idem est de Præfatione duarum sequentium, & aliarum *Votivarum*, quæ solenniter dicuntur in *Colore rubeo*, aut *albo*, non autem illarum, quæ solenniter cantantur in *Colore Violaceo*.

Missæ, quæ inter *Votivas Tertij generis* assignatur in Missali secundò locò, nempe pro die *Creationis*, & *Coronationis Papa*, nec non ejusdem *die Anniversario*, dicitur ut in Cathedra S. Petri 18. Januarij, cum Oratione: *DEUS omnium Fidelium Pastor &c*, uti hæc notatur post ultimam *Votivam* de B. V. at tamen omiſſis Orationibus de Ss. Petro & Paulo. In ea dicitur *Gloria* & *Credo*; potestque primà vice eadem *Missæ* dici etiam in *Domini-*

ca, & *Festo duplici*, tam in *Creationis*, quam *Coronatione Papa*, mutatà collectà de Apostolis in Collectam prædictam: *DEUS omnium Fidelium Pastor &c*. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 17. n. 18. secus est de die *Anniversario* incidente in *Dominicam*, aut *Festum duplex*, tunc enim de *Anniversario* tantum *Commemoratio*, ut infra licet de cætero eadem quoque *Missæ* dicenda sit in *Anniversario Creationis*, & *Coronationis Papa*, quæ dicitur in ipsa die *Creationis*, & *Coronationis*, nempe ut in Cathedra Petri, mutatà Collectà, ut antè, & præter cum *Gloria*, & *Credo*, ac *Ita*.

Circa *Tertiam* *Votivam Tertij generis*, assignatam pro die *Anniversario Electionis*, ac *Consecrationis Episcopi* notat Gavantus loc. cit. in Rubrica ei præfixâ *Particulam* seu *sententiam tantum disjunctivè*, sed etiam *collectivè* pro *&*, id quod aperte demonstrat ex Rubrica de *Synodo* circa fin. nec non ex Rubrica *De Coloribus Paramentorum* n. 2. præter circa fin. juxta quas tam *Anniversarius dies Electionis*, quam *Consecrationis Episcopi* potest celebrari: quòd alter eorum tantum celebratur, *Consecrationis* potius, quàm *Electionis dies anniversaria* juxta eundem Gavantum erit celebranda: & ipsæ *dies anniversaria* seu *Electionis* seu *Consecrationis Episcopi* celebrentur die non *Festivo*, *Missæ* dicetur (in *Paramentis albis*) uti notatur in *Missali*.



Missali Romano tertio loco inter  
*Novas tertij generis*, hunc habens In-  
 troitum : *Sacerdotes tui Domine &c.*  
 cum *Gloria in Excelsis*, & *Credo*, nec  
 non unica Oratione, & Præfatione  
 Communi : si autem dies anniver-  
 saria, seu *Electio*nis, seu *Consecratio*  
*Episcopi* veniat in die *Festivo* de præcepto  
 aut in *Dominica*, Missa juxta Cere-  
 moniale *Episcoporum* emendatum  
 l. 2. c. 25. dicitur de *Festo*, aut *Domi-*  
*nica*, cum *Commemoratione* anni-  
 versarij *Electio*nis, aut *Consecratio*  
*Episcopi*, per *Orationem* seu  
 sollemnem extantem in prædicta  
 Missa : in qua *Collecta*, eique *Cor-*  
*respondente Secreta*, ac *Post-Communio*  
 non modò exprimendum li-  
 cet. N. est *Nomen Episcopi*, sed etiam  
*Nomen Civitatis*, seu *Diocesis*, cui  
 præest; quia ( ut notat Gav. ) vox  
*Ecclēsia* sine additamento posita signi-  
 ficat *universalem Ecclesiam*, non verò  
*particularem*. Cur autem in Missa  
 hac, uti & præcedentibus duabus  
 dicatur *Credo*, ingeniosam, ac eru-  
 ditam *Rationem* dat Gav. To 1. P. 1.  
 Tit. 11. lit. I. & L. Quòd si ipse *Ep-*  
*iscopus* celebret in *Anniversario*  
 suæ *Electio*nis, aut *Consecratio*nis, di-  
 cere debet in *Oratione* : *Me indi-*  
*gnum famulum, quem huic Ecclesia tua*  
*&c.* uti *Michaël Bauldry* in *Manual.*  
*Sacrar. Cæremon.* Edit. novæ P. 5. ex  
 l. 2. *Cærem. Episc.* c. 35. monet, ubi  
 & hætenus dicta his ex eo *Ver-*  
*bis* *Confirmat* : *Singulis annis in die-*

*bus anniversarijs Electio*nis, & *Consecra-*  
*tionis Episcopi* Missam solennem vel per  
 ipsum *Episcopum*, vel per aliquam *Digni-*  
*tatem*, vel *Canonicum* ( modò antè de-  
 scriptò ) ipso *presente* celebrari conve-  
 nit &c.

Reliquæ X. *Missa* *Votive* ter-  
 tij generis, quæ deinceps sequuntur  
 in Missali, dici possunt ( sed omnes  
 in *Colore* tantùm *Violaceo*, exceptâ  
 ultimâ, cui convenit *Color Albus* )  
 qualibet die, exceptis diebus *Do-*  
*minicis*, & *duplicibus* ( nisi aliqua ea-  
 rum dicantur sollemniter pro *Re gravi*,  
 aut *publica Ecclesia causa* ) necnon ex-  
 ceptis diebus *privilegiatis* suprà relatis.

Verùm circa septimam illa-  
 rum ( cui *Titulus* : *Ad postulandam*  
*gratiam bene moriendi*, & incipit :  
*illumina oculos meos &c.* ) Notandum  
 hic est, eam primùm 1706. ( quò  
 Tempore plurimi *repentinæ* *mortis*  
 casus tam in *Urbe*, quàm alibi,  
 contigerunt ) pro *universali Ecclesia*  
 à *Sac. Rit. Congr.* approbatam, & ad  
 petendam à *Deo gratiam bene moriendi*  
 de mandato *SS. D. N. Clem. XI.*  
 Missali Romano insertam fuisse, ut  
 videre est in *Decreto*, Missæ illi no-  
 væ appresso : in quo jubetur poni  
 in Missali post Missam *Pro Remissione*  
*peccatorum*, & in *Rubicis Generali-*  
*bus* in *Titulo de Coloribus Paramen-*  
*torum*, sub *Colore Violaceo*; ac præ-  
 terea in *Gradualibus* ad *Cantû* *Cho-*  
*ri* eodem *Cantu* & *Tono*, qui in  
 antiquis habetur *Ferîâ IV. Domini-*



earum primæ, & Sabbatò Dominicæ, tertiæ in quadragesima, & in Dominicis quartâ, sextâ, decimâ sextâ, vigesimâ, & vigesimâ primâ post Pentecosten.

Circa ultimam denique, seu decimam quartam. Missarum *Votivarum tertij generis* (quæ est pro Sponso & Sponsa) hîc quoque illud Notandum venit: Eam (siquidem *Benedictio* sit faciendâ) præsentè Sponso & Sponsa posse (in colore albo) celebrari quâlibet diè, exceptis diebus *Dominicis*, & *duplicibus*: nam si *Benedictio Nuptiarum* faciendâ sit diè *Dominicâ*, vel *Festo duplici*, tunc juxta *Missale*, & *Rituale Romanum Tit. de Matrim.* dicitur *Missâ de Dominicâ*, vel *Festo*, cum *Gloria in Excelsis*, & *Credo*, si illa *Missâ* id requirat, cum *Commemoratione* tamen *Missæ pro Sponso, & Sponsa*, ac reliquis, quæ pro eorum *Communione*, ac *Complemento Benedictionis* in eadem *Missâ* habentur in *Missali*, quod inter alia moner, in fine *Missæ Dominicalis*, aut *Festivæ* dicendum tunc esse pro more *Evangelium S. Joannis*: Color autem ad *Missam* tunc adhibetur *Dominicâ*, vel *Festo* illi *duplici*, aut *diei privilegiato* conveniens. Quæ autem porro sint observanda in *Praxi* circa *Benedictionem Sponsorum*, vide apud *Gav. To. 1. P. 4. Tit. 17. à n. 23. usque ad 26. inclusivè*: ubi asserit r. Dum *Celebrans* ante *libera nos &c.* stans in *Cornu Episto-*

læ versus *Sponsum & Sponsam*, ante *Altare* genuflexus dicit *Orationes* in *Missali* præscriptas, *Librum* ante eum tenendum esse à *Ministro*: dum verò vel accedit ad *medium Altaris*, vel ab eo recedit, semper genu flectendum *Coram* Sacramento. 2. *Benedictionem* quam, antequam *Benedicat Populo* in fine *Missæ nuptialis* dabitur *Sponsis*, dandam ab eo esse in *Cornu Epistolæ*, ante *Altare*, uti supra, genuflexis, in *libro* vicino *Libro* eam commodè *aspiciat*. 3. denique: *Aspergillum* *Sponsorum*, quæ sit cum *quâ benedictâ*, ut ibi faciendâ esse cum *Aspergillo* nec non *quâ & Signò crucis* super eos, modo, quò fieri jubetur in *Rituale Romano* in *Benedictione* post *Partum*, & *aliarum Personarum*. Dixi autem supra: *Missam pro Sponso & Sponsa* in *Missali* allegari dicendam esse diebus non impeditis, siquidem *Nuptiarum Benedictio* faciendâ; si enim hæc in *Nuptiarum* solennitate non interveniat, non est dicenda *Missâ pro Sponso & Sponsa*, uti contingit, si *vidua* est *Sponsa*, esto vir nunquam habuerit uxorem: si verò uxorem habuerit, aut *Virginem* duxerit, tunc, ubi viget *Consuetudo*, poterunt *Nuptiæ* perinde *benedici*, ac si ipse uxorem non habuisset, dicendo *Missam pro Sponso & Sponsa*, ut supra; cum



APPENDIX


De Diebus ac Festis, in quibus cantanda sunt plures Missæ

Conventuales, seu Principales.

IN Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis datur, ac à Rubr. Gener. Missal. Tit. 3. n. 1. & 2. Tit. 5. n. 1. Tit. 7. n. 2. adstruitur, & alijs undecim ad minimum locis (nempe ante Vigil. Ascension. Domini, item die 25. Apr. 28. Jun. 9. & 23. Aug. 15. 16. 19. & 20. Sept. 2. Nov. & 15. Dec. ) ne oblivioni tradatur, inculcatur, eaque juxta ipsius S. R. C. Decreta, rigorosa obligatio dicendi subin plures Miss. Convent: nam

In Ferijs Quadrages. quatuor Temporum, Rogat. & Vigil. si Festum occurrat dupl. vel semidupl. vel dies Octava alicujus Sancti, vel etiam dies infra Octav. SS. Corpor. Christi, in Ecclesijs Cathedralib. & Collegiatis cantantur due Missæ, una de Festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam. In Vigil. verò Ascension. si occurrat Festum dupl. vel semidupl. dicuntur tres Missæ, 1. de Festo, post Tertiam. 2. de Vigil. post Septimam. 3. de Rogat. post Nonam. Prima quoque die cujusque Mensis (extra Advent. Quadrages. & Tempus Pasch.) non imped. Offic. dupl. vel semidupl. si occurrat Festum simplex, vel Feria, habens propr. Missam, vel resumenda sit Missa Dominica præcedent.

expressè in tali quoque casu permittitur Ricuale Romanum Pauli V. ante cit. Ex quibus patet: secundas Nuptias nunquam esse benedicendas: illæ autem Nuptiæ Censentur hic secunde ( ut non benedicantur ) quæ sunt secundæ ex parte Feminae, quamvis sint primæ ex parte Viri: nec refert, an ipsa vidua secundo nubens sit Virgo, vel non, sed an semel jam sit benedicta: unde, quæ semel nupsit, sed ante Benedictiones receptas facta est vidua, tum postea iterum nubit, omnino est benedicenda: è contra verò, quæ semel est benedicta, non iterum est benedicenda. Quòd si proin mulier non Benedicenda Tempore Contractendi Matrimonij peteret Missam pro felici Conjugio, nequaquam dicenda foret Missa pro sponso & sponsa, sed de Tempore occurrente, vel alia Missa Votiva, nisi sit dies Dominica, aut Festum duplex &c. Cæterùm in Missa pro sponso & sponsa non esse dicendum Gloria in Excelsis, nec Credo, colligitur ex eo, quòd in ea Missa juxta Missale dicendum sit in fine Benedicamus &c. Et hæc de Missis Votivis. De quibus Gav. To. I. P. 4. Tit. 17. Lohner Instr. pr. 1. P. 4. Tit. 2.





dem. quæ fuit impedita, nec alia die resumitur, pariter dicuntur *duæ Missæ*: 1. de *Defunctis* post *Primam*. 2. de *Festo simplici*, vel de *Feria prædicta*, post *Sextam*. In Commemor. Omnium Fidelium Defunctorum *duæ* rursus dicuntur *Missæ*: 1. de *Octava Omnium Sanctorum* post *Tertiam*; altera de *Defunctis*, post *Nonam*, servata lege uniuscujusque *Missæ*. Quæ omnia, ut ut supra P. I. & II. hujus Libri proprijs suis locis sint annotata, hîc tamen ea simul in compendio referre, & sub unum quasi aspectum cum Directorio recentissimo Romano proponere in gratiam Lectoris placuit. Qui plura de hoc desiderat, videat Gav. To. 1. P. I. Tit. 3. n. 1. & 2. & P. 3. Tit. 11. à n. 7. usque ad 12. (ubi de obligatione cantandi 2. *Missas Conventuales* in dictis Ecclesijs) ac denique P. 4. Tit. 15. totò, ubi à n. 3. Ordine Mensium servato singillatim enumerat *Festa*, in quibus ea cantari debent, quò tamen locò n. 3. Mense Decembri addenda quoque modò est *dies Octava Immaculate Conceptionis B. V. M.* quando ea incidit in *Feriam quatuor Temporum*, postquam nempe *Festum dictæ Conceptionis* de mandato Innocent. Papæ XII. celebrandum deinceps est in tota Ecclesia cum *Octava*. Ad Riturum verò decantandi prædictas *Missas* Convent. quod attinet, observanda sunt sequentia. I. Qualibet

illarum celebranda est *Horâ à Rubric. General. Missal. Tit. XV. Statim*, & quidem in suo proprio Colore, etiam *Pallij Altaris*, absque alterius illarum Commemoratione, cum Evangelio S. Joannis in fine. II. Si *Signum de Festo simplici*, aut de *die infra octavam* facienda fuerit Commemoratione, fieri ea debet in *Missâ de Fera* &c. III. Si autem facienda fuerit Commemoratione de *Vigilia* occurrente in *Quadragesima*, aut *quatuor Temporibus*, fieri ea debet in *Missâ de Fera*, addita 3. locò ea Oratio, quæ aliàs in tali *Missâ* 2. locò dici deberet. IV. Dicuntur autem in *Missâ de Fera* Orationes tres præveritate Temporis, ut in *Semanticibus*, tunc occurrentibus: præter tamen etiam dici 5. vel 7. ad arbitrium. V. In *Missâ de Vigilia* dicuntur pariter tres, nempe 2. de *S. MARIA* (exceptâ *Vigiliâ Omnium Sanctorum*, in qua Oratio 2. est de *S. Spiritu*) 3. *Ecclesia*, vel pro *Papâ*. VI. Utraque autem hujusmodi *Missæ*, nempe tam de *tali Fera*, quam de *Vigilia*, dici debet sine *Gloria & Canticis* & cum *Præfatione feriali Commemorationis*, vel *feriali de Tempore*, & cum *Benedicamus Domino* in fine. VII. *Missâ* denique pro *Defunctis*, si dicenda est, *Principalis* dicitur *Generaliter* pro *Defunctis*. *Sacerdotibus*, *Benefactoribus*, & *Alijs*, seu *Missâ quotidiana*, prout extat in fine *Missalis* cum *Præfatione Communi*, & 3. Oratio



Orationibus, ut ibi, præterquam in *Missâ*, cum unica Oratione, ut ibi Commemoratione *Omnium Fidelium* dem. *Defunctorum*, in qua dicitur *Prima*

## TITULUS VIII.

De Ritibus, ac Cæremonijs Observandis in Missis quibusvis, tam solennibus, quàm privatis, non modò à Celebrante, sed etiam ab ejus Ministris quibuscunque.

**Q**uid Observandum sit i. In *Missis*, quæ vel *privatim*, vel *solemniter* dicuntur Coram *Exposito Venerabili*, vide *Expositum nostrum P. Hippolytum à Portu Vicentino in Tractatu de Cultu DEI Venetijs edito 1705. P. 3. c. 7. necnon ejusdem capituli Append. I. & 2. f. 357. item apud P. Lohner Instruct. 1. P. 4. Tit. 1. Gerlacum Vinitorem Compend. Sac. Rit. P. 4. Tit. 5. Michaël Bauldry in Manual. Sac. Cærem. Edit. nov. P. 3. c. 20. à fol. 197. Castaldum in Prax. Cærem. l. 3. f. 10. c. 3. & Gavant. To. 1. P. 2. Tit. 14. ad dicitur ijs, quæ præcedente Titulo 7. De *Missâ votiva SS. Sacramenti*, ejusque in 40. *Horarum Comprecatione publica* Expositione nos supra à f. 239. diximus, & infra Tit. ult. dicimus. Apud eosdem AA. vide etiam observanda in facienda seu distribuenda *Sacra Communione tam generali, quàm particulari, tam Clericorum, quàm**

][ K k 2 ]]

*Laicorum*, tam *extra* quàm *intra Missam*, eamque tam *solemnem*, quàm tantum *privatam*, nominatim apud Gavantum To. 1. P. 2. Tit. 10. à n. 6. Arnaud. Tr. 1. P. 2. Tit. 10. à n. 14. & 32. Castaldum l. 2. f. 5. c. 3. à n. 2. ac 4. & f. 14. c. 7. & 8. item l. 1. f. 3. c. 2. & 3. Mich. Bauldry Man. P. 3. Tit. 10. in Notis ad Rubr. 10. *Missal. de Rit. celebr. Miss. n. 6. f. 152. item c. 8. & 11. artic. 10. Gerlac. Vinitor. P. 2. 7. 10. in Annotationibus 2. generis, à f. 210. & P. 4. Tit. 4. P. Lohnerum Instruct. pract. 1. P. 2. Tit. 26. & P. 6. Tit. 10. n. 6. & c. ac P. Hippolytum à Portu Vicent. Tr. de Cultu DEI P. 1. ad Tit. 10. *Missal. de Ritu celebrandi Missam, in Annotationibus ad Rubricam 6. illius Tituli à fol. 130. item in Appendice ejusdem Tituli ac Rubrica fol. 135. ubi agit de distributione S. Eucharistiæ immediatè, vel antè, vel post Missam. Vide etiam Joannem Clericatum in Decisionibus de Virt. & Sacram. Penitent.**

tent.



rent. Decif. 15. n. 4. ubi ex Biffo in Hierurgia Litt. C. Verb. *Communio &c.* allerit: *Confiteor* recitari semper debere ante Administrationem S. Eucharistiæ, sive in Missa, sive extra Missam, exceptò, quando in Missa Communicandus sit aliquis Episcopus, vel Cardinalis, aut alius Prælati, etiam Regularis; tunc enim non dici *Confiteor*, neque *Miserereatur*, neque *Indulgentiam*, sed omnibus his omisissis porrigi prædictis S. Synaxin, dicendo: *Corpus Domini nostri &c.* Sic ille.

Quid Observandum 2. In Prima Missa novi Sacerdotis, tam privatâ, quàm solenni? vide pariter apud Michaël. Bauldry in *Man. Sacrar. Cæremon. edit. nov. P. 3. fol. 160. c. 10.* Gerlac. Vinitor. *Compend. Sac. Rit. P. 2. Tit. 15. totò. P. Lohner Instr. 1. P. 4. Tit. 5.* Ex quibus duo priores Rem hanc non nihil fusiùs pertractant.

Quid Observandum 3. Facienti Missam privatam coram Prælato tam existente in loco sue Jurisdictionis, quàm extra illum, vide apud Michaël. Bauldry *Man. ut. P. 3. fol. 159. c. 9.* & Gerlacum Vinitor. *P. 2. Tit. 14.* P. Hippolyt. à Portu Vicentini. in *Tr. de Cultu DEI &c. P. 3. c. 4. à fol. 328.* Sacerdoti autem Missam novam celebranti fas esse oblationes accipere, modò non discedat ab Altari, responsum ajunt Româ à Sac. Congregat. 1601. 1. Octob.

Quid Observandum 4. Celebranti solenniter coram summo Pontifice, aut Cardinale, aut coram Legato Sedis Apostolicæ intra fines sue Legationis, vel coram Patriarcha in locis sue Jurisdictionis, aut coram archi-Episcopo in tota ejusdem Provincia, vel denique coram Episcopo sua Diocesi, in Ecclesijs etiam Regularium, & Exemptis, vide Gav. To. 1. P. 2. Tit. 3. à n. 2. Cædum in Cæremoniali l. 2. l. 9. c. 4. & 7. P. Hippolyt. à Portu. P. 3. c. 4. P. Lohner *Instru. Prælat. 4 Tit. 6.* & Gerlac. Vinitorem l. 1. Tit. 10 ubi ex Cærem. Episcoporum Rubric. Missal. Rem hanc accuratè requiritur. Vide etiam Michaël. Bauldry *Man. Sac. Cærem. P. 5. fol. 160.* (ubi de Missa, quæ sine cantu celebratur coram Episcopo, in locis sue Jurisdictionis) & eadem l. 5. à fol. 357. ubi ex II. Libro Cæremoniarum Episcoporum Cap. 9. artic. 1. & 2. agit de Observandis in Missa solenni quæ coram Episcopo celebratur in Ecclesijs Cathedralibus, & Non-Cathedralibus.

Quid Observandum 5. In Missis solennibus, & alijs Ecclesijs Prælati, nec non Utrorumque Ministris in Missis tam Vivorum, quàm Defunctorum, iisque tam Pontificali seu solenniter, quàm non solenniter, & sine cantu celebratis, nec non alijs Functionibus, ab iisdem Ecclesijs Prælati Pontificaliter peragi debent.



(ut cum solennes decantandæ sunt  
 Vesperæ, aut post Missam Pontifica-  
 lum pro Defunctis decantaram facien-  
 da ab ipsis est Absolutio solennis cir-  
 ca Castrum, ut vocant, Doloris &c.)  
 accuratè traditur in Cæremoniali  
 Episcoporum constante duobus Libris,  
 scilicet Clementis Pap. VIII. edito  
 & approbato, nec non ejusdem, ac  
 Innocentij X. auctoritate recognito;  
 atque etiam ex eodem pluribus edil-  
 lerunt Castaldus l. 2. f. 9. c. 3. & 6.  
 Michaël Bauldry in Man. Sac. Cerem.  
 Editionis novæ P. 5. totâ, ejusque Appen-  
 dice. Gerlac. Vinitor. Compend. Sac.  
 Rit. P. VII. per viginti & octo Ti-  
 tulos: in quorum ultimo exponit,  
 quid observandum in Missa, quæ  
 sine cantu ab Episcopo celebratur. No-  
 tandum verò inter alia hic venit ex  
 Sac. Rit. Congregat. Decreto à Non-  
 nullis allegato, septimum Cande-  
 labrum adhibendum solummodo esse  
 in Missis solemnibus Episcopi,  
 sed non Defunctorum.

Quid Observandum sit 6. Cui-  
 cunque alij Officiatori, ejusque qui-  
 buslibet Ministris in Missa tam solenni,  
 quam minus solenni quacunque aliâ;  
 & quomodo supplendæ sint vices  
 Clericorum absentium in utraque harum  
 Missarum, accuratè post Gav. To. 1.  
 declarant Josephus Cabrinus in E-  
 pitome Sac. Rit. Venetijs impressa  
 una cum eidem præfixo utilissimo  
 Directorio Ordinandorum 1691. Baul-  
 dry Manual. P. 1. totâ, præsertim au-

tem c. 5. & P. 3. à fol. 161. ac  
 seqq. usque ad finem illius Partis ac  
 Titulor. Gerlac. Vinitor. P. 4. Tit. 1.  
 2. 3. 11. 12. 13. 16. & seqq. nec non ad-  
 ditis ijs, quæ idem habet P. 1. Tit.  
 17. P. Hippolyt. à Portu in Tractatu  
 mox citando P. 2. c. 1. 2. & 3. P.  
 Lohner Instruct. Pract. 1. P. 2. & 3. to-  
 tâ. Hic illud tantùm adverto, quòd,  
 cum rogata fuisset Sac. Rit. Congre-  
 gatio, an Sacerdos celebrans Missam  
 Conventualem, in qua Chorus canta-  
 re teneretur Symbolum, & quidem in-  
 tegrum, possit illam prosequi eo  
 Tempore, quò à Choro prædictus  
 Cantus perficitur? Sac. Congregatio  
 die 17. Decembr. 1695. Responderit:  
 Non posse.

Quid Observandum sit 7. In  
 Missis privatis tum à Celebrante, tum  
 etiam à Ministro Missæ privata, rursus  
 post Gavantum To. 1. totâ, & Castal-  
 dum in Praxi Ceremon. l. 1. f. 4. c. 1.  
 & l. 2. f. 6. tradunt exactè Michaël  
 Bauldry P. 3. à cap. 2. usque ad 9. & P.  
 1. c. 17. & 18. Josephus Cabrinus  
 loc. suprâ cit. Gerlacus Vinitor P.  
 2. totâ, quibus adde, quæ idem habet  
 P. 1. & 3. P. Lohner Instruct. Pract. I. P.  
 2. totâ, item P. 3. Tit. 9. & P. 6. Tit. 14.  
 totâ. à fol. 266. P. Hippolyt. à Portu  
 Vicentin. Tr. de Cultu DEI P. 1. in suis  
 eruditissimis Adnotationibus ad Ru-  
 bricas Missæ privata faciendæ, ubi plu-  
 ra ab alijs omissa, aut dissimulata;  
 & denique Auctor Libelli, cui Ti-  
 tulus: Cæremoniale Missæ privatae  
 &c.



Et, impressum juxta Exemplar Romanum Augustæ Vindelicor. 1706. additis pauculis hinc inde claritatibus & consuetudinis in Germania legitime introductæ gratiâ, in ejus fine dicitur.

## TITULUS IX.

### De Celebratione Missarum in Oratorijs privatis.

**Q**uia plures abusus irreperant in Usu Indultorum habendi *Oratorium privatum*, eos paucis abhinc annis S. C. Concilij Tridentini Interpretum (Sanctiss. D. N. Clem. XI. approbante) Decretò Generali, emanatò 15. Decembr. 1703. at publicatò 8. Januar. 1704. eliminare curavit, quod de Verbo ad Verbum refert Francisc. Monacelli P. II. *Formularij legalis præfici* fol. 72. & seqq. ac ita sonat:

Quoniam Sancta Sanctè sunt tractanda, ac præsertim tremendum incruenti Sacrificij Mysterium, quod omni Religionis cultu, & Veneratione peragendum est; propterea super observandis, & evitandis in Celebratione Missarum in Sacrosanctis Oecumenicis Concilijs, ac præsertim Tridentino sub Cap. unico sess. 22. inter cætera statutum est, ut tantum Sacrificium solummodo in Ecclesijs, aut Oratorijs divino tantum cultui dicatis celebraretur, præcipiendo

Episcopis, & Locorum Orbis, ne privatis in Domibus, omnino extra Ecclesiam paterentur; ac subinde Sacrosancti gregatio Eminentissimorum Reverendissimorum Sac. Rom. cles. Cardinalium ipsius Concilij Tridentini Executioni, & præcætionem præpositorum, & præcipue per opportuna Decretis abusus eliminavit. Quibus tamen Temporibus tunc tunc Sanctissimo Domino Nostro quòd nonnulli Episcopi sub prætextu Privilegiorum Cappellæ Episcopalis Competentium, & aliorum plures Regulares, sub prætextu Privilegiorum, quæ ipsis à latere Sede Indulta noverunt, per hujusmodi Privilegiorum dilatacionem, seu potius excessum, & abusus in nonnullis Dioccesibus præsertim Regni Neapolitanici in ipsa Neapolis civitate, ea licere putant, quæ permittenda sunt, quinimò prohibita;



dem nonnulli Episcopi, etiam in a-  
 liena Diocesi, & extra Domum pro-  
 priae habitationis in privatis Laicor.  
 Domibus erigi faciunt Altare, ibi-  
 que per unum, aut plures ex suis  
 Cappellanis vivificam Christi Ho-  
 stiam immolare; Regulares verò  
 in quibusdam Magnatum, seu a-  
 liarum Nobilium Personarum pri-  
 vatis Oratorijs, quæ certis quan-  
 doque ex causis à S. Sede Apo-  
 stolica concedi solent, celebrare  
 audent, vel plures Missas, quam  
 in ipsis celebrare sit indultum, vel  
 absque præsentia Personarum,  
 quarum Contemplatione gratiosa  
 concessio emanavit, vel extra de-  
 bitas horas, & post meridiem, vel  
 illis etiam diebus, quibus per con-  
 stituciones Diocesanas, aut etiam  
 per Decreta Sacræ Congregatio-  
 nis Concilij celebrari prohibetur,  
 aut quæ in ipsismet Indultis Apo-  
 stolicis excipiuntur, quominus in  
 ipsis celebrari possit, aut etiam Alta-  
 ri portatili uti non veniunt in  
 Sanctarum Sanctionum contem-  
 ptum, ac Sancti Sacrificij irreve-  
 rentiam.

Quamobrem ad abusus hu-  
 jusmodi eliminandos, & ad instau-  
 randam Venerationem tremendo  
 Ministerio debitam, idem SS. Do-  
 minus Noster ex unanimi voto S.  
 Rom. Eccles. Cardinalium Con-  
 cilij Tridentini Interpretum, in-

hærendo declarationibus, alias  
 hac de re editis, expressè decla-  
 rat, Episcopis, & his majoribus  
 Prælatiis etiam Cardinalatûs di-  
 gnitate fulgentibus, neque sub  
 prætextu Privilegij Clavi in Cor-  
 pore Juris, neque aliò quocunque  
 Titulò, ullò modò licere extra  
 Domum propriae habitationis in  
 Domibus laicis, etiam in propria  
 Diocesi, quod fortius intelligitur  
 in aliena, etiam si Diocesani con-  
 sensus adhiberetur, erigere Altare,  
 ibique Sacrosanct. Missæ Sacrificiû  
 celebrare, seu celebrari facere, ac pa-  
 ri modo in Oratorijs privatis, quæ  
 per S. Sedem Concessa fuerint, non  
 licere Regularibus cujuscvis Ordini-  
 nis, aut Instituti, seu Congrega-  
 tionis, etiam Societatis JESU, aut  
 etiam cujuscunque Ordinis Militari-  
 taris, etiam S. Joannis Hierosoly-  
 mitani, aut alijs quibuscunque  
 Sacerdotibus, etiam si essent Epi-  
 scopi, in ipsis celebrare in diebus  
 Paschatis Sanctissimæ Resurre-  
 ctionis, Pentecostes, Nativitatis  
 Domini Nostri JESU Christi, a-  
 liisque anni Festis solemnioribus,  
 ac diebus in Indulto exceptis: In  
 reliquis verò diebus prædictis Re-  
 gularibus, seu Sacerdotibus qui-  
 buscunque, etiam Episcopis, in  
 præfatis Oratorijs celebrare non  
 licere, ubi etiam unica Missa, quæ  
 in Indulto conceditur, celebrata  
 fuerit, super quo celebraturus re-

nea,



neatur diligenter inquirere, & de  
 eo se optimè informare; atque il-  
 la etiam in casibus permisis cele-  
 brari nequeat post meridiem, de-  
 mandando propterea ulterius, ac  
 declarando in Omnibus hujusmo-  
 di casibus, Personas quascumque  
 dictas Missas audientes nullatenus  
 Ecclesiae Præcepto satisfacere :  
 quo verò ad Altare portatile ite-  
 rum inhærendo Declarationibus  
 supra dictis censuit licentias, seu  
 privilegia concessa nonnullis Re-  
 gularibus in cap. in his de privileg.  
 & per aliquos summos Pontifices  
 Regularibus Communicata, uten-  
 di dicto Altari portatili, in eoque  
 celebrandi absque Ordinariorum li-  
 centia in Locis, in quibus degunt,  
 omnino revocata esse per idem  
 Sacrum Concilium, & propterea  
 eosdem Regulares prohibendos,  
 nè illis utantur, ac mandandum,  
 prout præsentis Decreti tenore  
 mandatur Episcopis, aliisque Or-  
 dinarijs Locorum, ut contra  
 quoscunque Contravenientes,  
 quamvis Regulares, procedant e-  
 etiam tanquam Sedis Apostolicæ  
 Delegati, ad pœnas præscriptas  
 per idem Sacrum Concilium in  
 dicto Decreto Sess. 22. usque ad  
 censuras latæ sententiæ, tributa  
 etiam eisdem facultate per hoc  
 Decretum, ita procedendi perinde,  
 ac si per S. Sedem Specialiter con-  
 cessa fuisset. Et ita Sanctitas

sua declarat, & servari manda-  
 Rome hac die 15. Decembris  
 1703. &c.

Occasione hujus Decreti Fran-  
 cisc. Monacelli loc. cit. n. 33. observat  
 non modò externos non satisfacere  
 Præcepto Ecclesie de audiendo sacro  
 Dominicis, ac Festis, sed nec  
 omnes Familiæ Indultarij (quorum  
 appellatione veniunt, qui ad  
 serviunt, & vivunt expensis Dom-  
 ni, qui gaudet Indulto. *Barbosi ap-  
 pellat. 96. num. 1.*) tam sani, quam  
 infirmi, sed eos tantum quod hoc  
 Indulto, Domino Domus condico  
 gaudere, qui in ipso actu Commu-  
 nicationis Missæ Servitio Domini  
 necessarij; quòdque contrarium  
 seu consuetudo sic corruptela, &  
 malus abusus contra expressam  
 Intentionem. *Concilio id ex  
 Clausulis, quibus conceditur  
 lent Oratoria privata, quæ Regularibus  
 sunt istæ :*

*Voluimus autem, quòd Familia-  
 res, Servitij suis tempore dicte Missæ  
 actu non necessarij, ibidem Missam  
 di interessentes, ab obligatione  
 Missam in Ecclesia diebus Festis de  
 pto minime liberi censeantur.*

Pro Infirmo autem e-  
 tiam Nobili :

*Sibi, ut etiam diebus, ut prædictum  
 exceptis, si in illis ob infirmitatem  
 mo egredi non poteris, in dicto Oratorijs  
 prædictam unicam Missam celebrari*



ac illam cum una Persona, Servitijs  
 suis necessaria, dumtaxat audire liberè,  
 & licitè valeas. Vel :

In tua, ac unius Personæ, Ser-  
 vitijs tuis necessaria, dumtaxat præsentia  
 celebrari facere liberè, & licitè possis &  
 valeas. Volumus autem, quòd alij  
 præter supra dictam Personam Missa hujus-  
 modi ibidem interessentes ab obligatio-  
 ne audiendi Missam in Ecclesia diebus Fe-  
 stis de Præcepto, minimè liberi censean-  
 tur.

**Et pro Oratorio rurali.**

In tua, ac Familia, & Hospi-  
 tium Nobilium tuorum præsentia celebra-  
 re facere liberè, & licitè possis. Va-  
 leas autem, quòd Familiares Servitijs  
 tuis tempore dictæ Missæ actu non necessa-  
 riè, ibidem Missa hujusmodi interessentes  
 obligatione audiendi Missam in Ecclesijs  
 diebus Festis de Præcepto minimè liberi  
 censeantur.

Plura de hoc argu-  
 mento vid. apud cit. Auctor.

Quantum autem attinet ad  
 Clausulam illam, tum in supra re-  
 lato Decreto Pontificio positam, tum  
 etiam in Indultis Oratorij privati  
 Episcopalis exprimi solitam : ex-  
 ceptis solemnioribus Festis, Sac. Rit. Congregat.  
 die 17. Novembris 1607. declarasse fertur :  
 in Altari privati Oratorij, cui conceditur  
 ex privilegio Apostolico celebratio Missæ  
 ( exceptis solemnioribus Festis ) non posse  
 in eo celebrari in Natali Domini, Epiphani-  
 a, Paschate, Pentecoste,

Annuntiatione, Assumptione B. Vir-  
 ginis, Festo SS. Apostolorum Petri  
 & Pauli, & omnium Sanctorum. Ita  
 testatur Joan. Clericus in Deci-  
 sionibus de Sacros. Miss. Sacrific. in prin-  
 cip. Rubricæ autem General. Bre-  
 viarij Rom. Tit. 9. num. 5. Festis so-  
 lemnioribus, & quidem primi Or-  
 dinis, annumerant etiam Festum  
 Ascensionis Domini, & Corporis Christi,  
 item Festum Nativitatis S. Joan. Bapti-  
 stæ, nec non Festum Dedicationis pro-  
 prie Ecclesiæ, uti & Patroni principalis,  
 ac Titularis. Verùm in his postero-  
 ribus licitum esse in ejusmodi Ora-  
 torio ut supra celebrare ( uti & in  
 Feria II. ac III. Paschæ & Penteco-  
 stes ) apud P. La Croix To. 6. n.  
 271. docet Quarti : additque ibi-  
 dem P. La Croix, quòd quando ta-  
 le Oratorium concessum est pro-  
 pter Infirmam, tunc non sit opus  
 ratione Personæ infirmæ, quæ Eccle-  
 siam accedere non potest, excipi  
 ullos dies solenniores. At notan-  
 dum pariter est, non deesse moder-  
 ni Temporis Scriptores, qui alle-  
 gent Decretum Sac. Rit. Congreg.  
 de anno 1690. II. Febr. & II. Mar-  
 tij, quòd prohibeantur in Sabbato San-  
 cto, quæcunque Missa privata, etiam  
 post Pulsationem Campanarum in  
 quacunque Ecclesia, aut Oratorio priva-  
 to, non obstante contraria consue-  
 tudine. Plura de Oratorijs privatis,  
 Missarumque in illis prohibita vel  
 permissa celebratione, post Decre-  
 tum.

[[ Pars III. ]]

[[ L I ]]

tum.



tum præferim Clem. XI. ( quod & ipse num. 258. magna ex parte cit. Tom. 6. refert ) vide apud eundem P. La Croix ibidem à n. 262. vide etiã P. Illsung agentem de loco Sacrificij Missæ. Porrò memorato S. D. N. Decreto accommodanda quoque sunt illa, quæ fusè tradit de Oratorijs privatis Gob. Tr. 5. à n. 342. Idem P. La Croix Tom. eod. à n. 255. & 256. universim agit de Locis, in quibus licitum, & non licitum est celebrare ex Ecclesiæ, ac Theologorum ( quos refert ) Doctrina. Idem facit Gob. Tr. 3. cas. 8. à n. 237. ostendens, Comnunitè non licere celebrare, nisi in Ecclesia, eaque consecratâ, vel saltem benedictâ, & non violatâ, vel execratâ, nec interdictâ &c. ac proinde mortaliter peccare, per se loquendo, illum, qui extra certos quosdam casus in loco profano celebrat, etiam honesto.

Ad Tempus verò ( quò, ubi ubi demum, fas vel non fas est celebrare tam Missas privatas, quàm etiam Conventuales, ac Principales ) quod attinet, agit de eo idem La Croix To. 6. cit. à n. 223. & 224. Item Gav. To. 1. P. 1. Tit. 15. ad Rubric. Gener. XV. Missalis de Hora celebrandi Missam. Arnaud. Tr. 1. P. 1. Tit. 15. Gerlac. Vinitor. P. 1. Tit. 15. Lohner. Instr. pract. 1. P. 2. Tit. 36. Quibus adde, quæ dicta sunt suprâ P. 1. & nos dicemus hîc infra Tit. sequenti §. 2. n. 3. &c. Item, quòd

ex Decreto Sac. Rit. Congreg. Nonnullis allegato non permittitur celebratio ad Altare majus, cum dicuntur in *Choro Matutinum*, &c. Quòd non sit celebrandum in Altari, in quo eâ die celebravit proprius Episcopus in suâ Diœcesi, nisi expresso ejusdem consensu, si haberi possit, vel tacito in casu aliquo necessitatis, habetur in Concil. Trifiodor. ap. Gav. To. 1. P. 1. Tit. 20. ubi idem asserit à fortiori celebrari, in quo Papa celebravit, non de eo, ad quòd celebravit Legatus à latere intra fines suæ legationis. Quòd item in Cathedrali recitandum sit Matutinum mane, non Vesperum ( saltem regularem ) pro die sequenti : quòd in Ecclesiâ Collegiata possint Divina missæ perfolvi, quàm in Cathedrali : quòd intra clausuram Monasterij celebrari omnino debeat *celebratio Missæ*, etiã ad Communicandas Intimas, non obstante antiquissima consuetudine : quòd in eodem Palatio non nisi unum concedatur *Oratorium privatum* : quòd tamen nomine *Oratorij privati* non comprehendatur *Oratorium Episcopi* in Decr. Concil. Trifiodor. de observand & evit. in celebr. Missæ. vid. Gav. loc. cit. ante fin. ubi plura de Orator. priv. ibid. tradit, ac præcipit. I. Quantumvis Icon Altaris, ad quòd celebratur, principalis præfereatur imaginem Crucifixi ( seu depictam seu sculptam ) insuper tamen altari



inter Candelabra, ut ibi, esse collocandam, & quidem cum imagine Crucifixi in eâ, ipsâque Candelabra cum sua Imagine superantem. 2. Sacras reliquias hinc inde vel inter candelabra, vel in gradu superiori

exponi solitas, ita esse collocandas, ut nunquam supra locum SS. Sacramenti, præsertim, si exponatur Populo pro Oratione publica, ponantur, citans Cærem. Ep. l. 1. c. 12.

## TITULUS. X.

### De Officio, & Missis Defunctorum.

**T**Am de Officio, quàm de Missis Defunctorum erudita suo more tradit Gavantus ( de *Istis* quidem *To. 1. Thesaur. Sac. Rit. P. 1. Tit. 5. & 15.* præcipue verò *P. 4. Tit. 18.* De *Idem* aurem *no. 2. f. 9. c. 2.* ) Ex quibus ea, quæ practica sunt, hic ego in compendio referam. Sit igitur

#### §. I.

#### De Officio Defunctorum.

**T**Ametsi juxta Bullam Pij V. ( hoc annò 1712. die 22. Maij à Clemente XI. in Sanctorum Catalogum relati ) non detur amplius ( excepta Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum ) stricta Obligatio recitandi hoc Officium, saltem universaliter, ac quantum est, ex vi Præcepti Ecclesiæ; juxta Rubricam tamen propriam huic Officio præfixam dicendum hoc omnino est in *Choro* ab ijs, qui ad

hunc Obligantur, extra *Tempus Paschale, Adventum, ac Quadragesimam, primâ* cujusque Mensis *die* non impedita Festò, aut Officiò 9. Lectionum; alioquin aliâ sequenti die ejusmodi Festò vel Officiò 9. Lectionum non impedita; in *Adventu, & Quadragesima* verò omni & solâ *Feriâ secundâ* cujuslibet Hebdomadæ similiter non impedita, præterquam in majori Hebdomadâ, & Vigiliâ Nativit. Domini, si hæc cadat in *Ferriam II.* ut postea dicitur.

Quòd si omnes dies Mensis ( extra *Quadragesimam, Adventum & Tempus Paschale* ) usque ad diem ultimam alicujus mensis exclusive, aliquando sint impediti Officijs 9. Lectionum, adeoque sola dies ultima mensis sit libera ab Officiò 9. Lectionum, adhuc dici die illa in *Choro* debet cum pridianis *Vesperis Officium Defunctorum*, quantumvis die mox subsequente, Officiò 9. Lectionum non impedita, sit ite-

][L 12][

rum



rum id recitandum pro mense subsequente. Modum autem id recitandi in Choro in ejusmodi Ferijs tam quoad *Vesperas*, quàm *Matutinum*, & *Laudes* vide supra P. II. die 9. & 10. Novembr.

Intra *Adventum*, & *Quadragesimam* nulla habetur ratio *Mensis*: quamobrem si in *Adventu*, & *Quadragesima* Officium *Defunctorum* non queat Mense *Decembri*, aut *Martio* dici in *Ferijs secundis* ( uti contingit respectu *Adventus*, quando *Dominica I. Adventus* occurrit die 25. *Novembris*; respectu autem *Quadragesimæ*, quando *Feria IV. Cinerum* occurrit die 28. *Februarii* ) eo in casu, non est id recitandum in alijs *Ferijs*, ut rectè contra *Castaldum* probat *Gav. To 2. l. 9. c. 2. n. 12. &c.*

Tempore autem totò *Paschali* nec ratione *Mensis*, nec ratione *Feriae II.* dicitur in Choro Officium *Defunctorum*.

Occurrente quoque *Vigiliâ Nativitatis Domini* in *Feria II.* *Hebdomadæ quartæ* *Adventus* non est recitandum in Choro Officium *Defunctorum*, nec etiam pridie illius *Vigiliæ* recitandæ sunt *Vesperæ* illius Officij, uti rursus contra *Castaldum* demonstrat *Gav. l. c. n. 14.*

Ad *Horam*, quâ recitandum est diebus non impeditis hoc Officium, quod attinet, juxta *Rubricam* ei præfixam in Choro dicendum est post Officium *diei*, id est, *Vesperæ*

post *Vesperas*, & *Matutinum* post *Laudes diei* ( nisi alia sit consuetudo *Ecclesiarum* ) dictò *Benedicimus Domino*, & omisso *Versu: Exultet anima &c.*; extra Chorum vero dicitur hoc Officium pro opportunitate *Temporis*.

Non habet *Vesperas* hoc Officium, sed tantum *primam*, unde ejus *Vesperæ* in Choro semper recitandæ sunt pridie diei non impeditæ Officiò 9. *Lectio* deo que post *Vesperas diei* presentis, etiam si ista sit *duplices*, vel etiam *Festiva de precepto*, uti *Sac. Rit. Congregat. die 25. Maji 1603.* et *Arnaud. Epitom. Tr. 2. in append. lit. Tit. 2. definit.* Quòd si *Matutinum* fortè presente corpore mandicatur, eo casu omittende sunt *Vesperæ*; quia *Matutinum* non est *Tempus primam Vesperarum. Gav. l. c. n. 6.*

Tamen juxta *Ceremoniam Episcoporum. l. 2.* *Episcopis* conceditur ut in die *Festo Omnium Sanctorum* non modo *Vesperas*, sed etiam *Matutinum* & *Laudes* Officij *Defunctorum* possint post *Completorium diei* presentis die *Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum* in suis *Ecclesiis* cum suo Choro recitare ( ut sequenti scilicet manè sint liberiores ad *Missam* pro *Defunctis* solenniter recitandam ) alijs autem *Sac. Rit. Congregatio* de anno 1607. die 1. *Septembris* id facere prohibuerit, ut



bens, et *Laudes*, & *Matutinum* Officij Defunctorum recitent ipsa die *Commemorationis*, non autem *pridie*, uti videre est apud Gav. l. c. n. 16. Prohibitione tamen hac non obstante, subjungit hic idem Auctor numero mox subsequente, *Consuetudinem* illam Regularium recitandi *Matutinum* Defunctorum *Vesperis* post *Completorium* pro die sequente non videri improbandam, si de Officio *ex vi Regule* agatur; neque etiam *ex vi Rubricarum*, utpote in quibus dicatur: *Nisi alia sit consuetudo Ecclesiarum*. Quod ipsum proin censet Bauldry P. 4. c. 18. n. 12. de consuetudine quarumdam quoque aliarum Ecclesiarum; ad quod nec illa pugnet contra *Rubricas Breviar.* Vide dicta superius ad diem 1. & 2. Decembr. simulque AA. ibi citatos.

Tamen si pro adimplenda *Volumtate Testatorum* concedatur, ut, quod ejusmodi *Obligationi* satisfiat, etiam in *Festis 9. Lektionum* dicatur in *Choro Officium Defunctorum* (dummodo separatim dicatur ab *Officio laici*) etiam si sint *Festa de Præcepto*, sive *fovi*, uti constat ex *Decreto Sac. Rit. Congregat.* de anno 1628. 12. Jun. apud *Arnaudum & Gav.* non tamen id permittendum in *Festis 1. & 2. Classis*; neque in *ultimo Triaduo majoris Hebdomade*. Gav. l. c. n. 20. & *Arnaud.* n. 19. qui addunt, si accidat alicubi, ut sit necessitas hujus-

modi *Obligationes ex causa rationabili* reducendi, aut commutandi, vel eas moderandi, sive ad *Tempus*, sive in *perpetuum*, declarasse *Sacram Tridentin. Concil. Congregationem Sess. 25. c. 4.* posse *Episcopos in Synodo, & Regularium Superiores in Capitulis Generalibus* circa hæc *Officia* decernere quid quid magis expedire judicaverint, ea commutando in *Missas &c.* si ante *Concilium* ea fuerint imposta; non autem post, ut patet ex *Decr. de celebrat. Missarum* edito sub *Ur-bano VIII. 1625.* cujus summa extat apud *Gav. Manual. Episcopor. P. 2. fol. 219. & seqq.*

Ad *Modum dicendi Officium Defunctorum* quod spectat, ad *Vesperas* absolute incipitur ab *Antiphona: Placebo Domino &c.* quæ, uti & reliquæ omnes ante & post *Psalms* ac *Cantica*, tam in *Vesperis*, quam in *reliquo Officio*, integræ dicuntur, quando *Officium* dicitur *Ritu duplici*, uti in *Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, & die Depositionis Defuncti &c.*

In fine omnium *Psalmoreum, & Canticorum* (puta *Magnificat: Ego Dixi: & Benedictus*) loco *Gloria Patri &c.* dicitur *Versus: Requiem æternam dona eis Domine &c.* qui dividitur in fine *Psalmoreum, ac Canticorum*, uti & in *Precibus*, tam in *Vesperis*, quam in *Matutino, & Laudibus*, esto non dividatur in *Responsorijs*:



foris : quando autem dicitur ad Psalmos, & ad Canticum *Magnificat*, atque ad *Benedictus*, dicitur in eo : *Dona eis Domine* in plurali non autem *ei* in singulari, etiam tunc quando tantum pro uno dicitur Officium. Gav.

Psalmus *Lauda anima mea &c.*, & Psalmus *De profundis &c.* ( quorum prior extat in fine *Vesperarum*, posterior autem in fine *Laudum* ) non dicuntur, sed omittuntur in die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, uti & in *Depositione Defuncti*, si tres Nocturni dicantur, & quotiescunque Officium Defunctorum fit duplex : dicitur tamen nihilominus etiam tunc *Pater Noster*, & Versus : *A porta inferi &c.* ac Reliqua, ut aliàs in fine, cum competente Oratione, cui subjungitur Versus : *Requiem aeternam*, & Versus : *Requiescant in pace &c.*

Versus, qui dicuntur post Psalmum *Lauda anima mea &c.*, ac *De profundis*, si pro uno tantum fit Officium, dicuntur in Numero singulari, sicut & Oratione sequens : reliqua verò in toto Officio non mutantur, neque etiam Versus post Orationem. In die tamen *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & quando dicitur in fine solummodo Oratione : *Fidelium*, terminatur ista per Verba : *qui vivis, & regnas cum DEO Patre, in unitate &c.* ut ibi.

Si autem ea Oratione cum dua-

bus præcedentibus Orationibus negatur, tunc Oratione *Fidelium* breviter habet conclusionem, & Communem tribus, quæ dirigitur ad DEUM Conditorum & Redemptorem, diversam à conclusione illi, quæ habetur in *Missæ*, Majoribus tantum volentibus, qui diversimodam (sicut supra citatus Gavantus) conclusionem Orationum assignaverit in *Missali*, *Breviario*, & *Rituale Romano*, ob Rationes ab eodem ibi n. 2. adductas.

In fine *Vesperarum*, & *Laudum* dicuntur preces semper flexis genibus, etiam quando omittuntur illi : *Lauda anima mea &c.*, ac *De profundis &c.* idque etiam *Tempore Scholæ*.

*Episcopis* tamen l. 2. *Constitutional. Episcoporum* c. 10. præscribitur, eas stantes dicant, quod cum pro eorum Dignitate præscribitur, non debet esse Commune reliquo Clero, ut notat Gav.

In *Vesperis*, & *Laudibus* tantum Verba : *Pater noster*, quam Verba : *Et ne nos in ducas in temptationem &c.* dicuntur alta voce, reliqua autem secretò. Gav. n. 2.

Versus : *Requiescant in pace* dicitur in fine Officij omnibus fidei gentibus tam in *Vesperis*, quam *Laudibus* hujus Officij, nisi alia sit consuetudo. Id. l. c. n. 4.

Regulariter non præmittitur Oratione Dominica secretò, nequa-



aliquid aliud, etiam tunc, quando *Vespera*, aut *Matutinum Defunctorum* dicuntur separatim ab *Horis Canonicis*, sive extra *Chorum*, sive in *Choro*. *Arnaud. supra cit. ex Gav. n. 5.*

Si *Matutinum* Officij Defunctorum aliquando dividatur à *Laudibus*, eo in casu in fine *Matutini* dicendæ sunt preces (attamen sine *Psalmo*) ut in *Vesperis*, cum *Oratione*, vel *Orationibus*, competentibus saltem in *Choro*, ut sic congruo sine id terminetur.

Ad *Matutinum* (quod ab *Almno* *Vigiliæ* nuncupatur) dicitur *Invitatorium*: *Regem cui omnia videntur &c.* cum *Psalmo Venite exultemus Domino &c.* solummodo in die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & in die *obitus*, seu *Depositionis Defuncti* (etiamsi unum tantum dicatur *Nocturnum*, ut habetur in *Rituale Romano*) item in die *Tertio*, *Septimo*, & *Trigesimo Depositionis*, nec non in die hujus *anniversario*, ac denique, regulariter loquendo, quotiescunque dicuntur *tres Nocturni* hujus Officij; eò quòd (ut notat hic apud *Gavantum Durandum*) ad *solennius Officium*, quale est, cum dicuntur 3. *Nocturni*, invitandi sunt *plures*; at verò per annum non dicitur *Invitatorium*, sed omittitur; quia in hoc Officio, *Exequias CHRISTI*, in *Parasceve* fieri solitas, imitatur, quò *Tempore*, pariter omittitur *Invitatorium* in Officio, ut rursus no-

rat *Durandus*, & cum eo *Walafri- dus*, & *Alcuinus*, quorum *Prior ait*: *Inchoationes*, & *Expletiones* hujus Officij non fieri ut in *Horis Canonicis*, ad denotandam scilicet *Tristitiam*; posterior verò, *simili*, inquit, modò *celebramus hæc Officia* (nempe *Defunctorum*) quò ea celebrantur in *ijs diebus*, quibus *CHRISTUS ad inferna descendit*.

In *Die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & in *die Depositionis*, seu *Obitus Defuncti* (nisi aliud impediatur) nec non in *die Septimo*, *Tertio*, *Trigesimo*, & *Anniversario Depositionis*, dicuntur *tres Nocturni* (in quibus juxta *Alcuinum* ante cit: significantur *Officia illa Nocturnalìa*, que in *morte Domini celebrantur*) & *Antiphonæ* Officij *uplicantur*, hoc est, integræ dicuntur ante & post *Psalmos*, etiamsi fortè ex causa in *die Depositionis*, seu *Obitus* nonnisi unicum diceretur *Nocturnum*, uti expressè monet *Rituale Romanum*, jussu *Pauli V.* editum: alijs verò *Temporibus* dicitur (in *Choro*) tantum unum *Nocturnum* unà cum *Laudibus*, hoc ordine: *Feria II. & V. primum Nocturnum*: *Feria III. & VI. secundum Nocturnum*: *Feria IV. & Sabbato tertium Nocturnum*, ut in *Breviario*, nec *uplicantur Antiphonæ*.

*Lectioes* (quarum in modò memoratis *serialibus diebus* nonnisi *tres* dicuntur, cum *tribus* tantum *Psal-*



Psalms, seu uno Nocturno, & Laudibus, ad repræsentandam, ut est apud jam pluries cit. Alcuinum, *Triduanam Christi Sepulturam*) leguntur semper sine Absolutione, sine Benedictionibus, & sine Titulo; nec in illarum sine additur: *Tu autem Domine &c.*, aliave conclusio, sicut nec in Triduo mortis CHRISTI, ut rursus observat Durandus.

Post ultimam Lectionem *tertij* Nocturni Responsorium longius *Libera me Domine de morte aeterna &c.* dicitur solummodo in die *Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum*, & quodcumque pro Defunctis dicuntur tres Nocturni, seu novem Lectiones, *ut ibi.*

Antiphona noma: *Sitivit anima mea ad DEUM vivum &c.* ita legenda est, licet in Psalmo dicatur: *ad Deum fontem (non fontem) vivum*, ut rectè sæpe cit. Gav. monet hie n. 2.

Orationes tres, quæ dicuntur *diebus ferialibus per annum* in hoc Officio, dicuntur sub una conclusione aliò modò, quàm in Missa: in hac enim prima Oratio concluditur, & duæ aliæ per modum Commemorationis adduntur; at verò in *Officio Defunctorum* Commemorationes non sunt, cum non habeant *Antiphonas*, & *Versus*, & ideo unius Orationis rationem habent, ad quam eorum Officium ordinatur, conclu-

diturque tunc Oratio: *Fidelium Clausulâ illâ breviorè: Qui vivit &c. regnas in secula seculorum.*

## §. II.

De Missis de Requiem, seu Defunctorum, quæ solennibus, quæ Non-solennibus, seu privata.

I. **P**rimâ die cujusque mensis, non impedirà Officiò dupli- semiduplici, dicitur (extra Adventum, Quadragesimam, & Tempus Paschale) juxta Rubr. V. Missa. I. Missa Principalis Generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & Alijs, uti ea notatur in fine Missæ post Missam de Anniversario Defunctorum, sub Titulo *Missæ quædam Defunctorum*, cum 3. Orationibus, sine Sequentiâ, ut ibi: si vero illa fuerit *Ferum simplex*, vel *Feria*, quæ propriam habet Missam, quæ censetur etiam esse illa, in qua Officium de Vigilia alicujus Sancti, & suo Lectiones, ac Missa sumantur (de Communi Sanctorum) vel Refectum sit Missa Dominica præcedentis, quæ fuerit impedita, & infra Hebdomadam non occurrat alius dies, in quo resumitur possit; aut denique antequam da sit Missa Dominica sequenti, & illa quando contingit, tunc in *Ecclésiâ Cathedralium & Collegiatis*, dicenda sunt



sunt duæ *Missæ Conventuales*, una pro Defunctis post *Primam*, vel, ubi manè post *Matutinum* diei dicuntur Defunctorum *Vigilia*, immediatè post diastis unâ cum *Laudibus* ejusmodi Defunctorum *Vigilias* (h. e. post *Maruinum* & *Laudes* Defunctor.) adeoque ante *Primam*; altera verò de *Festo simplici*, post *Sextam*, vel de *Feriâ illâ* habente propriam *Missam*; post *Nonam*, cum *Orationibus* & alijs, ut suo locò: in *Ecclesijs* autem nec *Cathedralibus*, nec *Collegiatis*, uti & *Regularium*, dicatur tunc *Missâ* etiam principalis de die, cum *Commemoratione* Generaliter pro Defunctis, per *Collectam* seu *Orationem Fidelium*, secundò seu penultimò locò ponendam, juxta *Rubr. Gener. V. Missal n. 1. & VII. n. 6. nec non XV. n. 2. & 3.*

II. *Feriâ II.* cujuscunque *Hebdomadæ*, in qua *Officium* fit de *Feria*, *Missâ principalis* dici potest pro Defunctis, ut in *quotidianis* Defunctorum, cum 3. *Orationibus*, ac sine *Sequentiâ*, ut ibi, omisâ tunc eâ *Missâ*, quæ cum *Officio* concordat: si autem fuerit *propria Missâ de Feria*, vel de *Festo simplici*, vel *re-servanda* sit *Missâ Dominicæ præcedenti*, quæ fuerat *impedita*, nec reassumi ea possit aliò die infra *Hebdomadam*, aut *anticipandæ* sit *Missâ Dominicæ sequentis*, tunc in *Missâ* (de *curr. die dicendâ*) fit de Defunctis suo locò (nempe *secundò*, seu *penultimò*) solum-

[[ Paris III. ]]

modo *Commemoratio*, ut *Numerò præcedente*, per *Orationem: Fidelium &c.* Excipitur à *Dictis* hóc, & præcedente *Numerò*, *Quadragesima*, totum quoque *Tempus Paschale*, & quando per annum *Officium* est *duplex*, vel *semiduplex*, etiam *translatum*, utpote quibus *Temporibus* ac diebus juxta *allegatam Rubricam n. 2.* non dicitur *Missâ Conventualis* pro Defunctis (nisi in die *depositionis Defuncti*, & in *Anniversario* pro Defunctis) neque pro ijs fit *Commemoratio* in illa. Dixi autem: *Missâ Conventualis*; nam quæ hóc, & præcedenti *numerò* sunt dicta, intelligenda sunt de *Missâ Conventuali* (ut rectè híc monet *Arnaudus*) non autem de *Missis privatis*, sive præscribatur *Missâ*, sive solum *Commemoratio*: nam *privatæ Missæ* pro Defunctis dici possunt quocunque die, quò dici possunt *Missæ Votivæ privatæ*, quotiescunque nempe (ut ibi dictum) non occurrit fieri vel de *Dominicâ* in foro celebri, vel de *Festo duplici*, vel de aliquo illorum *Dierum privilegiator.* in quibus etiam de *Festo duplici* fieri *Missam*, aut *Offic.* vel dici *Votivâ* prohibetur, de quibus ibidem, & rursus paulò post. Si occurrat *Anniversarium*, vel aliud *Officium pro Defunctis* in *Feria* aliqua, in qua juxta antè dicta pro *Missâ Conventuali* dicitur *Missâ Generaliter* pro Defunctis, cantantur eo casu duæ *Missæ funebres*, una, quæ dicitur quasi de die:

[[ M m ]]

die:



die, pro Defunctis Generaliter; Altera pro Anniversario, vel Officio &c. Itâ Casanova in Collectan. Ex dictis hoc, & præcedente num.

Colliges 1. In Adventu, Quadragesima, & Tempore Paschali nullam haberi rationem supra dictæ diei primæ Mensis respectu Defunctorum, idque ob Rationes à Gav. assignatas, etiam in Ecclesijs Collegiatis &c. Colliges 2. In Quadragesima, & Tempore Paschali nullam quidem pariter haberi rationem Feria 2. non impedita Officiò 9. Lctionum, in ordine ad faciendam Missam, aut Commemorationem de Defunctis; haberi tamen rationem Feria ejusmodi II. in Adventu, quò Tempore eòdem modò quo ad hoc est procedendum in Ecclesijs saltem Collegiatis, ac Cathedralibus, quò extra Adventum, ut constat ex Rubric. Missal. 5. n. 2. Dixi: In Ecclesijs saltem Collegiatis &c. nam P. Lohnerus Instruct. 1. P. 4. Tit. 3. n. 3. ea, quæ Rubricæ Missal. Tit. V. n. 1. & 2. præscribunt de faciendâ Missa principali pro Defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus, & Alijs, aut faciendâ saltem Commemoratione, ut supra, Generaliter pro Defunctis primâ die Mensis, & quâvis Feriâ II. si Festò duplici, aut semiduplici non sint impeditæ, & respectivè Tempora Adventus, Quadragesimæ, ac Paschale non currant, intelligenda solummodo esse existimat de Missa Conventuali, & Principali, nullò autem mo-

dò de Missis privatis, ac providè mitti ea posse sine culpa, sive prescribatur Missa, sive solum Commemoratio; citâtque pro se Arnaud. in P. 1. Tit. 5. n. 1. & 2. verùm, si attendègantur, quæ ibi dicit Arnaudus in illo sensu verificari videntur de Missis privatis, quàm eo, in quo memoratum Auctorem intelligere videtur Lohnerus, siquidem puer, eò locò citatò sentire, quantum ad Missas privatas, diebus ibi descriptis ne quidem faciendam esse saltem Commemorationem pro Defunctis per Collectam Fidelium in Missis ejusmodi privatis de die corrente, aut illi simplici dictis: etiam si enim prima die Mensis, ac quavis Feriâ II. non impeditâ ut ibi, non sit necessarium, ut Missæ etiam private dicantur determinatè pro Defunctis, aut in Festis semiduplicibus non dicantur de Requiem, faciendam tamen esse Commemorationem pro Defunctis etiam in Missis privatis ejusmodi diebus, de quibus locis citatis loquitur Rubrica Gen. V. Missalis ( nisi locò Missæ de die corrente dicatur ipsa Missa de Requiem, adeoque per modum votivæ privatæ, aliunde requirentis Commemorationem Fidelium ) satis indicare videtur ipsa Rubrica in fine Numeri 1. & 2. eamque pro Missis etiam privatis Communiter præscribunt Doctoria Diœcesana, ac etiam Doctoria Romanorum.

Confero itaque Arnaudum ibi



co citatō aliud non velle, quàm quod nos tum suprà Tit. de Miss. Votiv. & P. 1. Tit. de Fer. post. Dominicam II. post Epiph. occurrentibus de obligatione concordandi Missam Conventualem cum Officio Diei currentis, non omnes æqualiter afficiente, tum etiam paulò antè tradidimus de libertate Missas privatas hoc sensu aliter dicendi; quàm Conventualem vi dictarum Rubricarum, quatenus Feriâ illâ, quâ Vi Rubricæ Missæ Conventualis seu Principalis determinatè dicenda est generaliter pro Defunctis, ut ibi n. 1. & 2. non perinde etiam Missæ privatae necessario ac determinatè debent esse De Requiem, sed possunt esse vel de Requiem, vel de Die seu Feria currente, aut locò harum dici potest aliqua Votiva cum Commemoratione tantum (suo locò) generaliter pro Defunctis, & vicissim Die illâ seu Feriâ, quâ Missæ Conventualis seu Principalis vi Rubricæ V. Missal. n. 1. & 2. primâ Die Missis, aut Feriâ aliquâ II. non est dicenda pro Defunctis, sive de Requiem, sed de die, aut Feria currente, cum Commemoratione tantum Generaliter pro Defunctis, ut ibi, Missæ private possunt integræ dici seu esse de Requiem; vel locò Missæ concordantis cum Officio dici potest Missa privata Votiva de aliquo Sancto, aut aliquo Myserio, v. g. de SS. Trinitate, aut Passione Domini, addendo tamen suò locò Collectam Fide-

III. Tamen si Missa Principalis Defunctorum dici debeat per se loquendo post Primam, vel, ubi manè post Matutinum diei dicuntur Defunctorum Vigiliæ, immediatè post dictas unâ cum Defunctorum Laudibus hujusmodi Vigiliæ, in die tamen Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missa Conventualis dicenda est post Nonam; quia eo die est principalis. In die quoque Depositionis Defuncti, uti & Tertio, Septimo, Trigesimo, ac Anniversario illius solenni; in quo fit concursus Populi, poterit similiter Missa de Requiem dici ultimò locò, post Nonam. Rubric. Gener. Missal. XV. n. 3. Missa autem Convent. ac solennis de die currente juxta eandem Rubricam n. 2. universaliter loquendo sequenti ordine dici, seu decantari debet: In Festis duplicib. & semiduplicibus, necnon Dominicis, ac infra Octavam, dictâ in Choro Hora Tertiâ; in Festis simplicibus, & Ferijs minoribus per annum dictâ Sexta; in Adventu autem, Quadragesima, quatuor Temporibus (etiam illis, quæ veniunt infra Octavam Pentecostes) ac ijs Vigilijs, quæ jejuntantur, quamvis sint dies solennes, Missa Conventualis de Tempore cantari debet post Nonam. Excipiuntur tamen ab hoc Ordine dicendi Missam Conventualem 1. Missa Nativitatis Domini, quarum prima dicitur post mediam noctem, finitò Te DEUM laudamus & in Matutino. Secunda in Aurora,

[M m 2]

di



dictis Laudibus, & Primâ. Tertia vero in die post Tertiam. 2. Illæ, quæ ex Dispensatione Apostolica (artamen post Concilium Tridentinum, non autem ante illud impetratâ) alicubi alijs, quàm suprâ memoratis Horis celebrantur. 3. Missæ Votivæ, quæ, quia non correspondent Officio, i-  
deo, si solemniter celebrentur pro Re gravi, vel publica Ecclesiæ causa cum Populi frequentia, dicendæ sunt post Nonam. Rub. cit. n. 4. Rationes autem & Congruentias mysticas, ob quas Ecclesiæ prædictum Temporis Ordinem in decantandis Missis Conventualibus, tam Vivorum, quàm Defunctorum, omnino observandum in suis Rubricis præscribit, pulchrè ac eruditè deducit Gav. To. 1. P. 1. Tit. 15. totò.

IV. Missæ de Requiem, seu Defunctorum privata per Rubricas Missalis, & Sac. Rit. Congregat. Decreta, à Summis Pontificibus Clem. X. Alexandr. VII. & Clem. IX. ac XI. respectivè approbata, non possunt, etiam præsentis Corpore Defuncti, celebrari primò in Dominicis à Populo celebratis. Secundò nec in Festis duplicibus, etiam Translatis. Tertio neque illis diebus, quibus prohibetur fieri de Festo duplici, utpote contra quodcunque Festum, ac Officium, diversum à suæ diei, privilegiatis, nempe 1. infra totam Octavam Epiphaniæ. 2. Infra totam Octavam Paschatis. 3. Infra totam Octavam Pentecostes. 4. In Feria IV. Cinerum. 5. In tota Hebdomada majore.

6. In Vigilia Nativitatis Domini, & in Decreto novo de anno 1714. 29. Septembr. suprâ cit. ) infra totam hujus Octavam. 7. In Vigilia Pentecostes. Quarto denique Decreto Clement. X. de anno 1670. die 21. Jun. prohibentur quoque Missæ privatae Requiem (etiam præsentis Corpore, seu funere) infra totam Octavam Corporis Christi. Quod si Missæ quomodocumque de Requiem, ex obligatione Benefactorum Præscripto celebrandæ, incidant in aliquod Festum, aut diem aliquem ex prædictis (quò tempore prohibentur Missæ privatae de Requiem) tunc minimè transferantur Missæ Defuncto aut Defunctis applicandæ in diem aliam non impetram, nè Dilatio Animabus Suffragia expectantibus sit deest, sed dicantur in tali casu de Festo, aut die occurrente, prævia Applicatione Sacrificij juxta mentem eorundem Benefactorum &c. in illius videre est in Sac. Rit. Congreg. Decreto hac super re edito, & à respectivè Pontificibus, max. celebrandis, confirmato, ac approbato, nec propterea Illis, qui vel ex professione, vel ex Fundatione &c. habent obligationem dicendi pro Defuncto, vel Defunctis Missam de Requiem, ullatenus est timendum, nè vel non satisfaciant suæ obligationi, vel se per Missam in tali casu de die canonice, non autem de Requiem, ad Alterius privilegium à se dictam Dele-



stus, pro quo celebrant, Indulgentiâ plenariâ per modum Suffragij compos non fiat, eò quòd in Concessione seu Indulto Papali Altaris, vel in *perpetuum*, vel ad *Tempus* privilegiati, expressa fiat mentio de dicenda *Missâ funebri*, sive de *Requiem*, non primùm, quia in Promissione etiam jurata, quâ Sacerdos se obligat offerenti stipendium ad dicendas *Missas* *Votivas*, aut de *Requiem*, includitur tacita conditio: *salvo Ritu & Rubricis*; non secundum, quia etiam si antehac Indulgentiâ ejusmodi non nisi per *Missam de Requiem* ad Altare Privilegiatum obtineri potuerint, posteaquam tamen Sac. Rit. Congregat. tum annò 1627. die 28. August. tum etiam anno 1662. 5. August. decrevit, non posse *Missas* *privatas* *Votivas*, neque pro *Defunctis*, sive de *Requiem*, etiam *presente Corpore* celebrari in diebus suprâ dictis, Alexand. VII. die 22. Jan. 1667. & Clemens IX. anno 1669. 23. Septembris, ac denique Innoc. XI. 1688. die 4. Maij declarârunt, *Missas*, quæ *illis diebus*, quibus prohibentur *Missæ de Requiem*, in Altaribus, seu in *perpetuum*, seu ad *Tempus* solummodo *determinatum privilegiatis*, ex obligatione, aut etiam ex sola Fidelium Devotione celebrantur de ejusmodi *Festo*, aut die *currente*, iisdem gaudere Indulgentijs, quibus gaudent *Missæ de Requiem*, quando diebus non impeditis ad eadem Altaria privi-

legiata dicuntur, uti ad oculum patebit inspecturo paulò antè memoratum Innocent. XI. Decretum, quod duo anteriora Alexand. VII. & Clem. IX. Complectitur, ac per extensum ponitur in *Formulario Legali Practico* Francisc. Monacelli P. II. à fol. 330. Tit. 16. ac proinde nulla suppetit ratio prædictis diebus in Altaribus etiam privilegiatis dicendi *Missam* privileg. de *Requiem* potius, quàm Officio concordè. Quòd si miretur Populus, vel etiam murmuret vulgus imperitum, in sepulturis aut exequijs Fidel. Defunctor. ijs diebus, quibus prohibentur *Missæ* *Votivæ*, non dici *Missas de Requiem*, instruat datâ opportunitate, & cessabit omnis admiratio ac Querela, id quòd non unius loci experientiâ ipse didici, ac etiam notat Pisart: in Sacerd. Evang. Idem est de Altaribus Privileg. si miretur in ijs non dici *diebus* prohibitis *Missas de Requiem*.

Dixi autem 1. *illis diebus*, quibus prohibentur *Missæ de Requiem*; nam diebus, quibus non est prohibitum dicere *Missas* *Votivas* *privatas*, etiam de *Requiem*, omnino dicenda est *Missæ de Requiem*, si Altare pro *Missis* tantùm de *Requiem*, & non pro *alijs* quoque *Missis* indiscriminatim est alioqui privilegiatum. Dixi 2. quæ in *Altaribus* privilegiatis celebrantur; nam licet non sit necesse dicere *Missam de Requiem* ad Altare, pro *Missis* tantùm de *Requiem* alioqui privilegiatum, illis die-



diebus, quibus *Missâ de Requiem* prohibentur, sed possit, imò debeat tunc dici *Missâ de Festo*, aut die *currente privilegiato*, dici tamen etiam *zalis Missâ* tunc debet in Altari illo privilegiato, in quo alioqui diebus non prohibitis dicenda est *Missâ de Requiem*, ad obtinendam Indulgentiam Altaris privilegiati. Vide Lohnerum *Instruct. Pract.* 1. P. 4. Tit. 3. §. 1. n. 1. & Dianam *locò ibi citatò*. Obiter autè hic nota 1. Quòd si exspiraverit Privilegium alicui Altari concessum, id debeat significari ijs, qui stipendium offerunt, ut ibi celebretur, alioqui sit ipsis injuria. Nota 2. eum, qui accipit duos v. g. Solidos, ut unam *Missam* legat, non posse eam curare legi ab alio dando ei tantum unicum solidum, alterum verò sibi occultè retinendo, ut constat ex Propos. 9. 1665. ab Alex. VII. damnata.

V. Ad *Missas Defunctorum solennes* quod attinet, quando per annum est *Officium 9. Lctionum de Sancto*, non dicitur *Missâ Conventualis* pro *Defunctis* ( nisi in die *Depositionis Defuncti*, & in *Anniversario* pro *Defunctis* ut infra ) neque pro eis fit *Commemoratio*. Idem observandum est in *Quadragesima*, & *Tempore Paschali*, si *Festum 9. Lctionum* occurrat. Constat ex supra dictis. Porro

In die *Depositionis*, & *Anniversario* ità dici potest ac debet *Missâ Conventualis de Requiem*, seu pro

*Defunct.* ut tamen non omittatur *Missâ altera* de die, ratione cuius Canonici lucrantur *Distributionibus*, ex *Decreto Sac. Rit. Congreg.* 15 Junij, 1611. supra allegato.

VI. In *Parasceve* non potest cantari *Missâ pro Defunctis*. In *tributo* autem *Sancto* posse, attamen *præactis Officijs de die*, & ibi tantum, ubi mos, ut olim ( teste S. Augustino ) sepeliendi *Defunctos* cum *Missâ* tradebat suo *Tempore* Joann. Petrus Casanova in *Collectaneis* : ait hodie *Missas* quascunque *privatas*, etiam post *Pullationem Campanarum*, in quacunque *Ecclesia*, aut *Oratorio privato*, non obstante *Contraria Consuetudine*, eo die *prohibita* fertur *Sac. Rit. Congreg.* 16 Junij, 1665.

VII. In die *Pasche* non convenit cantari *Missam de Resurrexerat* præsentem *Corpore*, sed *distinenda* sunt potius *exequia* in aliam sequentem diem non impeduntur, alioqui *Missâ* requiritur. *Calaneo* cum *Gav. loc. cit.*

VIII. In alijs *Dominijs & Festis de præcepto*, præsentem *Corpore* *Sac. Rit. Congreg.* de anno 1662. 27. Maij, uti & *Rituale Romanum Tit. de Exequijs* concedit *Missam solennem*. Porro per *Festa* intelliguntur *hæc* *cò Festa de præcepto in Populo*, seu *celebrata in foro*, attamen *æqualia* *Dominijs* non privilegiatis, non autem *Festa*, quæ *majoris* sunt *celebrationis*, seu *solennitatis*, puta 1. *Classis* : nam in



Festis & Dominicis privilegiatis 1. Classis  
 etiam præsentæ Corpore Missa solennis  
 de Requiem non conceditur, uti ha-  
 betur in eodem Rit. Rom. & notat Pi-  
 sart Sac. Evang. P. 1. Tit. 5. n. 14. ubi  
 citans Gav. ita scribit : " In Do-  
 minicis & Festis Missam Defun-  
 ctorum in sepulto Corpore con-  
 cessit Sac. Rituum Congregatio.  
 Festa hâc locò intelligantur de  
 præcepto æqualia Dominicis, non  
 tamen magnæ celebratis, ut utar  
 verbis Ritualis Romani; puta 1.  
 Classis, & esse debet præsentæ Cor-  
 pus in Ecclesia; sed & Rubrica  
 loquitur de Missa solenni, non au-  
 tem de privatis, quæ etiam insepul-  
 to, hoc est, præsentæ Corpore, in  
 Ecclesia non possunt dici in Do-  
 minicis, neque in Duplicibus.  
 Post hæc ex Gav. exscripta idem Pi-  
 sartus ita pergit : " Per Dominicas  
 hâc intelligendæ veniunt Domi-  
 nicæ, per annum, non autem pri-  
 vilegiatæ 1. Classis, sed & æquum  
 videtur, ut & 2. Classis Festa de  
 præcepto in Populo, & Domini-  
 cæ excipiantur. Imò & mihi sal-  
 tem decentius apparet, ut, si quis  
 sepeliendus sit in quacunque Do-  
 minica per annum in aliquo Pa-  
 rochialis, vel Monasterio, Missa Pa-  
 rochialis, vel Conventualis fiat de  
 eo, de quo factum est Officium :  
 aliter tamen facientes arguere no-  
 lim. Quoad Ecclesias Cathedrales  
 & Collegiatas res expedi-

ta est : quia in his fit Missa de  
 Requiem in Altari Parochiali; & a-  
 lia insuper Missa cantatur Officio  
 conveniens. Hæc Pisart. loc. cit.  
 n. 15. & 16. Qui postmodum n. 21.  
 & 22. superaddit sequentia : " Ex  
 Verbis Rubricæ V. Missal. n. 2.  
 habetur etiam Anniversarium in  
 duplicibus fieri posse. At hoc in-  
 tellige de Anniversario solenni  
 cum concursu Populi, ut dicitur  
 in Rubricis Tit. 15. n. 3. Item  
 de ipsa die anniversaria : quia a-  
 gitur de casu, quò Missa pro De-  
 functis est principalis, & post No-  
 nam dicitur. In Anniversarijs au-  
 tem non solemnibus ( prout in  
 Religiosis Ordinibus varia extra  
 diem annum servantur ) dicitur  
 Missa cum 3. Orationibus, qua-  
 rum prima est : *DEUS Indulgentia-*  
*rum &c.* altera *DEUS venia.* Ter-  
 tia : *Fidelium.* Missæ autem pri-  
 vatæ sunt, ut in quotidianis, cum  
 3. Orationibus, quarum 2. simili-  
 ter est : *DEUS venia.* Tertia : *Fide-*  
*lium &c.* Prima autem erit varia  
 pro ratione Personæ, pro Defun-  
 cto Sacerdote, vel Episcopo, pro  
 Defuncto, vel Defuncta. Parum,  
 aut nihil reluctarer, si quis præten-  
 deret, etiam summam Missam in  
 dictis Anniversarijs ( scilicet non  
 solemnibus ) rectius dici, ut in  
 Quotidianis, præferim, quando  
 magnus est à die annuo Recessus.  
 Hæc Pisart. At P. Felix Porettas

Exam.



Exam. Ordin. P. 1. n. 244. non prohiberi Missas solennes, aut Anniversarias de Requiem cum Cantu, etiam si dies Anniversaria incidat in Festum Ritus duplicis majoris probat ex Decret. Alexandr. VII. 22. Jan. 1667. & Clem. IX. 1669, 23. Septembr. approbantium Sac. Rit. Congregat. Decretum, quò hæc 22. Novembr. 1664. declaraverat: Anniversaria & Missas Defunctorum cum cantu ex Dispositione Testatorum quotannis recurrere ipsorum obitus die esse celebrandas, tamen si dies obitus hujusmodi in Festum Ritus duplicis majoris incidere. *Infra Octavam Pascha* (etiam post primum Triduum) Missa Defunctorum, exceptò die obitus seu Depositionis præsentis Corpore, juxta Castaldum l. 3. f. 9. c. 2. n. 6. dici non debent; & si ex Institutione, vel quacunque ex causa Anniversarium pro Defunctis sit celebrandum, transfertur post Octavam: Non enim, inquit, decet his diebus, quibus occurrens duplex etiam ex Majoribus transfertur, pro Defunctis celebrare; & cum Ecclesia his diebus in Læticia Dominicam celebret Resurrectionem, luctuosa misceri non debent. Idem ibidem addit: Defunctorum pariter Cadavera sine necessitate, & superiorum licentia in ipso die Pascha sepeliri non debent, sicut nec Feria V. in Cæna Domini, nec in die Natalis Domini, prout ex majorum Institutione satis rationabiliter à Petrus traditur. I.

dem libro 2. l. 6. c. 5. n. 1. ait: Tamen Missa pro Defunctis in Dominicis ac Festis duplicibus, non dicantur, & multò minùs in Feria V. Quare, ac tota majori Hebdomada, necnon in Vigilia Nativitatis Domini, ac Pentecostes, nec denique infra Octavam Epiphania, Pascha, ac Pentecostes, tamen tamen Exequiarum dici posse in die obitus & Depositionis Missam solennem, nisi forte (ut ibidem limitat) Festivitas sit ex solennitate, nam talis Missam funebrem etiam solennem, etiam in die obitus, ac præsentis Corpore, excluderet.

IX. Si dies Anniversarii Tertia, vel Septima, vel Trigesima Depositionis incidat in Festum de præsentis id est in foro celebre, non admittitur Missam solennem de Requiem transferatur Missa solennis de Requiem in sequentem, seu melius (ne patiantur animæ) in præcedentem diei Sac. R. C. 1608. 27. Septembr. & 1644. 19. Maij. Quòd si agatur de translatione longiori ad Tempus, etiam perpetuâ, consulantur illi qui possunt ultimas Commutationes (de quo Gav. To. 1. P. 1. l. 2. c. 2. lit. y. & Pisart. loc. cit. n. 2. 2. 2. ait, id ad solum Spectare Romanum Pontificem, nisi quod illud quandoque etiam committatur Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, de quo Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reformat. c. 4. & observentur, quæ præscribuntur in De.



Decreto edito sub Urbano VIII. de celebrat. Missar. quæ videri possunt apud eundem Gav. P. 2. Manual. Episcop. Quod autem paulò antè hòc numero dictum de die Anniversaria, tertia &c, incidentibus in diem Festum impeditum, intelligendum quoque est de alijs Missis Defunctorum certo die dicendis, ut scilicet, eò per Rubricas impeditò, dictò modò transferantur. Gerlac. Vinit.

X. Non sunt amplius admittendæ Foundationes, in quibus Missa pro Defunctis in Festis etiam solemnibus legi ordinatur; & sicubi admittæ sunt, erunt corrigendæ, ac Missa pro Defunctis, siquidem talis dici debeat, in aliam diem non impeditam transferenda. Missal. Comm. in. Rubr. General. c. 8. n. 3. & 4. quod Gerlac. Cùm primum habita fuerit Notitia de obitu alicujus Personæ, cantari poterit Missa de Requiem etiam in Festo duplici, quod tamen non sit de præcepto, id est in foro celebre; nam in posteriori hoc casu, prædictam Missam esse differendam, Decretum ajunt à Sac. Rit. Congr.

§. III.

Communia Missa tam Solemni, quam private Defunctorum.

1. ANTIPHONA: Ne reminiscaris &c, cum Psalmis Præparatorijs ad Pars III. II

Missam, qui extant initio Missalis, & in fine Diurnaliu, à celebraturo Missam funebrem congruentius omittuntur. Casanova cit. hic n. 1. Quod si dicantur, debet in fine Psalmorum dici Gloria Patri, & Tempore Paschali Antiphonæ illi addi: Alleluja; sicut etiam dici debet Gloria Patri in fine eorumdem Psalmorum Tempore Passionis, exceptò ultimò triduo: quia hujusmodi preces ( ut notat noster P. Hippolytus à Portu Vicentin. P. 1. Adnotat. 1. ad Tit. 1. Rubr. 1. Missal. n. 3. ) Officium sequantur, non Missam; si tamen hæc Ritu duplici dicatur, tunc quoque Antiphona: Reminiscaris &c ante & post Psalmos præparatorios ad Missam (siquidè hos cum solitis alioquin precibus dicere placeat) debet duplicari ut monet loc. cit. idem P. Hippolyt. à Portu: additque Orationes illas præparatorias ad Missam nullo unquam Tempore dicendas esse à Sacerdote jam Sacris Vestibus parato.

Quodsi prædicti Psalmi cum precibus alijsque diei solitis pro Præparatione Sacerdotis omittantur (uti omnino dici prohibentur ab Episcopo ante Missam Defunctorum in Ceremoniali Episcoporum l. 2. c. 11.) non tamen omitti debent oscula Crucis in Amictu, Manipulo, & Stola induendis. Gav. P. 2. Tit. 13.

2. In Missis de Requiem non di

¶¶¶¶¶

di



dicitur unquam Psalmus : *Judica &c.* Versus autem : *Requiem aeternam dona eis &c.* semper dicitur in numero plurali, etiamsi pro uno tantum Missa de Requiem celebretur. Casanova n. 2 in Collect. hic.

3. Ad Introitum Missæ de Requiem non signat se Sacerdos, sed Librum, faciendo super illum manu dextrâ signum Crucis, sinistrâ interim super Librum posita.

4. Non dicitur Gloria in Excelsis in Missis de Requiem.

5. Oratio unica in Missis de Requiem juxta Arnaudum Tr. I. P. I. Tit. 5. n. 7. dicitur. Quodcumque solemniter pro Defunctis celebratur. 2. juxta Rubricas Missalis recogniti (in Missis etiam privatis) in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum; in die Obitus seu Depositionis Defuncti, nec non in die Tertio, Septimo, Trigesimo (in quibus dicuntur Orationes prout notantur in fine Missæ de die Depositionis) & in Anniversario ejusdem. Si Anniversarium fiat pro uno dicuntur Orationes illius Missæ in Singulari.

Si Missa de Requiem dicenda sit inter Tertium, & Septimum, vel inter Septimum & Trigesimum diem Depositionis, tunc Missa quotidiana Defuncti non autem una ex supra dictis dici debet.

6. Nunquam nominatur dies quartus, quintus, sextus, nonus, & alij

deinceps intra Trigesimum in Oratione Missæ funebri, & omnis consuetudo contraria est abolenda. Arnaud. Tr. I. P. I. Tit. 5. n. 9. Depolari tamen quid habent Exequiæ Papales. Vide Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. à n. 9. & Ceremon. Episcop. ubi de Exequijs.

7. Quando plures dicuntur Orationes, puta 2. locò pro Patre aut Matre Sacerdotis, vel pro benefactoribus &c. ultima semper Oratio est, ac debet esse Fidelium, quæquam Generalis pro Omnibus Defunctis, cæteras Collectas Specialissimò locò dicta quodammodo colligat.

8. Oratio pro Patre, aut Matre Sacerdotis, non dicitur pro Patre, aut Matre: quandoque autem dicitur pro eorum obsequio tantum, sive Patre, sive Matre Sacerdotis, semper tamen dicitur in Collecta: *Qui nos Patrem, & Matrem honorare precepisti &c.*

9. In Missis de Requiem nunquam dicitur Oratio seu Collecta pro Vivis, neque etiam talis, quæ in Communis Vivis & Defunctis legitur: per hæc autem non excluditur Oratio illa privata, quæ pro Vivis, quidem his tantum, sub primo momento fit etiam in Missis Defunctorum. Vide P. à Porru P. 1. in Advers. tit. 8. Rubr. 3. num. 5. & num. 6. fol. 86.

10. In die Depositionis



Anniversario Summi Pontificis, imò & die Tertio, Septimo, & Trigesimo à Depositione illius dicitur prima Missa ex ijs, quæ pro Defunctis assignantur in fine Missalis, exceptis Orationib. proprijs, quæ dicuntur, uti notantur post Missam ultimam, seu quotidianam Defunctorum primò loco inter Orationes diversas pro Defunctis. Arnaud. Tr. 1. P. 4. Tit. 18. Pro Defuncto Episcopo pariter dictis diebus dicitur prima Missa ex ijs, quæ assignantur pro Defunctis, exceptis rursus Orationibus, quæ dicuntur, uti notantur vel 7. loc. inter Orationes diversas pro Defunctis. Arnaud. loc. cit. Pro Defuncto Episcopo Cardinale eadem dicitur Missa, quæ pro Episcopo tantum, sed non eadem Orationes, sed propriæ illæ notantur 3. loco inter Orationes diversas pro Defunctis in Missali.

Eadem 1. Missa etiam dicitur dictis diebus juxta cit. Arnaudum pro Defuncto Presbytero Cardinale, item pro Defuncto Diacono Cardinale, utramque cum ijs respectivè Orationibus, quæ in Missal. cit. extant 4. & 5. loco.

Pro Defuncto autem Sacerdote nec Episcopo, nec Cardinale, dicitur in die Depositionis seu Obitus, uti & in die Tertio, Septimo, Trigesimo, ac Anniversario Depositionis illius secunda Missa, adeoque non diversa ab illa, quæ dicitur modò dictis diebus pro Laicis; dicuntur tamen in Missis, quæ dictis diebus

pro Sacerdotibus celebrantur, aliæ Orationes, quàm pro Laicis, nempe illæ, quæ inter Orationes diversas pro Defunctis extant in sæpiùs citat. Missali sexto, vel Octavo loco, sub Tit. Pro Defuncto Sacerdote; neque refert (ut notat Arnaud.) in Orationibus pro Defuncto Episcopo, aut Sacerdote Defuncto dicendæ Missæ non fieri mentionem de die tertio, septimo, trigesimo, & anniversario; nam eadem Oratio, quæ in Obitu Papæ dicitur, dicitur quoque juxta Missale in die Anniversario ejusdem, nulla facta mentione Anniversarij. Vid. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. & Castald. l. 2. s. 6. c. 5. totò.

Quòd si Missa celebranda sit pro pluribus Sacerdotibus dicuntur Orationes illæ in Numero plurali.

Tametsi in die Obitus, seu Depositionis, nec non Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anniversario Defuncti Papæ, aut Cardinalis, aut Episcopi, aut Sacerdotis, die eadem dicatur Oratio, quæ pro ijs dicitur in die Depositionis; in die tamen Tertio, Septimo, ac Trigesimo Depositionis aliorum Defunctorum dicuntur Orationes, prout notantur in fine Missæ secunda Defunctorum ante Missam de Anniversario. Quòd si Anniversarium fiat tantum pro uno, tunc Orationes, quæ in ipsa Missa de Anniversario Defunctorum extant in Missali, dicendæ sunt in Numero Singulari, uti monet Rubricæ, in fine ejusdem



dem Missa. Porro dies Tertius, Septimus, Trigesimus, & Anniversarius Defuncti numerantur à die Obitus, vel à die Depositionis seu sepulture, quâ potiori jure Defunctus subjacet Ecclesiasticæ curæ. Arnaud.

II. Orationes, extra diem Depositionis, hujusque Tertium, Septimum, Trigesimum, ac Anniversarium, dicendæ pro Defunctis nec Sacerdotibus, nec Episcopis, nec Cardinalibus, extant post ultimam Missam Defunctorum in Missali sub Titulo: Orationes diverse pro Defunctis locò nonò, & seqq. ubi Oratio una pro uno Defuncto, item alia pro una Defuncta; præterea Oratio pro Patre, & Matre Sacerdotis (mutanda, ut ibi, si tantum pro Patre, vel matre tantum dicatur) nec non una pro Defunctis Fratribus, Propinquis, & Benefactoribus; & alia pro his, qui in Cæmeterio requiescunt, ac demum duæ pro pluribus Defunctis assignantur.

12. Littera N. in Orationibus pro Defunctis posita exigit Nomen proprium Defuncti, si est Persona Nobilis, vel insignis, vel si sit consuetudo nominandi omnes.

13. Si in Missa pro Defunctis dicendæ sint plures Orationes, tunc, si Missa dicatur pro Sacerdote, primò locò dicenda erit Oratio: *Præsta quæsumus*; si verò pro alio Defuncto, tunc Oratio: *Inclina Domine &c.* si pro pluribus, tunc vel Oratio: *Animabus &c.* vel: *DEUS*, cui proprium

&c; secunda verò & tertia Oratio in Missis, in quibus dicuntur plures Orationes, semper sunt illæ, quæ secundò, & tertio locò extant in Missa quotidiana Defunctorum: circa quas notandum, quòd Oratio Fidelium semper dicenda sit ultimò locò in hujusmodi Missis Defunctorum, in quibus dicuntur plures Orationes; at verò in alijs Missis, quæ scilicet non sunt de Requiem, semper dicenda sit penultimò locò (nempe quartò, vel Sextò) quando in Missis de Vivis per modum collectæ, in Commemorationis est dicenda, licet etiam in casu, quò simul facta est Commemoratio de occurrente Festo simplici, ut constat ex Dictione præ Tit. de Commemorationibus, item ex Dictione die 1. Septembr. & 7. Octobr. Cæterum, an agram tunc in Festis semiduplicibus possit fieri Commemoratio pro Defunctis per Orationem Fidelium, aut aliam de Defuncto, secundò locò possit fieri, quando alioquin tertia Oratio est ad libitum, nonnulli revocant in dubium apud P. Lohner *Instruct. pract. 1. P. 4. Tit. 3. §. 2. n. 4.* ob Rationem ibi in Contrarium allatam, verò eam non obstante rectè ibidem Sententiam affirmativam propugnare viderur, cui etiam Communis Suffragatur Praxis; juxta quam, 3. Oratio est alioquin ad libitum pro 2. ponitur Fidelium, & 3. locò Adversus in ejusmodi Missis. At

Pater



Petes : Quænam, & quo ordine dicendæ sint Collectæ, si quis velit Missam privilegiam de Requiem pro omnibus Fidelibus Defunctis extra diem Animarum dicere. Ad hoc Quæsitum Respondet Pflart: cum juxta Rubricas in Missis privatis pro Defunctis per annum dici debeant plures Orationes, ut in Ferijs, & Simplicibus, non videri etiam hoc casu primò locò dicendam Orationem Fidelium, sed (salvo meliori) dicendas judicat Orationes Missis privatis assignatas, scilicet; *DEUS, qui inter Apostolicas. DEUS venia largitor.* Deinde 3. *Fidelium DEUS;* vel fortè etiam 1. loco dici posse Collectam pro Patre, & Matre, vel aliam similem.

14. Palavi (quem apud Gobat Tr. 3. n. 717. sequitur Reding.) censet: obligatum Sacrum facere pro vivo, satisfacere per Missam Defunctorum, Orationes tamen quæ pro Defunctis in ea dicuntur, non debere referri, ad vivum, sed alium Defunctum.

15. Epistola, & Evangelia Missarum de Requiem juxta Rubricam Missalis extantem in fine Missæ quotidiana pro Defunctis, sunt ad libitum, ita, ut Epistola, & Evangelia posita in una Missa pro Defunctis (v. g. in primâ) poni etiam possint in alia Missa pro Defunctis; decet tamen ea dici, prout in Missali sunt distributa. Casanova in collectan. n. 12.

][N 3][

16. Epistola & Evangelium primæ Missæ Defunctorum dicuntur juxta superius insinuata in Missis pro Papa, Cardinali, Episcopo, & Prælati, etiam Regularium, Epistola verò & Evangelium secundæ Missæ Defunctorum Congruentiùs dicuntur in Missis pro Sacerdote inferioris ordinis.

17. *Sequentia: Dies ira &c.* juxta Rubricam novam Missalis dicenda est post Tractum in Missis de Requiem; quotiescunque in ejusmodi Missa dicitur tantum unica Oratio, adeoque etiam in Anniversario Defuncti: in alijs verò Missis de Requiem, in quibus dicuntur plures Orationes, *Sequentia: Dies ira &c.* juxta eandem Rubricam dicitur ad libitum seu arbitrium celebrantis. At verò *Sequentia, quæ incipit: Audi Tellus &c.* nullibi amplius est usurpanda, etsi alioquin ex Fundatione fuerat dicenda, utpote, Teste Gerlaco, severè hodie prohibita, eisque proin substituenda *Sequentia: dies ira, dies illa &c.* in Missis illam requirentibus, vel admittentibus, attamen sine Initio illò, seu prævijs illis Versiculis: *Quid post mortem sim futurus &c.* quos apud Gavantum To. I. P. 4. Tit. 18. n. 5. refert Stephanus Prohystinus.

18. Ante Evangelium dicitur quidem: *munda Cor meum &c.* non tamen petitur Benedictio per Verba: *Jube Domine benedicere &c.* quæ pro-

pro-



proinde in Missis de Requiem sunt omit-  
tenda, uti & Osculum Libri in fine  
Evangelij cum Verbis: *Per Evange-  
lica dicta &c.* alioqui dici solitis. At  
verò in Principio Evangelij tam Li-  
brum, quàm seipsum pollice dex-  
træ manûs signat Sacerdos, ut a-  
liàs.

19. In Missis de Requiem  
non dicitur *Credo*; neque Minister  
osculatur Ampullas, quas celebran-  
ti porrigit, neque à Sacerdote be-  
nedicitur aqua in Calicem funden-  
da; etsi verò omitratur illius Bene-  
dictio efformatione Crucis alioqui  
feri solita, dicitur tamen nihilo-  
minus Oratio: *DEUS, qui humana  
substantia &c.*

20. In fine Psalmi *Layabo*  
omittitur *Gloria Patri &c.* neque vi-  
ce illius dicitur *Requiem eternam*.

21. In Missis de Requiem sem-  
per dicitur Præfatio *Communis*, seu  
*ultima*, uti & *Commune Communican-  
tes*, & *Hanc igitur Commune*, et-  
iam si Missa ejusmodi de Requiem di-  
cantur Tempore Paschali, aut *Quadrage-  
sime*, vel *Passionis*, aut infra *Octavas*  
habentes propriam Præfationem, aut e-  
tiam *Communicantes*, vel hanc igitur  
propriam.

22. Ad *Agnus DEI* (quod in  
his Missis dicitur conjunctis ante pe-  
ctus, non autem positus super Alca-  
re manibus) omittitur Percussio Pe-  
ctoris, ac locò verbor: *Miserere no-  
bis*, dicitur *dona eis Requiem*, quibus

tertia vice locò verborum: *Do-  
na nobis pacem*, additur: *semper*  
*nam.*

23. Quòd si fiat Communio  
Populi intra Missam (quod Com-  
muniter fieri non oporteret juxta  
Gerlac. Vinitorem P. 2. Tit. 10. *Ann.  
poster. 21.* & alios) nulla dari debet  
Benedictio. *Gavant. To. 1. P. 2. Tit. 11.  
n. 1. lit. u.* eò quòd infra Missam non  
deretur Benedictio, nisi ab Episcopo  
ubi moris est.

24. Dicitur *Agnus DEI* comi-  
tatur prima Oratio *Domine JESU Ch-  
riste &c.* neque datur Pax in Missa  
de Requiem.

25. In fine earundem Mis-  
sæ &c. semper dicitur *Requiem  
Pace*, non autem: *Requiescat*, sed  
pro uno tantum fiat Officium Missæ,  
nec illud dicitur versus Populum,  
sed versus Altare, facta prius Cru-  
ci competente reverentiâ.

26. Non datur Benedictio  
in fine Missarum de Requiem, sed di-  
citur *Placeat Celebrans Osculatur Al-  
tare*, & dicitur mox solito Evange-  
lium S. Joannis, quod semper di-  
citur in fine harum Missarum, in-  
stâ prius Cruci competente reveren-  
tiâ. *Col. nig.*

27. *Canticum*, & Psalmus post  
Missam pro Gratiar. actione dicuntur  
cum *Gloria Patri &c.* in hujus fine, ut  
aliàs, & siquidem Missa dicta in-  
cum una tantum Oratione, adeoque  
Ritu duplici, duplicatur Antiphona  
Trium



Trium puerorum &c. & Tempore Paschali, additur quoque in ejus fine Alleluja.

28. Qualis dicenda sit Missa celebrantibus in Templo alieno in casu, quò v. g. in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata juxta Romanum, aut etiam proprium Kalendarium factum est Officium de duplici, at verb Regulares quidam, eo die celebrantes Festum aliquod Semiduplex, invitantur, ut eo ipso die Missam celebrent in prædicta Ecclesia, possint ibidem pro Defuncto de Requiem facere; item in casu, quò vicissim certi Regulares celebrant Festum duplex, alij verb apud quos celebrant, solummodo Festum Semiduplex, an, inquam, in tali casu Regulares possint, aut etiam teneantur se conformare Ecclesie, & locò, in quo celebrant, colligere utcumque licebit tum ex ijs, quæ dicta sunt supra Tit. 2. à f. 45. ante fin. tum etiam ex Rubricis ac Decretis hoc, & præcedentibus Tit. adductis.

29. In die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum debent quidem juxta Doctrinam Gavanti (cujus Sententiæ tanquam magis præter Arnaudum, & Gerlacum Vinitorem subscribunt etiam alij, & favere videtur Directorium quoque ipsum Romanum in Annotat. ad diem 2. Novembr. ut ibi dictum) Sacrificia quæcumque applicari omnibus Fidelibus Defunctis ex

Intentione Ecclesie, ac consequenter cessant eo die juxta dictos Scriptores omnes aliæ obligationes diei annexæ pro particularibus Defunctis. At verb alijs ob Rationes non contemnendas, imò in Brevibus, ut vocant Apostolicis, ac Sac. Rit. Congregat. Declaratione fundatas ejusmodi Obligatio sine sufficienti fundamento eò die celebrantibus imponi videtur, præsertim, cum nequidem sit obligatio (per se loquendo) celebrandi illo die. Vide dicta P. II. die 2. Novembr.

30. Prohibitæ sunt à Sac. Rit. Congreg. die 8. April. 1628. ex Missa, quæ Titulum habent: Missa S. Gregorij pro vivis, & Defunctis; non tamen sunt prohibitæ, sed permittæ ab eadem Sac. Rit. Congreg. die 28. Octobris ejusdem anni Missa triginta S. Gregorij Magni, uti supra ex Gav. ostendimus: dici tamen debent (ut ibidem ex ipsomet S. Gregorio l. 4. Dialogor. c. 55. retulimus) per 30. Continuos dies, sive dein ab uno, sive à pluribus successivè Sacerdotibus; recitari quoque debet Missa de Requiem diebus illis, quibus Missa votiva privata non prohibentur, alioqui Missa de die, aut Festo corrente: tamen autem 30. hæc Missæ Gregorianæ fieri debeant 30. Continuis diebus (intellige remotâ superstitione, de qua Tridentin. Sess. 22. in Decr. de observand. & evitand. in celebr. Missar.) non tamen discon-



discontinuantur per ultimum Tri-  
duum majoris Hebdomadæ, si in-  
tra eos 30. dies occurrat Parasceve  
cum Sabbato Sancto, imò etiam  
Feria V. Cœnæ Domini: eò quòd  
Ecclesia prohibeat celebrationem o-  
mnis Missæ in Parasceve, privata-  
rum autem in Sabbato Sancto, & de-  
nique Feriâ V. Cœnæ Domini imperet  
Communionem Sacerdotum in unica  
Missâ solenni. Compensandus tam-  
en postmodum est numerus Missarum  
omissarum illò triduo, & num-  
erus 30. Missarum eò elapsò im-  
mediatè complendus: ijtamen, qui  
celebrârunt in Feriâ V. & Sabbato il-  
lius Tridui (cantando v. g. tunc  
Missam solennem) non nisi solum  
diem Parasceves (in quo nullum fit  
propriè sacrificium) tenentur com-  
pensare. Quòd si infra Tempus ce-  
lebrandis 30. illis Missis destinatum  
occurrat Natalis Domini, sufficit eo  
die unam tantum Missam Titulo  
missarum S. Gregorij pro defuncto  
facere, alias autem duas (siquidem  
ter placeat sacrificare) licebit die il-  
lo facere pro quibus lubuerit. Ca-  
sano a n. 72. & 74. Atque hæc de  
30. Missis propriè Gregorianis. Quòd  
si 30. Missæ uno die dicantur, vel  
totidem pluribus discontinuatis diebus  
pro aliquo Defuncto, proderunt huic  
quidem, sed non ex Institutione S.  
Gregorij M. de qua in ejus Dialogis  
loc. cit. ut notat Gav. To. I. P. I.  
tit. 5. n. 3. lit. d. ac ex eo Casano-  
y a n. 73.

31. De Missis tam de  
quem, quàm etiam alijs (quibus  
prios prohibentur) ad Altare privile-  
giatum, ut vocant, dicendis vide  
P. Gob. Tr. 3. cas. 19. à n. 637. &  
640. ubi describitur Forma Brevis  
dari soliti perentibus Altare privile-  
giatum, & singulæ ejus Clausulæ de-  
clarantur; item P. La Croix To.  
6. l. 6. P. 2. à n. 518. & 525. ubi  
Propositò, ac discusso dubio in Sac.  
Congregatione Indulgentijs & Sim.  
Reliquijs præposita: An accensio-  
bis, quæ in Brevis Indulgentijs  
apponi solent (nempe his: *Præ-  
stibus ad Septennium tantum valentibus  
septennium à die Publicationis, aut  
à die Gratiæ Concessæ Romæ (in quor-  
dam putabant) sit incipienda*  
Sac. Congregationem die 18. May  
1711. declarasse, non à die publica-  
tis (quam juxta Trident. Sess. 21.  
c. 9. de Reform. præcedere debet  
Approbatio, seu Recognitio Episcopij)  
sed à Die datæ Brevis Tempus  
septennij incipere. Possè autem o-  
mnibus diebus, quibus juxta Ru-  
bricas Missæ Defunctorum celebrari  
non possunt, etiam per Missam de  
die corrente, ad Altare privilegiatum  
celebratam, obtineri Indulgentias  
Animabus Purgatorij de Sedis Apo-  
stolicæ Concessione applicabiles,  
constat ex confirmatione Decreti  
circa Altaria privilegiata perpetua sub  
Alexand. VII. nec non circa Altaria  
privilegiata quoque Temporeas, sub  
Clem.



Clem. IX. editis facta ab Innocent. XI. 1688. die 4. Maij. supra citat. Porro sub Generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit annò Jubilæi, non comprehendi Indulgentias Altarium privilegiatorum, nec alias Indulgentias pro solis Defunctis concessas tradunt aliqui, sed hæc in parte attendendus erit Tenor Bullæ Jubilæi, illique standum; in dubio autem ad Sedem Apostolicam pro Declaratione recurendum. Denique tradunt quoque Nonnulli, declaratum esse à Sac. Rit. Congr. Clausulâ illâ Brevibus Indulgentiarum apponi solitâ: *Volumus autem, ut, si alias Christi Fidelibus, dictam Ecclesiam visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad Tempus nondum elapsum servata, concessa fuerit, presentes litteræ nullæ sint, non comprehendi Indulgentias Altarium privilegiatorum pro Defunctis concessas: an autem hæc Declaratio authentica sit, nec ne, mihi hætenus non constat.*

§. IV.

Propria Missarum Privatarum pro Defunctis.

1. **C**onvenit, ut prima die cujuscunque Mensis (extra Adventum, Quadragesimam, ac Tempus Paschale) non impedita Offi-  
[ Pars III. ]

ciò duplici, vel semiduplici, fiat saltem Commemoratio Generalis pro Defunctis per Orationem: *Fidelium* in Missis privatis de Fests simplicibus, aut Feriâ dictis; item in *Ferijs secundis* respectivè (extra Tempus tamen Quadragesimale, & Paschale) in quibus non fit *Officium duplex*, vel *semiduplex*, modò supra declaratò juxta Rubric. *Gen. V. Missal. n. 1. & 2.*

2. *Missæ privata de Requiem* dici possunt quacunque die, præterquam in *Dominicis*, ac *diebus* supra à Rubricis & Summis Pontificibus exceptis, in quibus etiam presente Corpore, seu funere, dici prohibentur etiam ad Altare privilegiatum, ut ibi: *In Festo tamen duplici, quod non est de Præcepto (hoc est, celebre in foro)* posse aliquando celebrari Missas de *Requiem*, ut *impleantur voluntates Defunctorum*, olim declaravit Sac. Rit. Congreg. die 1. Septembr. 1617. & 20. Jun. 1626. apud Casanovam n. 68. ubi tamen rectè advertit, Sacram Congregationem significanter dicere: *ut impleantur voluntates Defunctorum, non verò: Ad arbitrium vivorum: Neque Tolerantia (inquit idem ibidem) fieri Lex debet, aut Consuetudo nimia contra Leges Ecclesiasticas; nec denique Voluntas Missam celebrari Petentis Legi, ac Ordinationi Ecclesiastica prevalere, sed Institutioni Ecclesie conformari, ut Petitio ejus, ac Devotio sit rationalis, atque conveniens.*

[ O o ]

3. Si



3. Si quis longè à Nobis absens moriatur, potest, si proxime obièrit, *Missæ de Requiem* die non impedito pro eo dici primâ vice ut supra in die *Tertio Depositionis*, omisso tamen Verbo: *Tertium*. Gav. To. 1. P. 4. Tit. 18. n. 15.

4. Quando omisso *Sacrò funebri* celebratur *Festivum fori* pro *Defuncto*, non est opus, ut collecta, seu Oratio funebri inferatur, etiam *presente Corpore*; imò ne licere quidem id in *Duplicibus*, contra Navarum docent Gavantus & Fraxinellus apud P. Gob. in *Alphab. Sacrif.* (quod est Tr. 3. To. 1.) n. 625. eò quòd Rubricæ non permittant ijs diebus (si non sit facienda aliqua *Commemoratio*) plures *Orationes*, nisi pro *Re gravi*: unde qui ordinariè id factitaret, censureretur inducere novum Ritum contra *Prohibitionem* Clem. VIII. in *Bulla Missali* præfixa. Ex quo fundamento apud P. Lohner citatus Gob. P. 3. cit. n. 626. etiam reprobatur Praxin illorum, qui in omnibus *duplicibus* per annum *Orationi* de *Festo* collectam pro *Defunctis* eo fine subjungunt, ut obtineant *Indulgentias* in *Suffragium* animarum à Gregorio XIII. ipsis Concessas, si ad *Altare* privilegium collectam pro *Defunctis* dicant: Cui resolutioni Gobatianæ haud obscure favet *Decretum Sac. Rit. Congreg.* de anno 1627. 24. April. apud Gerlac. *Vinit. P. 1. Tit. 5. Annot. 3.*

uti & Clementis X. aliæque superius relata. Addit tamen citatus Gob. n. 628. si in aliqua Ecclesia legitime introducta sit *Consuetudo*, ut in *Dominicis*, ac *Festis non Sacramentalibus* *presente Corpore* collecta pro *Defunctis* inferatur (prout *Constitutiones Synodales* *Dioecesis Constantiensis* P. 1. Tit. 9. n. 12. permittunt) posse eam *Permissionem* ob suam *Antiquitatem*, ac *Circumstantiæ* *considerabilitatem* usurpari.

## S. V.

## Propria Missarum Solennium pro Defunctis.

PRÆTER superius jam annotata hęc Titulo s. 2. & 3. observanda in harum celebratione sunt insuper sequentia:

1. Quodcumque sit *Missæ* pro *Defunctis* *solenniter*, dicitur tantum *Oratio*, etiam extra *diem Depositionis*, *diem Tertium*, *Septimum*, *Trigesimum*, & *Anniversarium*. Dicitur *solenniter*, id est, cum *Apparatu*; ne pugnet *Rubrica* contra *Rubricam*, uti fieret, si *Nomine* *Missæ* *solenniter* etiam veniret *Conventualis*, quæ iuxta *Rubr. Gener. V. Missalis* n. 1. & 2. statutis *Temporibus* *primæ* *Hebdomadæ* *mensis*, aut *Feriæ* *II. Hebdomadæ* non impeditis *Officiò* *9. Lectionum*, celebrari debet; in hac enim dicitur



bent tres Orationes, ut in Missali suo loco.

2. In Missa solemnâ de Requiem non incensatur Altare, nisi ad Oblata post horum Incensationem, nec quidquam aliud, nisi solus Celebrans. Rubr. Missal.

3. Subdiaconus non osculatur manum celebrantis, nec benedicatur, neque tenet Patenam, neque desert Librum osculandum celebranti; ministrat tamen isti, cum incensat, & manus lavar; dum autem Sacramentum elevatur, ipsemet hoc incensat.

4. Diaconus non petit Benedictionem, nec osculatur celebrantis manum, nec incensat Librum, nec celebrantem in fine Evangelij.

5. Acolythi non portant Luminaria ad Evangelium, neque Thuribulum; tenent tamen, ut alias, medium Subdiaconum sustentent Librum Evangeliorum.

6. Nullus Ministrorum, cum aliquid porrigit celebranti, ejus manum, aut Rem, quam porrigit, osculatur.

7. In Choro genuflectunt omnes ad Confessionem, ad Orationes, & dicto per Celebrantem Sanctus usque ad Pax Domini, & ad Orationes post Communionem: in reliquis sedent, aut stant, ut in alijs Missis.

8. Si distribuendæ sint Can-

delæ (quæ deberent esse ex cera Comuni, seu flava, nisi ut apud P. de Portu P. 3. c. 6. f. 350. in adnot. ad Rubr. 3. animadvertit Castaldus, Voluntas Hæredum, aut Eorum, ad quos spectat, magis inclinaret in ceram albam) distribuendæ sunt clero post Epistolam, ita tamen tempestive, ut omnes sint accensæ Tempore debito, nempe ad Evangelium, ab hujus principio usque ad finem ejus; item ad Elevationem SS. Sacramenti, usque ad Communionem inclusive; ac denique post Missam, dum fit Absolutio.

## §. VI.

### De Sermone habendo, ac faciendâ Absolutione circa Feretrum, aut Castrum Doloris.

1. **S**I habendus est Sermo, habeatur finitâ Missâ ante Absolutionem, ante ipsum verò celebrans depositâ Planetâ, & Manipulô (quem cum eo etiam Ministri deponunt) induit Pluviale, vel cum Stola remanet in Albis, at Pulpitum nigro pannô Cooperitur. Concionator autem non petit Benedictionem, nec recitat Orationem Dominicam, aut salutationem Angelicam; bene tamen facit sibi imprimendo signum S. Crucis, P. à Portu, & Alij apud ipsum

loc. cit.

[[ O o 2 ]]

2. Si



2. Si finitâ Missâ faciendâ est Absolutio ( idest, dicendæ Preces, ac pergendæ Cæremoniæ Exequiales circa *Tumbam*, vel *Tumulum*, aut *Lecticam* seu *Feretrum Mortuorum*, vel, ut vulgò appellant, *Castrum Doloris* ) in die *Depositionis primo*, aut etiam *Tertio*, *Septimo*, ac *Tricesimo*, ejusque *Anniversario*, tunc observanda sunt ea, quæ præscribit *Missale* & *Rituale Romanum*, illud quidem, ubi post *Rubricas Generales* agit *De Ritu servando in celebratione Missæ Tit. XIII. n. 4.* hoc verò *Tit. De Exequijs &c;* additis ijs, quæ præclare ac practicè in rem hanc tradunt *Gav. To. 1. P. 2. Tit. 13. n. 4. lit. f. & seqq. Michaël Bauldry in Manual. Sacrar. Cæremoniar. Editionis novæ Venetæ P. 3. c. 14. ( reipsa autem 17. ) à fol. 191. Gerlac. Compend. Sac. Rit. P. 4. Tit. 9. P. Lohner Instr. pract. 1. P. 4. Tit. 3. §. 3. P. Hippolyt. à Portu Vincent. P. 3. c. 6. Annot. ad Rubr. 4.* Præcipuè verò observanda hac in parte sunt sequentia : 1. Subdiaconus ita gestet *Crucem*, ut *Crucifixus* sibi semper *terga* vertat. 2. Idem sistat se inter *Lecticam mortualem* & *Portam Ecclesiæ*, si *Lectica* seu *Feretrum* est inter *Altare majus*, & *Portam*, si autem alibi, eandem servet *Proportionem*, & *juxta* eum *Ceroferarij* cum *Candelabris accensis* hinc inde consistent 3. celebrans ( ubi *Planeta*, & *manipulò* deposti-

tij, assumptis *Pluviale*, si habet & gestans *Biretum* in *Capite*, descendit de *Altari* ) sistat se inter *Altare* & *Lecticam*, aliquantulum versus *Cornu Epistolæ*, & propius ipsum à *sinistris* *Diaconus*, & *Acolythy* cum *Aqua benedicta*, & *Incesso*. 4. *Incensum* benedicitur, & imponitur in *Thuribulum* circa *scenam Responsorij*. 5. Antequam aspergat vel incenset, celebrans cum *Diacono* à *dextris* faciat *reverentiam Altari*, ut in *Missâ*; itaque *Cruci subdiaconi*, dum circum *Lecticam* ( celebrans quidem caput tantum inclinato, *Diaconus* autem flexo genu ) & ter à *dextris*, ac ter à *sinistris* eam aspergat, & incenset. 6. *Diaconus* tenet *Librum*, celebrans orat *manibus junctis*, & in fine facit *manu dextrâ Signum Crucis* super *Lecticam*, dicens : *Requiem æternam &c;*; *cantores* verò dicunt : *Requiescant* ( non *Requiescat* ) in *Terre &c;*; licet pro uno tantum fiat *Absolutio*. *Casanova in collectan. à n. 76. & Alij.*

Quomodo autem faciendâ sit Absolutio à *Sacerdote*, qui non est *Episcopus*, aut *Prælati*, in die *Commemorati*: *omnium Fidelium Defunctorum*, tradit *Gav. To. 1. P. 4. Tit. 19. n. 19.* breviter etiam *Gerlac. P. 4. Tit. 27. n. 4.* exactissime verò, & fusiùs *Michaël. Bauldry Man. P. 4. c. 18. à n. 17.* Vide etiam *dicitur* superiùs die 1. & 2. *Novembrii.* Idem



Idem Bauldry Man. P. 5. à fol. 361. ex Lib. 2. Cæremonial. Episcoporum. non minùs exactè capite 10. & seqq. agit I. de Observandis ab Episcopo in *Vesperis*, & *Matutinis* pro *Defunctis*, nominatim in *Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum*.  
 2. De *Missâ Pontificali* pro *Defunctis* per *Episcopum* celebranda, & de *Sermone* ab eo habendo post *Missam*.  
 3. de *Absolutione solenni*, ab *Episcopo*, & alijs *Prælati* faciendâ circa *Castellum Doloris*.  
 4. De *Observandis à celebrante Missam* pro *Defunctis* coram *Episcopo*: à folio autem 399. cap. 36. & seqq. agit I. de *Anniversario Episcopi* proxime defuncti. 2. De *Anniversario omnium Episcoporum*, & *Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Defunctorum*.  
 3. De *Ægrotatione*, *Morte*, *Funere*, & *Exequijs* *Episcopi*, nec non de *Supplicatione* instituendâ ad *DEUM* pro opportuna novi *Episcopi* *Electi*one impetrandâ. Qui carent *Manuali Bauldry* recens impresso, consulant super prædictis ipsum *Cæremoniale Episcoporum* l. 2. & quoad prima tria *Puncta* etiam Ger-

lacum P. 7. Tit. 24. 25. 26. & 27. Vide insuper hîc dicendâ *Tit. ult. V. Absolutio*, & *V. Episcopus*, nec non *Pontificale Roman. P. 3. Tit. antepenult.* ubi de *Exequijs Defuncti*: *Cardinalis*, *Archiepiscopi*, *Episcopi propriæ Dioceseos*, *Imperatoris*, *Regis*, ac *Magni Ducis*.

Quid verò sit observandum in *Exequijs*, ac *Sepultura*, tam *solemni*, quàm *minùs solenni* aliorum, seu *Leicorum*, seu *Clericorum*, etiam *Regularium*, post *Rituale Roman. Tit. De exequijs, & sepult.* declarat pariter sæpe memoratus *Bauldry Manual. P. 3. cap. antepenultimò*, quod reipsa (nam erratum in numero ei adscriptò) est *Caput 18. illius Partis*; ubi etiam in fine, quid sit agendum, si sepeliendus sit mortuus *Tempore Interdicti*, cui tota *Parochia*, vel etiam *Provincia* est supposita: De omnibus verò prædictis fusè, ac practicè agit *Castald. in Prax. Cærem. l. 2. sect. 9. c. 5. 6. 7. & 8.* necnon *l. 1. sect. 7. cap. 2. num. 9. 10. ac 11. & cap. 6. à num. 1.* Item eodem *l. 1. sect. 8. cap. 12. num. 5. & 6. ac cap. 13.*



HO03E

TITU.



## TITULUS XI.

De Ritibus, ac Cæremonijs, in Recitatione Cujuscunque Officij Divini, necnon Singularum Horarum Canoniarum, tam privata, quam publica ac solenni observandis.

**Q**UINAM RITUS, ac CÆREMONIÆ, tam in *privata*, quam *publica* OFFICII DIVINI, seu HORARUM CANONICARUM Recitatione ex Præscripto Rubricarum, tam *Generalium*, quam *Specialium Brevariij Romani* ultimò recogniti universim sint observandi, tum à quocunque celebrante seu Officiatore, tum etiam ab ejus Ministris, exactè declarant Gavantus *To. 2. f. 10. tota.* Arnaud. *Tract. 2. P. 2. Tit. 1. 2. & 3.* Josephus Cabrinus in *Epitome Sacri Rituum.* Bauldry *Man. Sacri. Cærem. P. 2. c. 11. 12. & 13.* additis ijs, quæ habet *P. 1. de Ministris*, seu *Officialibus Ecclesiæ*, tum generatim, tum etiam singillatim, & *P. 5. ex Lib. 2. Cærem. Episcoporum.* nec non in *Appendice 5. Partis.* Ceccoperius *de Canonicis.* Gerlac. *Vinitor. P. 5. tota*, ac nominatim in 22. Annotationibus ad 6. Titulos illius Partis, extrantibus in hujus fine. P. Lohner *Instruct. Pract. II. P. 2. 3. & 5. itidem tota* : ipsùmque etiam Cæremonialem Epi-

scoporum *Lib. 1. præsertim à c. 1. & 18. necnon lib. 2. toto*, ac deinde que Andreas Castaldus in *Præxi Cæremoniæ.* quibus hîc aliquid vel superaddere supervacaneum omnino foret. Inter alia tamen Notandum 1. Ad omnes *Horas*, quæ recitantur in Choro, ardere debent in Altari duas saltem *Candelas.* 2. Solemniter consuevisse fieri *Officium* significare *Festum Populi* aut *Chori*, cum *Apparatu.* 3. Monialibus in *Confratibus* nequaquam dicendum *Tibi Mater*, nec *Vobis sorores*, sed uti in *Breviario.* 4. *Hebdomadarium* in decantandis *Horis Canonicis* non debere uti *Solâ.* Quid autem præterea, tam universè, quam *Speciatim* in decantandis solenniter *Missis*, & *Horis* quocunque *Canonicis*, nec non *Officij Defunctorum*, eidem, aut cuivis alteri *Officiatori* sit observandum exactè tradit sæpè cit Bauldry *P. 1. citat. 28. uti & in Cæremonialem Episcoporum. l. 1. c. 28. videri potest Qualiter*, & qui.



quibus Temporibus adhibendus sit  
usus Organi in decantandis Horis  
& Missis solennibus.

Quid denique ex Præsripto  
Rubricarum Ecclesiasticarum Bre-  
viar. sit observandum in Recitatio-  
ne Officij Parvi B. M. V. tam in  
Choro, quàm extra Chorum, rursus e-

requiritur accuratè Gavantus Tom<sup>o</sup>  
2. l. 9. c. 1. Arnaud. Tr. 2. in Ap-  
pendicibus Brev. Tit. 1. P. Lohner  
Instruct. Pract. II. P. 4. 5. 7. Vide  
etiam de his Omnibus, ac alijs ad  
Disciplinam Rubricisticam spectan-  
tibus Titulum ultimum hujus III.  
Partis,



TITU



# TITULUS ULTIMUS.

## MISCELLANEA

Rubricistica, Ordine Alphabetico ad  
Modum Indicis ac Repertorij digesta.

**M**Ajusculæ I. II. III. denotant Partes hujus Ephe-  
merologij, nempe I. Primam : II. Secundam :  
III. Tertiam : Ciphra autem prima cuilibet ca-  
rum apposita Titulum illius Partis, Secunda Paginam  
eiusdem Partis, Tertia, si apponatur, Columnam ejusdem  
Paginæ designat. Character &c ( seu hujus Libri, seu  
etiam alterius Auctoris Citationi superadditus ) denotat,  
locô ibi citatô plures alios reperiri Auctores, qui de  
eodem Argumento tractent. Littera V. denique idem signi-  
ficat, quod Vide, vel Verbô.

### A.

**ABBAS.** *Abbas* Electio, Bene-  
dictio, &c quo *Ritu*, ac qui-  
bus *Cæremonijs*, sit facienda, tradit  
D. Andreas Piscara Castaldus Cong-  
reg. Cler. Reg. Theatinor. Presby-  
ter, in Praxi Cæremoniar. l. 1. f. 9.  
& respectivè *Pontificale Romanum*, jus-  
su Clement. Pap. VIII. restitutum, ac  
annô 1596. Romæ in folio majore  
editum, paucis verò abhinc annis  
in forma Octava Antverpiæ pro-

majori eò utentium commoditate  
cum nonnullis in fine additis re-  
sum.

**ABBATISSA.** Hujus Benedi-  
ctio &c quando, ubi, & quomodo  
facienda ab Episcopo, aut ejus De-  
legato, traditur à Pontificali Ro-  
mano P. 1. Tit. 22. à fol. 170. & à  
Castald. l. 2. f. 12. c. 8.

**S. ABRAHE Fegum** quomodo  
( ubi est concessum ) sit celebra-  
dum. III. 2. 33. 1. item Gav. Tr. 2.  
f. 6. 12. n. 22.

**ABSOLUTIO à Censuris** Extr-



communicationis, Suspensionis, & Interdicti quò modo, ac Ritu sic faciendatam in foro interiori, quàm etiam exteriori, tradit Pontificale Romanum P. 3. Tit. 11. & 22. &c. item Rituale Rom. Iustit. & Auctoritate Pauli V. editum Tit. De Sacram. Pœnitent. à f. 58. usque ad f. 63. item Sacerdotale seu Rituale nostrum Brixinense P. 1. dist. 4. c. 7. à f. 147.

**ABSOLUTIO** ad Tumulum Defuncti, & Lecticam Mortualem, seu Sarcophagum, ac Castrum, ut vocant, Domus, quò modo, ac Ritu, nec non Apparatu sic faciendâ post Missam Funerariam, aut in fine Sepultura, vel Exequiarum. III. Tit. 10. f. 6. f. 289. & seqq. Castald. l. 1. f. 7. c. 2. n. 9. & 10. & 6. n. 4. item f. 8. c. 12. n. 5. & 6. ac 13. & l. 2. f. 9. c. 5. 6. 7. & 8. ac Denique etiam ipsum Pontificale Romanum. P. 3. Tit. 32. à f. 681. & Rubricæ Missal. de Rit. in celebrat. Missarum servand. Tit. 13. à n. 3.

**AGNORUM DEI** Benedictio Vid. V. Benedictio. f. 298.

**ALTARIS** Tulus, ejusque Dedicatio an possit, vel etiam debeat Ritu duplici 1. Classis, ac cum Octava celebrari. III. l. 1. f. 7. & 21. In Altari, in quo aut Papa, aut ejus Legatus à latere intra fines suæ legationis, vel Cardinalis, aut etiam proprius celebravit Episcopus in suâ Diocesi, alius Sacerdos eo die ne celebret, nisi de ejus licentia, quæ tamen (inquit Bauldry) tacita suffi-

cit, quando necessitas urget, ne v. g. aliqui die Festo nequeant audire Sacrum, aut quando Consecrandæ sunt Hostiæ pro Infirmis, aut alia Ratione III. 9. f. 264.

**ALTARIS Privilegiati** Indulgentiæ quando expirent, & quomodo petendæ, quibusque Missis, possint obtineri. III. 10. f. 2. num. 4. & 5. 3. n. 30. à f. 274. & 286.

**ANNIVERSARIA** dies Defunctorum quorumlibet quomodo celebrandæ III. 5. 2. & 3. à f. 276. quomodo item Anniversaria dies Electionis, & Consecrationis Episcopi: item Creationis & Coronationis Papæ III. 7. à f. 251. necnon Castald. l. 1. f. 10. c. 4. n. 41.

**ANNUNTIATIO** B. V. M. quomodo celebrandâ II. 3. à f. 90. Quando ejus Festum incidit in Dominicam privilegiatam ante Palmas, transfertur in Choro ( id est, quoad Officiam, & Missam ) in diem proximam non impeditam per Rubr. tam Breviaris, quàm Missalis Romani, non autem transfertur tunc in foro, hoc est, quoad Præceptum, seu obligationem audiendi Missæ, & abstinendi ab opere servili, sed quoad hac celebrandum tunc est Festum Annuntiationis eo ipso die, in quem incidit. ibidem. Idem est, si incidat in Dominicam Palmarum, aut in Feriam II. aut III. aut IV. aut etiam V. majoris Hebdomadæ, aut in Hebdomadam Paschalem, hoc est, infra Octavam Paschæ; nam & in hujusmodi Casibus quoad

[[ País III. ]]

[[ Pp ]]

Præ-



*Præceptum*, seu obligationem audiendi *Missam*, & *vacandi ab opere servili* non transfertur, sed quoad hæc (adeoque in foro) observandum est proprio suo die, nempe 25. Martij, in quem incidit; in Choro autem, seu quoad *Officium*, & *Missam* de eo recitanda, juxta Rubricas Breviarij, ac Missalis Romani (eidem Annuntiationis Festo præfixas) transferri debet in diem post Dominicam in Albis Officio 9. Lectionum proximam non impeditam, uti factum hoc annò 1717. quò Festum Annuntiationis occurrens in ipsa Feria V. *Cæna Domini*, ex Decreto universali Sac. Rit. Congreg. translatum quidem est in Choro, id est, quoad *Officium*, & *Missam* juxta Rubricam *General. X.* Breviarij nec non specialem ejusdem Breviarij, ac Missalis Romani ex ipsius Sac. Congregationis Decreto in diem proximam post Dominicam in Albis Officio 9. Lectionum non impeditam (quæ erat Feria III. post Octavam Paschæ incidens eò annò in diem 6. Aprilis) at verò in foro, hoc est, quoad *præceptum*, seu obligationem audiendi *Missam*, ac *Vacandi ab operibus servilibus*, non fuit translatum, sed servandum fuit ipsa Feria V. majoris Hebdomada, uti anno 1693. in simili occurrentia Festum S. Josephi pariter incidens in Feriam V. *Cæna Domini*, sub Innocent. XII. Pontific. Max. I. Tit. 20. §. 1. f. 95. & 96. II. Tit. 3. à f. 91.

junctis tamen ijs, quæ habentur ibidem Tit. 12 in Addendis f. 475. et 1. & 2. Simili modo in simili occurrentia erit procedendum anno 1723. Quando verò Annuntiationis B. V. Festum incidit in Feriam II. *vasceves*, aut in *Sabbatum Sanctum*, tunc de Mandato Alexandri Pape VIII. ac Dispositione Sac. Rit. Congregat. 11. Mart. 1690. id non modo in Choro (hoc est, quoad *Officium*, & *Missam*) sed etiam in foro id est, quoad *Præceptum*, seu obligationem audiendi *missam*, & *vacandi ab operibus servilibus*, transferendum est in Feriam II. post Dominicam in Albis, translato ad aliam diem Festi quocunque aliò in ea forsan occurrerit, si hoc fuerit altioris Ritùs; si enim Festum eà Feria II. occurrerit in altioris Ritùs, id est, 1. *Classis*, aut *vasceves*, aut *Sabbato sancto* adiacentem in Foro celebrandum est Feria illà II. post Dominicam in Albis, ut tamen in Choro, seu quoad *Officium* & *Missam* cedere debet Festo altioris Ritùs Ferià illà II. occurrenti, adeoque transferri in Choro ejusdem di in loco ulterius in aliam diem proximam Officiò 9. Lectionum non impeditam. Dixi autem *occurrenti*: nam Festis solummodo translatis, seu ejusdem, seu etiam altioris Ritùs, h. e. 1. *Classis*, non celebratis, præponitur in ejusmodi occurrentia



curfu. II. Tit. 3. à f. 91. usque ad 95. Annuntiationis B. V. Festo incidente in eos Dies, qui occurrunt à Dominica Palmarum usque ad Feriam III. Paschatis inclusivè, poterat olim vi Rubricarum antiquarum Missalis P. 1. de Translat. Festorum Tit. 6. Ratione Tituli Ecclesie, vel Concurfus Populi, ultra Missam Correspondentem Officio cantari insuper alia Missa de Festo ( uti videre est apud Gav. To. 1. P. 4. Tit. 15. n. 5. ) at verò ex nova Rubrica Missalis recogniti Tit. eodem id illis diebus non amplius licet, bene tamen alijs Quadragesimæ, uti & cæteris infra Hebdomadem Paschalem diebus, uti videre est Tit. 3. cit. à f. 91. Regulares Commorantes in Diocesi, in qua incipitur hoc Festum, incidens in Hebdomadem majorem, aut Hebdomadem Paschalem, non possunt quidem illud amplius anticipare pariter in Choro, tenentur tamen & ipsi illud servare anticipativè in foro. ibidem f. 95. Annuntiationis Festum est unum ex illis, in quibus illi, quibus alioquin ( exceptis solemnioribus Festis ) conceditur ex privilegio Apostolico celebratio Missæ in Altari privati Oratorii, nequeunt eò uti. III. Tit. 9. f. 63. Item Gav. To. 1. P. 1. Tit. 20. lit. f. ante finem illius Tit. Si simul sint transferenda Festum S. Josephi, & Festum Annuntiationis, prius reponenda est Annuntiationis, & deinde S. Josephi ex De-

cret. Sac. Rit. Congreg. de anno 1692. 14. Jun. non obstante Decreto edito in Contrarium 1682. 13. Jun. II. 2. à f. 93.

ANTIPHONÆ in Officio & Missa à quo inchoandæ, ac intonandæ sint in Choro, Vid. Cæremonial. Episcoporum. l. 2. c. 1. & 2. Item Castald. l. 2. f. 3. c. 2. à n. 10. Quando eadem coincidunt cum initio Psalmi, quomodo intonandæ, & quomodo tunc Psalmi tam intra, quàm extra Chorum sint profequendi Vid. eundem ibidem n. 13. & Gavant. To. 2. f. 5. c. 7. n. 12.

Antiphona unde cum suo Versu sint sumendæ, quando posterior cum priore jam distat ob similitudinem est Commutanda Vid. V. Commemoratio.

Aquam unà cum Vîno adhibendam esse in Pollicum ac Indicium Ablutione super Calicem post hujus Purificationem in fine Missæ, manifestum est ex Rubrica Missalis de Rit. servand. in celebrat. Miss. Tit. 10. n. 5. contra quam proin peccant, qui illam solo Vîno, vel sola Aquâ faciunt, quod non licet Teste P. Hippolyt. à Portu Vicentino absque Pontificio Privilegio.

B.

BEATUS, & BEATIFICATIO. Beati nondum Canonizati quomodo colendi, & quatenus Officio, Miss-

HP p 2 H



*Missâ, Altarium Ereptione, Reliquiarum Expositione &c.* III. Tit. 2. f. 29. Eorum Nomina non inferenda Litanijs, etiam privatim dictis II. Tit. 4. die 25. April. f. 113. *Beatificati tantum* in eo differunt à *Canonizatis*, quòd isti possint Officiò à Sede Apostolica approbatò ubique coli, non irem illi. Gav. To. 2. f. 3. c. 2. n. 8. Aliud inter *Beatificationem*, & *Canonizationem*, discrimen Vid. apud P. Georg. Gobar. To. 1. Tr. 3. n. 696. *Append. 1. lit. b. Beatificationis Festum seu solennitas prima vice quomodo celebranda, Vid. V. Canonizatio.*

*Benedictio Sacra. Benedictiones Candelarum, Cinerum, Cerei Paschalis, ac Palmarum quomodo, & quando faciendæ, traditur suis locis P. I. & II. &c. De Benedictione Sponsorum autem Vid. P. III. Tit. 7. f. 254. &c. De Benedictionibus alijs quâ Rerum diversarum, quâ Personarum, & Locorum &c, tam Invocativis quàm Constitutivis, iisque tam Sacerdotibus, quàm Pontificalibus (extantibus, unâ cum suis Rubricis partim in fine Missalis, partim in Rituali Romano Tit. De Benedictionibus, partim verò in Pontificali Romano) Vid. Castald. l. 2. f. 11. & 12. Item Gav. To. 1. P. 4. Tit. 19. & Lohner Instruct. 1. P. 5. Tit. 1. ubi de earum Cæremonijs, nec non Habitu Benedicturi Sacerdotis &c, monentque, in Principio cujuscunque *Benedictio-**

*nis dici debere Verf: Adjutorium nostrum in Nomine Domini &c.* Et ante Orationem seu Collectam *Vest Dominus Vobiscum &c.*

*Benedictio cum Venerabili Sacramento* (cujus nimiam Frequentiam, uti & Expositionis ejusdem SACRAMENTI, improbant AA.) quomodo danda Vid. III. Tit. 7. f. 242. Si danda est *Communicantibus cum SS. Sacramento*, tunc conventius esse, ut detur potius post *Communione*, quàm antè, colligitur et Rituali Romano.

*Benedictio Mensæ* Quando recitur, annotatur suis locis P. I. & II.

*Beneficiatus.* Quo Ritum debet celebrare Festum Sancti, cuius Altare est *Titulus Beneficij*, III. Tit. 1. f. 21. An item, & quo Ritum *Titulum Ecclesiæ* dirutæ ad illud Altare translatae. *ibidem.* An etiam abiens seu non residens apud eam Ecclesiam, quæ est *Titulus sui Beneficij &c.* *ibidem.* Habens *Capellaniam*, vel *Beneficium in Ecclesia Regularium*, quomodo teneatur dicere *Officium*, & *Missa*. III. Tit. 2. à f. 45. Item abiens à loco sui *Beneficij* *ibidem* Tit. 1. f. 21. Item duplex habens *Beneficium* *ibidem* Tit. 2. f. 39. An habens plures *Beneficiorum* aut *Ecclesiarum* Titulos teneatur totidem *Communiones* facere II. 1. à f. 24.

*Biretum* nec *Sacerdos*, nec etiam *Minister* aut *Sacristanus* deponere debet



unquā aut supra Calicē, aut supra Mis-  
sile, aut etiam supra Altare. Delatus ad  
Altare, antequam huic, aut Imagini  
Crucifixi desuper positæ, præscri-  
ptam à Rubricis exhibeat Reveren-  
tiam, Biretum Ministro porrigere de-  
bet; in Recessu autem ab Altari  
non nisi facta Altari, aut Cruci desu-  
per Collocatæ competente Reveren-  
tiā accipere Biretum à Ministro; i-  
tā enim expressè præscribit Rubri-  
ca Missalis Tit. 12. de Rit. Servand. in  
celebrat. Miss. n. 6. Alia huc perti-  
nentia Vid. infra V. Caput.

C

CEREMONIÆ in Recitatione  
cujuscunque Officij Divini, tam  
Privatæ, quàm Publicæ, ac Solemni quæ  
tam sint observandæ ( quando ni-  
mirum, aut quoties standum, genufle-  
tendum caput inclinandum, Signum  
Crucis adhibendum ad quasunque Ho-  
nos intra, & extra Chorum ) decla-  
ratur III. Tit. 11. à f. 292.

Ceremonia similiter in Missa  
tam Privatæ, quàm Solemni quacunque  
observandæ declarantur III. Tit. 8.  
à f. 259. & apud AA. ibi cit.

Candelabra quot supra Altare  
ponenda Tempore Rei Divinæ, Vi-  
de infra V. Crux.

Candela quomodo à comitan-  
tibus Processionem sint deferendæ  
II. Tit. 2. f. 49. Idem est de Palmis.  
Ibid. & I. 19. f. 87.

Canonicus. Canonicorum Mu-  
nus, Ordo, Habitus, ac Ceremonia in  
Choro & c. declarantur à Castald. I.  
1. f. 8. per 13. capita. Eorumdem  
ad Cantandam Missam de die, vel  
quasi de die. Conventualem, eamque  
quandoque duplicem & c. declaratur  
I. Tit. 5. f. 26. & III. Tit. 7. f. 255. & c.

Canonizatio, & Canonizatus.  
Canonizatio alicujus Sancti quomodo  
differat ab ejus Beatificatione, Vide  
suprà V. Beatificatio. De Sancto Cano-  
nizato non potest fieri Officium sine no-  
vo Sac. Rit. Congregat. Decreto  
extra propriam Ecclesiam Teste Ga-  
vant. To. 2. f. 2. c. 2. n. 30. III.  
Tit. 2. f. 34. & f. 47. An, & cujus  
Auctoritate fas sit Recitare Officium  
aut dicere Missam de quolibet Canoni-  
zato. Vid. III. Tit. 2. f. 24. & c. Ca-  
nonizationis Festum Quomodo pri-  
mitus sit celebrandum tradit Ca-  
stald. l. 3. f. 12. c. 4. n. 16. ubi ita  
scribit: "Cum primum juxta Eccle-  
siasticos Ritus à Romano Pontifi-  
ce aliquis in Sanctorum numerum  
fuerit relatus, præter Solemnem  
Festivitatem, quæ ei in propria  
Ecclesia deberur die Natalis ejus-  
dem, Canonizationis Festum sole-  
mniter celebrari consuevit cum  
Processione, in qua deferitur Ve-  
xillum cum Imagine Sancti Canoni-  
zati, & Reliquijs, procedendo or-  
dine supr. l. 2. f. 10. c. 4. alias  
præscripto. Officium erit sole-  
mne primæ Classis cum Octava,  
de-



desumprum ex Communi juxta  
 Gradum, ac dignitatem Sancti,  
 & in Oratione ( nisi propria à Sede  
 Apostolica assignetur ) locò Natalitia  
 dicitur : *cujus Canonizationem colimus* :  
 ipsius etiam Laudes Virtutum,  
 ac Miraculorum, à Concionatoribus  
 ad id electis Populo annuntiantur,  
 quò Sancti cognitio meritum pio affectu  
 omnes ad venerationem, ac singuli ad  
 e jus imploranda suffragia excitentur.  
 Ità Castaldus, sequentia insuper  
 ibidem subjungens : *Eadem ( inquit )  
 respectivè observari poterunt in  
 particularibus Ecclesijs, cum alicujus  
 Beatificatio Solemniter celebratur,  
 intellige, cum proportione, & nisi  
 aliter in Decreto Beatificationis à  
 Sede Apostolica ordinetur, aut  
 præscribatur* Vid. II. à f. 476.

*Capella, & Capellanus. Capellæ  
 Titulus, aut Patrocinium, ejusque  
 Dedicatio an, & quo Ritu celebrand.  
 III. 1. f. 7. & 21. item Tit. 3. f. 57.  
 Quale Officium dicendum Capellano  
 Episcopi, item Monialium, ac aliorum  
 Regularium &c. III. 2. f. 38. 46. & 47.*

*Caput. Capite Cooperto facere  
 competentem Reverentiam ( hoc est  
 Genustexionem ) Versus illud Altare,  
 aut eum Locum, in quo asservatur  
 Venerab. Sacramentum, jubet quidem  
 Rubrica Missal. Roman. De Rit. Servand.  
 in celebrat. Miss. Tit. 2. n. 1. Sacerdotem  
 paratum, quando ante al-*

terutrum eorum transit, ex specialia  
 tamen Sedis Apostolicæ concessione  
 Praxis in Germania habet, ut caput  
 in ejusmodi casu aperitur, seu detegatur,  
 tum ad contestandam contra Hæreticos  
 de Reali CHRISTI in Venerab. Sacramento  
 Præsentandam fidem, tum etiam ad cavendum  
 eorumdem, atque ipsorummet quoque  
 Fidelium in his locis scandalum, uti  
 observat, & restatutur Lohmeier  
 Instruct. 1. P. 6. Tit. 2. lit. b. & c.  
 que ( uti habetur in Consuetudinibus  
 Nostræ Provinc. c. 3. n. 10. ) ex  
 Declaratione Clement. VIII. in  
 his Partibus factâ. Quod si venerabile  
 Sacramentum in Altari nullo modo  
 non asservetur, tunc transire ante  
 illud Sacerdos non quidem facere  
 debet *genustexionem, facere tamen  
 nihilominus debet Versus illud  
 profundam ( medijs Corporis inclinacione )  
 reverentiam, & quidem juxta  
 Rubricam Missal. antea allegatam,  
 pariter recto, seu Cooperto Capite,  
 nisi, ubi ( ut in Germania ) ob majorem  
 Populi ædificationem introducta  
 etiam est Consuetudo eam faciendi  
 Capite detecto, ut idem Lohmeier  
 Instruct. cit. P. II. Tit. 4. n. 1.  
 advertit.*

*Cardinales. De Horum Functionibus  
 intra, & extra Capellam Papalem,  
 aliisque ad eos Pertinentibus Vid.  
 præter Missal. Roman. de Rit. Servand.  
 in Celebrat. Missal. Cap. Remoniale  
 Episcoporum l. 1. & 2. n. 1. & 2.*



non Castald. l. 1. f. 10. & l. 2. f. 2. 9. 10. 12. ac l. 3. sparsim &c.

*Cereus Paschalis*, quando, & quoties accendendus I. f. 115. & 127. &c. *Cerei* ad Missam ardentes non ante finitum ultimum Evangelium juxta Rubric. Missal. sunt extinguendi, & prius quidem ille, qui est ex parte Evangelij.

*Circumcisionis* Festum celebrandum quidem in propria Ecclesia sub Ritu duplici I. Classis II. I. f. 1. atramen sine Octava; tum, quia juxta Rubr. Gen. VII. Breviar. n. 1. in fin. à die 17. Decembr. usque ad Festum Epiphaniæ suspenduntur omnes Octavae particulares. II. 12. f. 435. tum, quia id Festum spectat ad Octavam Nativitatis Domini, ut notat Castald. l. 3. f. 12. c. 2. n. 4. De celebratione hujus Festi tum Romæ in Capella Palatij Apostolici, tum etiam alibi, Vid eundem l. 3. f. 2. c. 6. n. 9. & 10.

*Clausulam Hymnorum* Propriam quænam habeant *Festa*, ac *Officia*, & qualem, Vid. Rubr. Gener. 20. Breviarij à n. 4. usque ad Octavum inclusive. Item infra V. Hymnus.

*Color Paramentorum* Celebrantis, Altaris, & Ministrorum debet (regulariter loquendo) juxta Rubric. General. 18. Missal. n. 1. Convenire Officio, & Missæ diei Currentis secundum usum Romanæ Ecclesiæ, quæ quinque coloribus uti consuevit, *Albæ*, *Rubræ*, *Viridi*, *Violacæ*, & *Ni-*

*græ*, quorum singulis utitur prout in eadem Rubrica, atque etiam à me suis annotatur locis, uti etiam, quibusnam in Casibus Color Paramentorum celebrantis discrepet à Colore *Pallij*, seu *Antependij* Altaris. Quoniam autem Color *Aureus*, sive *Croceus*, æquivaler omni Colori ( quia omnes, Teste Maria Quarti ad illum concurrunt ) ideo in omnibus *Festis solemnibus* uti licet Colore *Croceo* seu *flavo*, ac quovis alio, qui Auræ pretiosè est intertextus. Gerlac. *Vimitor*. P. I. Tit. 18. in *Annotat.* Mutatio Colorum, quando facienda est, fieri debet in *Primis Vesperis Festi*; si autem *Vesperæ* non dicuntur integræ de aliquo, sed tantum à Capitulo, tunc initio *Vesperarum* ille Color est adhibendus, qui Festo, de quo Capitulum dicitur, congruit.

*Commemorationes* quæ *Speciales*, quæ *Communes*, sive *Suffragia Sanctorum*, ac *Commemoratio de Cruce* quando, quomodo, quo ordine, & sub quanta obligatione &c in Officio sint faciendæ I. 31. à pag. 187. II. 1. 19. 2. & seqq. Item III. Tit. 6. f. 13. à pag. 197. & f. 14. à f. 215. &c.

*Communio* Quomodo tam *intra*, quàm *extra Missam*, seu *solemnem*, seu etiam *Privatam*, sit distribuenda, Vide III. Tit. 8. à f. 257.

*Comprecatio* 40. Horarum &c quomodo instituenda III. Tit. 7. à f. 239. & Tit. 8. f. 257. *Additis* ijs, quæ habentur P. I. Tit. 11. f.



5 à f. 55. Vid. & Gav. To. 1. P. 2. Tit. 14. Castald l. 2. f. 2. c. 7. Vin. P. 4. Tit. 6. & 7. ejusque annotat. Bauld. P. 4. c. 16. artic. 7. & seqq. ubi etiam de Processionibus, quæ sub eadem fieri solent. Non potest indici Auctoritate Magistratus Sæcularis sine Requisitione, & Consensu Episcopi Diocesani ex Constitutione Clement. VIII.

*Concurrentia in Officio* quid sit, ac quotuplex, & quænam ejus Regulæ III. 6. à f. 104. per II. §. §. usque ad f. 184.

*Confiteor*, quando, quomodo, & à quo dicendum respectivè in Officio (id est ad Primam, & Completorium) nec non in Missa, ac ante Distributionem S. Eucharistiæ, Vide Rubr. Gener. 15. Breviar. n. 2. & 3. Missal de Rit. celebrand. Miss. à n. 7. Gav. To. 1. P. 2. Tit. 3. à n. 7. & To 2. f. 5. c. 17. à n. 11. item supr. III. Tit. 8. f. 258. Non licet ei sine licentia Papæ addere Nomen *Patroni*, aut alterius *Sancti*, nec *Monialibus* illud in Officio aliter dicere, quàm dicitur à viris. Gav. ibidem.

*CORDIS JESU Festum* juxta suprâ insinuata P. I. Tit. 32. f. 209. celebratur alicubi Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi ex Indulto Sedis Apostolicæ, at decantatâ solummodo *Missa Votivâ solemnî de Venerab. SACRAMENTO*: nam Missa: *Gaudemus &c.* alicubi impressa, & aliquando circumferri Solita, non est à Sac. Rit. Congr. approba-

ta (saltem hactenus) uti rescripsum huc Româ.

*Credo in Missa* Conventualis debet integrè cantari, nec licet celebranti Missam prosequi eo Tempore, quò illud decantatur III. Tit. 8. f. 259.

*Crux* cum *Imagine Crucifixi* collocanda est super Altare, in quo Celebratur, in medio Candelabrorum cum Cereis accensis, quæ item debent esse duo juxta Rubricam Gener. Missalis, de Preparatione Altaris. & Ornam. Tit. 20. Dixi: *Crucem*; Nam in *Solemnioribus* Missis singulariter *sex* in recta linea sunt adhibenda: *quatuor* etiam in *Missis Solemnibus* solent adhiberi pro Dignitate Missarum; Non sufficit autem, ut sola ipsius Altaris Principalis Icon (seu *Picta*, seu *Statua*) deferat *Christi Crucifixi* imaginem, sed debere insuper collocari in eodem Altare quoque *Crucem* cum *Imaginem Crucifixi*, & quidem etiam in eo Altari, in quo SS. Eucharistiæ Sacramentum constanter asservatur in Tabernaculo Altaris, contendit, ut probat Gavant. To. 1. P. I. Tit. 32. à lit. U. Imò etiam super Altare, in quo SS. Sacramentum *expositum* est, *Crucem* cum *Imaginem Crucifixi* appositâ esse Collocandam S. R. C. Decret. 14. Maij 1707. Magistris Cereemoniaris Metropolitanæ Ecclesiæ Senensis Respondit. I. Tit. 31. f. 194.



D.

**D**EDICATIO ECCLESIAE, tam propria, quàm etiam Cathedralis, ac utriusque Anniversaria dies quomodo celebranda. III. Tit. 3. à f. 48. Quomodo item in eo loco, in quo ejus Anniversarius occurrit in Festo SS. Innocentium MM. ibid. f. 63. & II. Tit. 12. à f. 465. An Festum Dicationis propriæ Ecclesie in occurfu cedat Festo Sancti Joannis Baptistæ, ac SS. Perri & Pauli; An item Festo Assumptionis B. V. ac denique Festo Dicationis Ecclesie Cathedralis, &c. III. Tit. 3. à f. 60.

*Defunctorum Officium, ac Missa, tam Solemnes, quàm Priyate, quomodo ordinandæ.* III. f. 1. & sequentib. à f. 265. & f. 270.

*Diaconus.* Diaconorum in Missa Solemni, aliisque functionibus Ecclesiasticis Officium. III. Tit. 8. f. 259.

*Digit.* Tam Pollices, quàm Indices manuum ad Hanc igitur debent supra, non infra Manus, super oblata expansas, juxta probabiliorem plurimum Sententiam apud P. de Portu Vicent. teneri, qui ita Romæ fuisse decisum f. 88. n. 6. P. 1. sui Libri ex Antonino Diana &c refert. Debere autem Pollicem dextrum supra sinistrum poni constat ex Rubric. Missal.

[[ Pars III. ]]

*Dominicarum Divisio, ac Variæ Classes III.* Tit. 6. f. 7. à f. 153. Earumdem Occurrentia, & Concurrentia quomodo ordinanda. Ibidem.

*Domnus* Quid significet, & cui tribuendum hoc Nomen. I. Tit. 27. f. 149. & II. Tit. 4. die 25. Apr. à f. 113. &c.

*Duplicium* Festorum diversæ Classes, Occurrentiæ, & Concurrentiæ, &c. III. Tit. 6. f. 1. à f. 105.

E.

**E**CCLISIAE Titulus, ac Patronus Titularis quid, & quomodo ejus Festum celebrandum: III. Tit. 1. à f. 1. Ecclesia Dedicatio, & Consecratio. Vid. V. Dedicatio. An Dicationi propriæ Ecclesie cedat Festum Patroni, & Titularis. III. Tit. 1. à f. 15. Celebrans in Ecclesia aliena quale possit, aut etiam debeat dicere Officium, & Sacrum. III. Tit. 2. à f. 45. Ecclesia Cathedrales, & Collegiate tenentur ad decantandas Missas Conventuales de die, vel quasi de die currente, unam vel plures I. Tit. 5. à f. 26. Item III. Tit. 7. f. 255.

*Ecclesia Nova* exædificanda Primarium Lapidem Benedicendi, eumque ponendi Ritus, uti & Ecclesiam Novam Dedicandi, seu Consecrandi, unâ cum ejus Altaribus, Sacrisque Vasis, Ornamentis, ac

[[ Qq ]]

Cœ-



Cœmeterio, nec non Ecclesiam post  
ejus Consecrationem pollutam seu  
exsecratam &c denuo reconcilian-  
di, tradit Pontificale Roman. P. 2.  
& ex parte etiam Rituale Rom. atque  
ex iisdem Castald. l. 2. f. 13. totâ.

*Episcopus.* De hujus E-  
lectione, Nominatione, Consecra-  
tione, Habitu, Functionibus, aliis-  
que ad ejus Munus respectivè Spe-  
ctantibus agunt Pontificale Roman.  
ac Cæremoniale Episcoporum libris  
duob: nec non accuratè Castald.  
l. 1. f. 10. totâ, ubi etiam Capite. 10.  
& II. de Patriarchis, Primatibus, & Ar-  
chiepiscopis, ac Episcopis Pape assistentibus,  
& capite 12. ejusdem Sectionis de In-  
firmitate, Obitu, & Exequijs Epi-  
scopi &c.

*S. Eucharistiæ* tam intra  
quàm extra Missam administratio,  
seu distributio. Vid. V. Commu-  
nio. & V. Venerabile &c.

*Exequiæ, ac Sepultura*  
quorumlibet Fidelium Defunctorum  
( tam Solemnes, quàm minus Sole-  
mnes ) quò Modò celebrandæ. III.  
Tit. 10. §. 1. à f. 267. & §. 6. à f. 289.

*Expositio* Venerabilis in  
Comprecatione 10. aut 40. Horar.  
nec non infra Octavam SS. Cor-  
poris Christi &c, Quomodo facien-  
da. Vid. V. Comprecatio.

F.

**F**ERIA quid, & quotuplex, I. Tit.

5. f. 16. item III. Tit. 6. §. 10. à f.  
171. quid circa earum Occurren-  
& Concurrentias sit observandum &c.  
*Ibidem.*

*Festum.* Festi Nomina-  
telligi etiam Dominicam definitur  
pud Gav. Sacr. Rit. C. 12. Martij  
1618. Festorum Translatio, Occur-  
rentia, & Concurrentia, quid sit, & quo-  
modo circa eas procedendum. III.  
Tit. 6. à f. 104. Quomodo, à  
quibus celebrandum Festum Defun-  
tionis, item Festum Patronij, seu  
Patroni Templi, aut Titularis Ecclesie,  
seu Invocationis. II. Tit. 1. f. 7. & 8.  
item III. Tit. 1. 2. & 3. à f. 48.  
48. Festa ad libitum quæ, & quomodo  
celebranda. III. Tit. 5. à f. 94. Quo-  
modo, & à quibus Festa Patronorum  
Principalium, ac minus Principalium  
corum, ac Diceceson, necnon Con-  
ventuum Regularium. III. Tit. 1. & 2.  
Quomodo Festum Patroni, habentis  
Socium, vel Socios, pro eodem die in  
Calendario Romano, artem cum  
inferiori Ritu, descriptos. III. Tit. 1. à  
f. 13. & Tit. 6. §. 12. à f. 191. &c.  
Quomodo Festum Inventionis, seu  
Translationis Reliquiarum alicujus Sa-  
cti III. Tit. 1. f. 3. Col. 2. Quo-  
modo Festum recens Beatificati, seu Ca-  
nonizati. Vid. V. Beatificatio, & Can-  
onizatio. Quomodo Festum Reliquia-  
rum. I. Tit. 49. f. 255. & Tit. 50. f.  
256. Festum Rosarij sub Ritu depo-  
si majori de Precepto modò ubiq;  
est celebrandum. II. f. 477. Festum



B. Joannis Francisci Regis sub Ritū duplici majore die 24. Maij ex Indulto Apostolico celebratur in Societate JESU, ac alijs nonnullis Gallicæ locis. II. à f. 476. Festum Lanceæ, Clavorum, & Armorum Passionis CHRISTI alicubi celebratur Fer. VI. post Dominicam in Albis I. Tit. 23. à f. 139. & III. Tit. 5. à f. 103. Quid sentiendum de hoc Festo, ac utrū sit transferendum, quando Feria illa VI. est impedita Festo altioris Ritūs. *ibidem*. *Festorum Mobilium* Publicatio facienda in Festo Epiphaniæ II. Tit. 1. f. 5. Plura huc spectantia Vid. infra V. Officium. De Festis Patrocini B. V. Item expectationis Partus ejusdem, aliisque Particularib. Festis alicubi Concessis Vid. I. & II. Proprijs suis locis, uti & *ibidem* de quibuscunque alijs Festis.

### G.

**GERMANIA.** Celebrantes in Germania Sacerdotes non Cooperiunt Biretō Caput, sed aperiunt seu deregunt id Coram Altari, in quo asservatur Sacra Eucharistia, dum ei, aut Cruci desuper positæ ante Missam faciunt reverentiam, aut ante illud transeunt, idque ex Sedis Apostolicæ Indulto. Vid. suprā V. Caput.

### H.

**HEBDOMADARIUS.** *Hujus Officij*

scium, seu *Munus*, ac *Functiones* in Ordine ad quæcunque in *Choro* ab eo obeunda declarat Castald. I. I. f. 7. c. 11. item I. 2. f. 4. c. 2. nec non c. 3. 4. 6. & 7. Bauldry P. 1. Manual. c. 5. à f. 15. Vide & Gav. To. 2. f. 10. c. 1. 2. & 3.

*Hora Canonica* quâ *Hora* seu *Tempore* recitandæ in Ecclesiæ Cathedral. & Collegiar. III. Tit. 9. f. 264. Horarum 40. Comprecatio Vid. V. Comprecatio.

*Hymnus.* *Hymnorum* Variatio quando in fine sit facienda declaratur generatim Rubricâ Generali 20. Breviar. à n. 4. necnon à Gavanto To. 2. f. 5. c. 6. à n. 12. usque ad fin. in particulari autem suis à me locis I. II. & III. In Hymno : *Iste Confessor Domini* non est mutandus tertius Versus, quando Festum S. Confessoris celebratur die immediatè sequenti diem Obitūs, dummodo I. Vesperæ dictæ sint ipso die *obitūs* de ipso saltem à Capitulo. II. f. 219. & 397. &c. item III. f. 191. Quando, & quomodo Hymnus Vesperarum jungendus sit Hymno Marucini sub una eademque conclusione, declaratur suis locis. II. die 30. Januar. item die 13. April. & 18. Maij.

### I.

**JEJUNIUM** *Vigilia* S. Mathiæ an possit anticipari ab Episcopis, si ea Vigilia incidat in Feriam II. aug. [I. Q. 2.] III.



III. ante Cineres, aut, si eadem incidat in Feriam V. ante Quinquagesimam, an eadem transferri queat in Sabbatum sequens. II. Tit. 2. à f. 73. An Jejunandum in Litanij *majoribus*, & *minoribus* l. 27. à f. 150. II. 4. à f. 115. An abstinendū à Carnib. *ibid.*

B. *Joannes Franciscus Regis Societatis JESU* Sacerdos in Numerum Beatorum Solenni Ritu relatus Romæ annò 1716 24. Maij à SS. D.N. Clem. XI. concedente in Bulla Beatificationis ( continente Laudes hujus Beati ) ut die aliqua, ab Ordinarijs respectivè constituta, eo anno Officio, & Missâ, sub Ritu duplici majore illius Beatificationis Solemnia in Ecclesijs Societatis JESU, nec non in Ecclesijs Oppidi de Foncowerte ( in quo natus est ) itémque in Pago Lalovesci ( ubi ad Cælos ejus Anima evolavit ; Venerabile autem ejus Corpus requiescit ) ac denique in Civitate Ancienfi ( in qua plurimum Annorum spatio, & penè usque ad suum Obitum habitare consuevit ) modò in eadem Bulla *Viros Gloriosos &c* expressò celebrari queant ; reliquis autem deinceps annis ejusdem *Beati Festum* 24. Maij ( nisi ob occurrens Festum altioris Ritus, aut diem, vel Octavam privilegiatam, v. g. Corp. Christi, sit transferendum ) in prædictis Ecclesijs sub eodem Ritu, pariter, ut ibi,

celebrari possit II. f. 476. Vid. etiam suprâ V. Beatificatio,

## L

LAPIDEM *primarium* pro construenda Æde Sacra *Benedicti*, ac ponendi Ritus Vid. supr. V. Ecclesia, nec non in Pontificali Romano P. 2. Tit. 1. ac Rituali Romano de *Benedictionibus*.

*Litania*, quæ ex *Præcibus* pro Breviar. ac Missal. Rom. recitari debent 25. April. in Festo Marci, nisi hoc incidat in Dominicam Paschæ ( tunc enim una cum *Processione* transferuntur in Festo III. post Pascha ) dicuntur *maiores*, eæ verò, quæ in *Triduo Rogationum* Vocantur *minores*, & cur l. Tit. 27. à f. 148. An recitandæ sub Obligatione gravi, & utrum licet *Vesperæ* præcedente queant recitari *ibidem*, & II. Tit. 4. à f. 114. Quis in ijs ad *Processionem* decernendus observandus sit Modus. I. Tit. 27. citat. f. 149. & II. Tit. 4. à f. 114. In ijs *Sede Pontificia Vacante* occurrunt illa Verba : *Domine Apostolicum*, unà cum Versu illo post *Præcibus* in *Precibus* : *Pontifice* & c. Oratione pro Papa : *Omnipotens* & c. I. Tit. 20. f. 113. column. 1. item *ibid.* Tit. 27. f. 149. & II. Tit. 4. f. 113. *Quæ Litanij inferendæ*, ac subjungendæ sint *Preces* in *Processionibus* ad *petendam Pluviam* : ad



postulandam serenitatem; ad repellendam  
Tempestatem; item Tempore Penuria  
& famis; Tempore Mortalitatís & pe-  
stis; Tempore Belli, ac nominatim  
contra Turcas, & alios Infideles, vel He-  
reticos, ac denique in quacunq[ue] Tri-  
bulatione, v.g. Terramotus &c. Vid. II.  
Tit. 4. f. 113. & in Ritual. Roman. Tit. de  
Processionib. à f. 292. usque ad 307. præ-  
ter illas autem nullam aliam fieri  
debere ad *Litania Omnia*, ut vo-  
cant, *Sanctorum*, Additionem inconsul-  
ta S. Sede Apostolica, nec etiam Pa-  
tronorum loci, præsertim, quando di-  
cuntur *Litaniae* ex Præscripto Bre-  
viarii Romani ( ut in Rogationibus,  
& in *Ferijs Sextis Quadragesima* ) pro-  
bat Gav. To. 2. f. 9. supra cit. c. 4. n. 10.  
ex Bulla S. Pij V. & Sac. Rit. Congreg.  
Decreto die 22. Mart. 1631. eadem Sac. Rit. Congreg. suppliciter  
interrogata, an *Regulares* absque  
speciali Privilegio, sed Sola Com-  
municatione Privilegiorum aliarum  
Religionum possint addere Nomen  
Fundatoris in *Litanijs* & *Confiteor*,  
itemque recitare *Officia* & *Missas* con-  
cessas alijs Religiosis, Respondit Ne-  
gativè 20. Martij 1706. uti videre est  
apud Francisc. Monacelli. P. 2. Tit.  
13. f. 68. &c. Multò minùs ( in-  
quit rursus Gav. l. c. ) invocandi  
erunt in *Litanijs* ij, qui nondum sunt  
Canonizati ex Gloss. in c. unic. de Re-  
liq. & Vener. Sanctor. in 6. §. *Sedes*  
Apost. ( quam apud eundem sequitur  
Bellarminus ) etiam in privata ea-

rum recitatione, uti docet Sanch. l.  
2. Summ. c. 37. n. 5. &c.

Locus, in quo licitè ce-  
lebretur *Missæ*, quis. III. Tit. 9. fol.  
264.

M.

MARTYROLOGIUM Roman: à  
Gregor. XIII. Correctum ju-  
xta Rubric. General. 15. n. 3. in  
Choro quotidie per annum ( exceptis  
3. ultimis Sanctæ Hebdomadæ die-  
bus ) legendum est ad *Primam* post  
Orationem *Prima*, vel, si dicatur  
*Officium* B. M. V. post hujus Oratio-  
nem, dictò *Benedicamus*, modò ac  
Ritu à Gav. To. 2. f. 5. c. 21. à n. 8.  
& Castald. l. 1. f. 7. c. 11. n. 8. ac  
l. 2. f. 4. c. 3. n. 3. descriptò : ex  
Regulis autem eidem Martyrologio  
præfixis potissimùm observandæ  
sunt sequentes : *Primò* omnium ( re-  
gulariter loquendo ) pronuntiandæ  
sunt *Kalendæ* & *Lunationes sequen-  
tis diei*, deinde Nomen *Sancti*, de quo  
sequenti die *Officium* celebrandum  
est juxta Locorum consuetudinem,  
etiamsi ejus Nomen non sit in *Mar-  
tyrologio*, dummodo habeat *Officium*  
à Sede Apostolica approbatum.  
Quòd si tamen in *Craftinum* inci-  
dat *dies*, aut *Festum mobile* ( cujusmo-  
di initiò *Martyrologij* recensentur  
novem, dicta *mobilia*, quòd incer-  
tam habeant *Sedem* ) tunc illud  
quoque die præcedente à *Lectore*  
Mar:



Martyrologij pro die subsequente est denunciandum, & quidem immediatè post Kalendarum ac Lunæ pronuntiationem, ante omnes alios Sanctos primò locò, exceptò Festò Pascharis, quod quia juxta Regulas Martyrologij non *pridie*, sed ipso die Sancto Paschæ annuntiatur, ideo eodè die, antequam legantur *Kalenda*, ac *Sancti* sequentis diei, ejus Annuntiatio est faciendâ, & postea primùm legendâ *Kalenda*, ac *Sancti* sequentis diei, ut ibi, & 1. Tit. 21. f. 123. *Secundò* : si *dies*, aut Festum mobile annuntiandum non occurrit, tunc primò locò ( atque adedò ante alios Sanctos alioquin in Martyrologio expressos ) legenda sunt etiam illorum *Sanctorum* Nomina, qui *idem* adduntur, auctoritate *Sedis Apostolicæ*. Breviario Romano etiam eorum, quorum Officium ad libitum potest recitari, si illud recitandum sit in Choro. *Gav. l. c. n. 12.* Alij autem Sancti, de quibus quidem non fit *Officium*, si tamen nullum de eorum *Sanctitate* sit dubium, *nominari* saltem in eo possunt, ac *pronuntiari* suis locis, nempe *Martyres* post *Martyres*, *Confessores* post *Confessores*, *Virgines* post *Virgines* &c. eo sine ( inquit *Gav.* ) ut in proprijs locis, ubi merito coluntur, quotannis recolantur saltem in *Martyrologio*. Dixi autem : *nominari* possunt, ac *pronuntiari*; non autem *describi*; quia *describi* non possunt, nisi *separatim*, non autem in ipso

*Martyrologio Romano*, uti his ipsis verbis n. 8. monet idem *Gav.* nam illa conceduntur in *Regulis Martyrologij*, quæ probatis in *Bulla Gregor. XIII.* huc autem prohibentur in eadem &c. *Gav. n. 8.* Tertiò *Translatò Festò* alicujus *Sancti*, non fit *Translatio* de eodem etiam in *Lectioe Martyrologij*, nisi in *Casibus* in ipso *Martyrologio* expressis, ut idem *Gav.* ibidem n. 9. declarat. *Quartò* : *translatà quoque Vigilâ* alicujus *Festi* in *Sabbatum* antecedens ( uti contingit, quando Festum unius, aut plurium *Sanctorum*, gaudentium *Vigiliâ* cum *Jejunio*, incidit in *Feriam II.* ) non propterea anticipatur etiam *Lectio* de eadem *Vigilia* ad illud *Sabbatum* in *Martyrologio*, esto ad illud anticipatum ejus *Officium cum Jejunio*, uti *idem* tradit *Gav. n. 11.* Quod si opponas : in anno *bissextili* transferretur *Vigilia S. Mattheæ* in diem 24. *Februarii*, ejusque *Annuntiatio* in *Martyrologio* pariter transferretur, & *translatò* aliorum quoque *Sanctorum Festò*, transferri etiam debet eorum *Nominatio* in *Martyrologio*, idemque etiam erit de *Vigilia*, respondet *Gavantus n. 10.* negando *Consequentiam* & *paritatem*; nam pro *Festò* & *Vigilia S. Mattheæ* habetur pro anno *bissextili* ( quò *Februarius* superat uno die *intercalari* numerum dierum suorum *Ordinarium* ) Exceptis & *Lex certa* in ipso *Martyrologio* ac *Kalendario Romano*, secus est de



de alijs Festis & Vigilijs, de Via saltem ordinaria, ut ibi pluribus declarat Gav. Porro Formule pronuntiandi dictas novem Celebritates, ac Festa mobilia suis Temporibus, traduntur Regulâ sextâ Martyrologij, ad quæ hodie aliquò modò accedunt Festum SS. Nominis MARIE, & Festum SS. Rosarij, item alicubi Festum Patrocinij ejusdem, de quibus P. I. & II. suis locis.

**Mensæ Benedictio.** Vid. V. Benedictio, & Gav. To. 2. f. 9. c. 6. Arn. in App. Tit. 6. Bauld. P. 2. c. 21. ubi de observandis circa eam ab adstrictis ad Chorû: ubi tamen ea, quæ habet n. 6. (de dicendo versu: *Christus factus est obediens* ante & post Comestionem meridianam non tantum *Feriâ V. & VI.* sed etiam *Feriâ IV.* majoris Hebdomadæ) nec Praxi, nec alio- rum sensui, aut etiam ipsi Breviatio videntur satis congruere.

**Mensuræ Aræ & Altaris,** tam majoris, quàm minoris, & universim suppellectilis sacræ, declarantur à Gavanto To. 1. P. 5. post Tabell. & Bauldry in Append. Manual. à f. 420.

**Ministorum Missæ,** tam Privata, quàm Solemnis, tam Pontificalis, quàm Non-Pontific. aliarumquen Functionum Ecclesiasticar. in Choro nominatim etiâ sub Vesperis &c. obeundarum, declarant AA. P. III. Tit. 8. à f. 257. à me relati, atque etiam Cærem. Episcopor. I. I. c. 5. & seq. nec non c. 28. item Lohner Instr. 2. P. 3. Tit. 3. totò.

**Missæ.** Missas quas dicere liceat, & non liceat tam in propria, quàm aliena Ecclesia. III. Tit. 2. à f. 23. & nominatim an Missas nuncupatas S. Gregorij pro vivis & Defunctis, Missas 15. Auxiliatorum, Missam de Patre aeterno ibidem f. 24. & 25. item 235. An Missas 30. S. Gregorij M. vulgò Gregorianas per 30. continuos dies dicendas pro Defunctis. Ibidem f. 25. item 235. & 285. Quo Ritui & Modo hæ dicendæ ibidem & Tit. 10. f. 3. à f. 285. An prohibitum sit dicere ullam Missam de 14. Auxil. III. Tit. 2. cit. à f. 25. item f. 535. Missæ quibusdam Regularibus tantum concessæ non possunt ab alijs celebrari, etiam in ipsorum Ecclesijs, in quibus si de Festo ipsorum ibi celebrent, debent locò Missæ, cujus dicendæ privilegiò ipsi non gaudent, dicere Missam in Missali Romano extantem, eamque accipere de Communi Sanctorum, si propria in eo non extet. ibidem. f. 25. & 45. An, quando, & quibus licitum sit dicere Missam de aliquo Sancto, cujus habetur insignis Reliquia. ibidem f. 26. 27. & 28. An & qualis dicenda sit de Beatis nondum Canonizatis: ibidem f. 29. item 47. & 48. vid. etiam supr. V. Beatificatio, & Canonizatio. Qualis dicenda, & quo Ritui Missa de Sancto, qui Titulus est seu Patronus Altaris, de quo tamen in die Festo illius non recitatur Officium, ob occurrens v. g. eò annò ac die Offi.







in Octavam, non item in sua Ecclesia, in qua vel sit de alio festo, vel de Dominica per annum, aut Missa de Requiem. Ill. Tit. 2. a f. 45. & Tit. 10. f. 3. f. 85. Missam celebrare in Oratorio privato quando, & quibus liceat, & num omnes, qui diebus Dominicis, aut Festis ibi sacro interunt, satisfaciant Præcepto audiendi Sacrum, Ill. Tit. 9. a f. 260. & 263. Intra Clausuram Monialium, etiam ad Communicandas infirmas, celebratio Missæ est illicita. ibidem f. 264. Missa qualis, ubi, & quando dicens in Expositione SS. Sacramenti pro Comprecatione 40. Horarum &c. l. Tit. 11. f. 5. a f. 55. item Ill. Tit. 7. a f. 221. Missa Defectus qui, & quomodo corrigendi, tradit imprimis ipsum Missale Roman: Titulo sæpius relegendò: De Defectibus in celebratione Missarum occurrentibus: item Gav. To. 1. P. 3. per 10. Tit. Gobat. Tr. 3. Cap. 23. a n. 765. Illung. Tr. 6. d. 5. Lohner Institut. 1. P. 2. Tit. 35.

*Moniales* non debent in Confiteor mutare verba Tibi Pater & te Pater in verba Mater, & Matrem, nec verba: vobis fratres, vos fratres in verb: Sorores, sed eodem modo loqui nomine Ecclesiæ, ac si essent viri, ex Decreto Sac. Rit. Congregat. 18. Aug. 1629. apud Gav. To. 2. f. 5. c. 17. n. 12. Capellanus Monialium. Vid. V. Missa &c.

¶ Pars III. ¶

**N**OVIS SACERDOTIS Primitia quomodo celebranda, Ill. Tit. 8. f. 258. &c.

**O**CCURRENTIA quorumlibet Festorum, Dominicarum, Vigiliarum, ac Feriarum quid, & quæ universim ejus Regulæ &c. Ill. Tit. 6. a f. 104. usque ad f. 197. per 12. ff.

*Octava.* De Modo, ac Ritu celebrandi Octavas Festorum (quarum aliæ sunt privilegiatæ, aliæ non privilegiatæ, ac universim ad quatuor revocantur Classes) agitur fusè Ill. Tit. 4. a f. 68. usque ad f. 94.

*Officium Divin.* Officia quæ, & quorum Sanctorum, ac Beatorum, seu intra, seu extra propriam Ecclesiam dicere liceat, & non liceat, &c. Ill. Tit. 2. a f. 23. An de omni Sancto, cujus insignis habetur Reliquia, ibidem. Officia, uni loco, aut Ecclesiæ specialiter à Sede Apostolica concessa, nequeunt propriâ, aut etiam Ordinarij ipsius solummodo auctoritate extendi de loco ad locum, aut universaliter concessa ad alio rem Ritu attolli. ibidem 21. Quale Officium recitet Peregrinus, Viator, absens à sua Diocesi, Beneficio, Monasterio &c. ibidem a f. 38. Calus, in quibus licet, & aliquando præceptum est

¶ R ¶

jun-



jungere Partes diversorum Officiorum ibidem à f. 40. &c. Officia duplicia, semiduplicia ac etiam simplicia, per anni decursum occurrentia, & Concurrentia, quomodo ordinanda ac regulanda, traditur suis locis l. & ll.

Officium Defunctorum quando, quo Ritum, ac modo sit dicendum &c. ll. Tit. 11. à f. 354. item III. 10. f. 1. & 6. à f. 265. & 290.

Officia Singulorum Minorum ac Officialium Ecclesiae accuratè declarant Ceremonial. Episcoporum. l. 1. c. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 28. item Bauldry l. 1. per 18. capita, Alique III. Tit. 8. à f. 257. à me relati.

Orationes ( à Rubricistis Collectæ appellari solitæ ) quæ, quot, quomodo, & quo Ordine dicendæ sint quovis Tempore, & sub quali obligatione in qualibet Missa, Vid. l. Tit. 5. à f. 20. item Tit. 8. 38. item II. Tit. 2. 53. & seqq. ubi etiam utroque in loco quænam sint observanda circa Orationem à sanctis quoad inserendum Nomen Patroni litterâ N. item circa Orationem: DEUS Refugium, ac similes, nec non de observandis circa numerum Orationum: item III. Tit. 6. f. 13. & 14. à f. 197. & f. 215. ac seqq.

Orationes duæ similes si in Missa, aut in Officio coincidunt, tunc, ne eadem Oratio bis dicatur, sunt mutandæ, & quidem, regulariter

loquendo, posterior. l. 59. 274. item II. Tit. 11. die 11. Novembri. f. 371. sumendo in hujusmodi casibus alteram Orationem vel de Communi Sanctorum, vel ex alia Missa proxima simili, v. g. in casu, quod festum S. Agathæ V. & M. ob occurrens 5. Februar. Festum Patroni transferretur alicubi in diem 9. ejusdem Mensis, quâ in Ecclesia universali occurrit Festum simplex S. Apolloniæ, de qua dicenda tunc est Lectio, & facienda Commemoratio in Officio S. Agathæ; tunc etiam in 1. Vesperis, Laudibus, ac Missa S. Agathæ pro facienda Commemoratione de S. Apollonia non est dicenda Oratio: DEUS, qui inter cetera potentia sua &c. ( utpote sumpta ratione Officij S. Agathæ ) sed dicenda est Oratio: Insuperiam nobis &c. ex Missa 2. de Communi Virginum Martyrum, de Iob. Oratio pro se ipso sacerdote non est dicenda coram proprio Prælati, seu Principe. l. 8. à f. 38. Oratio Fidei- lium &c. quando, & quò loco sit dicenda, uti & aliæ pro Defunctis. l. 7. 22. &c. & III. Tit. 10. f. 1. à f. 360. Quid observandum circa Orationes inditas à superiore l. 8. f. 38. & 41. &c. Orationes ad libitum quantum dici possint, ac nominatim, an etiam de aliquo Sancto, aut Oratio Fidei- vel Oratio pro Infirmo, aut pro morituro &c. l. 8. à f. 39. Non debet omittere ullam earum Orationum, quæ



quæ à Rubricis secundò, aut tertio loco in aliqua Missa dicendæ præscribuntur, hisque substituere aham, nec illam quidem, quæ à Superiore ad Tempus, seu extra Ordinem præscribitur; sicutque universim Orationes *Votiva*, seu supernumeraria omnibus à Missali præscriptis postponendæ, ac in ijs dicendis servandus Ordo dignitatis; ac insuper Numerus, à Rubricis præscriptus, non excedendus. l. Tir. 8. fol. 40.

*Orationem Contra Paganos*, aut aliam ejusmodi non esse dicendam in ijs Missis, in quibus dicitur Oratio *A cunctis*, vel *Ecclesie tuae &c.*, decretum Quidam esse ajunt à S. R. Congreg. 1688. 16. April. ( uti l. Tir. 8. f. 40. ) ed quòd sufficienter non contineat, quod altera. Expendendus tamen erit casus, quò Orationis contra Paganos non habet præter rationem Orationis ad libitum, aut Orationis merè *Votiva*, sed ob specialem Ecclesie persecutionem ea nominatim etiam eo Tempore, quo Orationum dictarum alterutra in suis respectivè Missis dici solet, à supremo v. g. Ecclesie Pastore præscribitur: uti factum anno superiore 1716. quò exitiale à Turcis Bellem toti Christianitati imminabat; atque ita fieri debere, non obstante quocunque Cong. Rit. Decretò, postmodò dicta à me jam exarata responsum est Romà mense Martio currentis anni 1717. in hæc serè ver-

ba: *Ex Voluntate SS. D. N. omnes Sacerdotes in suis Missis ( exceptis duplicibus 1. & 2. Classis ) debent ceteris Collectis addere binas Collectas: DEUS Refugium, & contra Paganos, etiam, quando alias jam dici debet Oratio A cunctis, vel Ecclesie tuae, non obstante quocunque Decreto &c.* Et Ratio videretur esse: quia nullam continet de se inconvenientiam eandem rem per diversas in eadem Missa ( ex gravi præsertim causa ) Orationes petere; cum ejus rei Exempla identidem occurrant in Missis, in quibus dicuntur plures Orationes, in quarum posteriore sæpius idipsum petitur, quòd jam petitum fuit in aliqua præcedentium, id quòd in Orationibus præsertim Secretis, & ijs, quæ Post-Communio in Missali dicuntur, contingere potest. Non posse autem Nomen *Paganorum* mutari in *Nomen Turcarum, & Hereticorum &c.*, quanda dicitur, aut præscribitur *Collecta*, vel *Missæ contra Paganos*, constat rident ex dictis l. Tir. 8. f. 40. & Sac. Rit. Congreg. Decreto de anno 1689. die 29. Jul. ibidem cit.

*Orationum Clausula*, seu *Conclusio* in Officio & Missa juxta Rubricas Brev. & Missal. est *Varia*, pro earum qualitate; nam, si Oratio dirigatur ad *DEUM Patrem*, concluditur per Verba: *Per Dominum nostrum; si ad Filium*, tunc per Verba: *Qui vivis, & regnas cum DEO Patre.* Si in principio Orationis fiat men-



no Filij, dicitur in fine Orationis : Per eundem &c; si vero fiat mentio Filij solummodo in fine Orationis, tunc in hujus fine dicitur : Qui tecum vivit & regnat &c; si denique in Oratione fiat mentio Spiritus Sancti, dicitur : In Unitate ejusdem Spiritus Sancti &c.

*Oyatio* 40. aut 10. *Herarum* Vid. V. *Comprecatio* mōbō nī

*Oratoria Privata* hodie non nisi cum certis restrictionibus, ac limitationibus conceduntur ad mentem Concilij Tridentini, III. Tit. 9. a f. 260. Non licet in ijs celebrare diebus in Indulto exceptis, Festisque nonnullis celebrioribus. *ibidem* f. 262. & 263. Nec omnes ibi audientes Sacrum Satisfaciunt Præcepto audiendi Missam diebus Dominicis, ac Festis de Præcepto. *ibidem* a f. 262.

*Ordinarij Locorum*, seu sæculares, seu Regulares, non possunt propria auctoritate Officia uni loco, aut Ecclesie concessa extendere ad alium locum, neque mutare Ritus, quem habent in Calendario Romano Festa de se universaliter concessa. *III. Tit. 2. a f. 23.*

**P**ARAMENTA non debent Summi de Altari pro celebratione Missarum; cum id competat solis Episcopis, sive solenniter, sive privatim

celebrent, Inferioribus vero habentibus ulum Pontificalium non nisi quando in Pontificalibus celebrant. *Missal, Rom. auctoritate Urban. VIII. reformat.* ac ita declaravit Sac. Congreg. 1612. ex cujus Declaratione ea pro solis Episcopis & Cardinalibus ponenda sunt in medio altaris, in quo Missa est faciendā; pro aliis vero, qui Privilegio non gaudent, collocanda, & assumenda sunt ipsa Sacrificia, aut hac deficientia Mensa separata; quod si & hac deficiat, tunc in eodem Altari eodem, in quo celebrabunt, sed non in hujus medio, neque in Cornu Evangelij sunt Collocanda, ut ex Cæstant. notat P. Hippol. a Petro Vincent. Quæ usui amplius non sunt comburi debent, ut apud Car. Tit. P. 3. Tit. 10. n. 1. traduntur Summi. Triplicis potissimum generis ad Missam requiruntur, nempe 1. de rare convenienter Ornatum 1. P. debitor modo præparatæ. 2. Cæstante rite instructus, de quibus post Car. P. Lohner Instr. 1. P. 1. Tit. 1. P. La Croix locis To. 9. V. Paramenta &c. f. 652. & 653. ab eo allegantur De eorundem Qualitate ac Quantitate, h. e. Materia, Forma, ac figura, sicut in Gav. To. 1. P. 5. & Barchin. Append. Manual. Tit. De Mensuris sacris pelletibus &c, & quidem ordine Alphabetico, quem Statuunt sequentibus Abacus, seu Credentia : Altera, seu Navicula Incens. : Alba : Altare mope



Altare minus: Amictus, vulgò Humerale: Ara ex Lapide: Bursa Corporalis: Calix: Candelabra: Cingulum: Conopaeum Tabernaculi majoris: Corporale: Crux Altaris: Dalmatica: Gradus Altaris majoris, & minoris: Hamule, vulgò Ampulla seu Urceoli: Manipulus: Manutergium: Mappa Altaris: Mappa pro Communione: Missale: Palla (de qua Gav. P. 2. Tit. 1. lit. m. & p.) Pallium Altaris, vulgò Antependium: Patena: Pelvicula Hamularum, h. e. Urceolorum, seu Ampullarum: Planetæ, vulgò Casula: Pluviale: Pulvinar pro Missali: Purificatorium: Pyxis, vulgò Ciborium: Stola: Superpellicum, quod alio etiam nomine Cotta dicitur: Tabella Pacis gestatoria, seu Instrumentum Pacis: Tabella Secretarum: Tabernaculum SS. Eucharistia: Tela Stragula Altaris: Thuribulum: Tintinnabulum: Tunicella Subdiaconalis: Vas Hostiarum: Vas pro abstergendis calicibus: Velum Calicis: Velum pro portanda SS. Eucharistia: Velum Pyxidis seu Ciborii: Velum Subdiaconale: Umbrella seu Conopaeum Altaris, vulgò Baldachinum: Umbrella alia cum Hastilibus pro deportando Vener. SACRAMENTO in Processionibus. Quibus omnibus deinde subiungunt Paramenta seu Indumenta Episcopalia (eo ordine, quò illa induit Episcopus) eorumque Formam, ac Mensuram, utri & Modum tam horum, quam Illoꝝ, ac uniuersæ Suppellectis Sacre Nitorem, ac Munditiam conservandi, ac repa-

randi, de quo etiam aliqua in Sacerdotali seu Rituali nostro Diocesano Brixinensi Distincti. i. c. 2. n. 7. 8. & 9. & in Constitutionib. Synodalibus ibi cit. Significationes vero eorumdem Paramentorum, tam Sacerdotalium, quàm Episcopaliũ, mysticas, h. e. anagogicas, allegoricas, ac tropologicas, seu morales, exponit Gav. To. 1. P. 2. Tit. 1. à f. 72. & sparsim in toto suo Opere Rubricistico. Paramentorum Sacerdotalium Color quandoque discrepat à Colore Paramentorum Altaris. I. & II. suis utrobique locis. Vide etiam V. Color.

**Patrocinium & Titulus**

Templi sunt quidem quandoque idem, non tamen semper, ac convertibiliter. III. Tit. 1. à f. 2. sic etiam Festum Patrocinij, ac Festum Titulare Templi. ibid.

**Patronus** quid, quoruplex,

& quomodo Patronorum Festa sunt celebranda, III. Tit. 1. à f. 1. Patronus Ecclesie, & Titulus Ecclesie sæpe quidem non tamen semper sunt idem. ibidem f. 2. & 3. Patronos loci, & Patronos Titulares seu propriæ Ecclesie pariter non semper esse idem, sed sæpissime inter se diversos, ostenditur in Exemplis ibidem. Patronorum alij sunt ac dicuntur Principales, alij minus Principales, ac secundarij. ibid. à f. 3. Dantur Patroni unius Civitatis, & simul unius Provincia. ibid. Dantur etiam



nam plures Patroni loci, ex quibus licet regulariter unus tantum soleat esse Principalis, probabilius tamen possunt etiam esse plures. *ibidem*. *Varia de Patronis locorum, ac Titulorum, eorumque Festis, Octavis, occurrentijs, & Concurrentijs &c* Quæ sit ac Resolutiones V. *ibidem* à s. 5. Quibus adde, quæ habentur l. Tit. 1. s. 7. 8. 11. & seqq. & infra V. Solemnitas, vel Solemniter.

*Pileolò uti nemo audeat in Celebratione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolica, non obstante quacunque contraria Consuetudine sunt verba Missalis Romani ex Registro Decretorum Sac. Rit. Congreg. iussu Urbani VIII. eidem præfixa. Simili Decretò (alicubi laudabiliter publicatò) usum Berruca seu Capillitij facti, ac Comæ adscititiæ prohibuit Innocent. XI. uti videre est apud P. La Croix Tomul. 6. P. 1. n. 401. Præfationes quæ per anni decursum in quibuslibet Missis de Tempore & Festis mobilibus, cum proprio respectivè Communicantes, & Hanc igitur &c. sint dicendæ, habetur P. I. Quæ autem in Cæteris Festis, & per eorum Octavas P. II. Quæ denique in Missis votivis, & Defunctorum, P. III. habentur suis locis expressum.*

*Primitiæ V. Lit. N.*

*Processio quid sit, & quænam tum universim, tum etiam in particulari in ijs tam ordinariè,*

quàm extraordinariè instituentis sunt observanda, fusè tradit Rituale Roman. Tit. de Processionib. à s. 267. In integro Tractatu exequitur Praxis Maria Quarti post Gav. To. 1. P. 1. Tit. 19. n. 3. lit. e. item Castald. lib. 2. P. 10. per 10. Capita : & Bauldry Man. P. 2. c. 14. & seqq. usque ad cap. 20. P. 4. c. 3. artic. 3. item c. 6. artic. 3. & c. 9. artic. 3. necnon c. 10. artic. 4. item c. 11. artic. 2. & c. 12. ac denique c. 16. artic. 2. & sequentibus que ad cap. 17. Quibus in loca ambo exactissimè tradunt 1. Generalia in omnibus Processionibus observanda. 2. observanda in Processione Festi Purificationis. 3. in ijs quæ fit in Dominica Palmarum, necnon Feriâ V. in Coena Domini, Feria VI. in Parasceve, & Sabbato Sancto ad locum novi ignis. 4. in ijs, quæ fiunt in Litanij majoribus in Festo S. Marci, & minoribus in Tribus Rogationum. 5. in ijs, quæ fiunt in Festo SS. Corporis Christi, ac infra hujus Octavam, tam in Ecclesijs majoribus (aut præsentè quoque Episcopo) quàm etiam in minoribus. 6. in ea, quæ fit in Comprecatione 40. Horarum, necnon in Coniternitatibus SS. Sacramenti cum Venerab. Sacramento. 7. in ea, quæ fit in Translatione Sacrar. Reliquiarum, Sanctarumque Imaginum. 8. in ea, quæ fit in Gratiarum actionem, aut publicæ Lætitie causâ. 9. in ijs, quæ fiunt Tempore Jubilæi



ro. in ijs, quæ sunt ad recipiendum processionem Prælarum, vel Legatum; item Imperatorem, Regem, magnæ potentie Principem, necnon Imperatricem, ac Reginam. Quibus adde ex Rit. Rom. supra citat. quid observandum ulterius in ijs, quæ instituuntur ad petendam pluviam; ad postulandam serenitatem; item Tempore mortalitatis & pestis, necnon in quacunque Tribulatione, (v. g. Terramotus) ac quænam tunc Preces Litanij, sub ejusmodi Processionibus decantari solitis, inferendæ, ac jungendæ: de quo Vid. etiam superius Dicta V. Litanie, & locis ibi citat.

*Psalmi Penitent: & Gradual:* quando, & quomodo recitandi. I. Tit. 11. f. 6. h. 60. & 63. item Gavant. To. 2. l. 9. c. 3. & 4. Arnaud in Append. Tr. 2. Tit. 3. & 4. Quando Antiphona aliqua sumitur ex Principio Psalmi, vel Cantici, quomodo tam *intra*, quàm *extra* Chorum tunc sit procedendum in Psalmi, vel Cantici prosecutione, Vid. supra V. Antiphona, & apud Gav. To. 2. l. 5. c. 7. n. 12. Castald. l. 2. f. 3. c. 2. n. 13. & 14.

*Purificatio.* Vide V. A.

Q.

**QUADRAGINTA** Horarum Oratio, & Processio sub eadem instituenda, Vid. V. Comprecatio, & V. Processio.

*Qualitas & Quantitas.*

h. e. *Figura*, ac *Magnitudo*, seu *Mensura Paramentorum*, ac *supellectilis Sacra* quæ. Vid. V. Paramenta &c.

R.

**S. RAPHAELIS** Festum sub Rit. dupl. major. celebrandi Indultum, alicubi pro Dominica III. post Pascha, alicubi verò pro die 24. Octobr. concessum, non licet ad *alia loca* extendere I. Tit. 25. à f. 143. Neque hactenus est prota Germania concessum, *ibidem*, & patet ex Directorio Viennensi currentis anni, in quo neutro die ponitur.

*Reconciliatio Ecclesie, ac*

*Cameterij* quomodo facienda. Vid. V. Ecclesia: item *Pontificale Roman.* P. 2. hoc Tit. à f. 474. & 489. nec non Castald. lib. 2. l. 13. c. 3.

*Reductio Onerum Missarum*

à quo facienda, Vid. apud Gav. To. 1. P. 3. Tit. 12. & in ejusdem Gavanti *Manualis Episcoporum* P. 2. Additione 12. & 13. à f. 219.

*Regulares an, & quænam*

Festa Diocesana, aut Locorum, in quibus morantur, & sub quo Rit. teneantur celebrare. III. Tit. 1. f. 6. 7. & 16. ac 22. &c. item Tit. 2. f. 24. & 37. item Tit. 3. f. 58. & 59.

Re.



*Reliquia sanctorum* ubi in Altari sint collocandæ, exposito præsertim SS. Sacramento III. Tit. 9. f. 205. Quomodo asservandæ. *Cassald.* lib. 1. l. 2. c. 1. n. 4. Earum Festum an, & quarum, ac quomodo celebrandum. I. Tit. 49. f. 255. & 256. item III. Tit. 2. f. 24. item 26. & seqq. *Reliquia insignes* quæ ibidem f. 24. Observanda in Processione Translationis earum. Vid. V. Processio.

*Ritus* Observandi in Celebratione Misse tam privata, quam solennis ( seu sit de Tempore, seu de Festo, sive de neutro, sed votiva, aut Defunctorum, vel de Requiem ) à quocunque Celebrante, ac hujus quibuscunque Ministris observandi, traduntur imprimis ab ipso Missali Romano in Rubricis De Ritu servando in celebratione Misse per 13. Titulos, necnon ab Auctoribus à me supra III. Tit. 8. à f. 257. & 259. & Tit. 10. f. 2. 3. & 4. à f. 270. relatis, nominatim Gavant. To. 1. P. 2. totâ. Lohner Instruct. 1. P. 1. Tit. 2. f. 1. & P. 2. 3. 4. & 6. totâ. P. Hippolyt. à Portu Vicentin. P. 1. 2. & 3. Vide etiam dicta superius V. Cæremonia.

*Ritus* tam in privata, quam in publica, ac solenni Horarum Canonicarum Recitatione, tum intra, tum extra Chorum, observandi quinam sint. Vid. III. Tit. 11. à f. 292. & apud AA. ibidem allegatos. Vide etiam supra V. Cæremonia.

*Rochetti* Uti, exceptis ijs, quibus de jure competit, ceteris omnibus prohibetur, & in ijs statuitur ac declaratur. Nemini in celebratione Missarum, aut Divinarum Officiorum cum Rochetto, nec cum Cotta ( h. e. superpelliceo ) habente manicas angustas ad Rochetti : & idem servandum est in Concionibus ita Missali Romano, ex decreto Sac. Rit. Congreg. ab Urbano Pap. VIII. approbato. Per Rochetti nomine hic venit *Requiem*, in hoc à Communibus Clericorum superpellicei distincta, quod manicas habeat angustas, ut manus sint expeditiores, ut ait Gavant. To. 1. P. 2. Tit. 2. lit. Z.

*Rosarij B. V.* Festum olim ex Decreto Gregorij XIII. non nisi in ijs Ecclesijs, in quibusdest Altare, seu Capella Rosarij, sub Ritu duplici majore cum Officio Misse celebrari permittitur I. Tit. 2. f. 252. & II. Tit. 10. f. 315. c. 1. nunc ex Decreto SS. D. N. Clementis XI. de anno 1716. die 2. Octobr. celebrandum est sub Ritu duplici majore de præcepto in tota Ecclesia, uti II. Tit. 12. à f. 477.

*Rubrica* quid sint, & quotuplices &c. Gav. To. 1. Instruct. 1. P. 1. Tit. 2. f. 2. & 3.



S.

**SABBATUM.** *Sabbatisne* omnibus, in quæ incidit *Jejunium de precepto*, standum sit ad signum *Salutationis Angelicæ*, quod datur in meridie? Vid. V. *Salutatio Angelica*. Si Sabbato in Albis alicubi ex *Foundatione* ac privilegio, pro singulis diebus Sabbati concessio, decanterur *Missæ Votiva de B. V.* cantanda illa est cum *Glor.* propter Sabb: & cum *Commemoratio*: *Ostavæ*, & 3. *Oratione de S. Spiritu* ( nisi occurrat *simplex* ) *Præfat. de B. V.* sed *Communicantes & Hanc* igitur de *Ostava*, at in fine *Ite &c.*, sine *Alleluja*. Itã P. Herisonius *Ord. Min.*

*Sacerdos* formans manu dextrâ ( sinistrâ positâ super *Altare* ) signum *Crucis* super *Oblata* ad Verba illa : *Et benedic hoc sacrificium* ; item ad illa : *Benedictam, adscriptam, tuam &c.* an ad efformandam *transversam* *Crucis* partem *transversâ* quæque manu uti debeat, an verò *rectâ*, controvertitur inter *Rubricarum* *Interpretes* : adhibendam esse manum *transversam* digitis ad rem *benedictam inflexis* tenent *Gavantus*, & cum eo *Arnaudus, Bauldryus, Cabrinus, &c.* negant verò *Castaldus L. 2. l. 7. c. 3. n. 5. Premolus P. 3. c. 9. & Angelus duplicem Sac. Rit. Congregationis Decisionem adducens* apud P. Hippol. à Portu P. 1. in *Adnotationibus ad Tit. 7. Ru-*

*bric. 5. n. 16. f. 69.* ubi & ipse *sententiam posteriorem amplectitur* itã scribens : *Puto adhibendam esse manum directam, dummodo leniter extendatur, ac molliter; siquidem in formandis hujusmodi Crucis figuris non est attendenda tota manus, quæ signat, sed ultima parvi digiti extremitas, & ut quasi dicam, punctum, quod veluti signum exarat; ideoque talem extremitatem ad rem benedicendam convertimus: ex quo fit, quòd primam lineam non delemus.* Eamdem hanc *Sententiam*

etiam tradit *Ceremoniale Missæ private* juxta *Exemplar* annò 1702. *Romæ editum* reculum *Augustæ* annò 1706. c. 9. §. 3. n. 4. cui cum pluribus alijs tanquam *probabiliori* etiam ego subscribo. *Defectus & Abusus Sacerdotibus* in *Celebratione Missæ* evitandos, sat tamen apud non paucos hodie *Communes*, enumerat *Cabrinus* in *Epitome Sac. Rit. c. 13.* & adhuc plures *Ceremoniale Missæ private* paulò antè allegatum c. 9. & 10. *Quales* ( ut aliquos tantum hinc referam ) sunt 1. *Dicere Orationem secretam: Oramus Te Domine &c.* antequam manus superimponantur *Altari*; vel ante eam completè dictam accedere *Versus Cornu Epistolæ*. 2. *Incipere Kyrie eleison* statim adhuc in *cornu Epistolæ*, vel antequam stans in medio *Altaris Crucis* de super positæ *competentem* fecerit *reverentiam*. 3. *Dicenda aut peragenda in Cornu Altaris* ( uti sunt

][ Pars III. ]]

][ Ss ]]

infun-



infundere Vinum & Aquam pro oblatione calicis; extergere manus ad Pfalm. *Lav. &c.*) non facere, aut dicere in ejus Cornu, sed in spatio, inter medium Altaris, & hujus Cornu interjecto, collocato aut retracto Versus medium Altaris unà cum Cussino Missali: quò etiam spectat Orationes in Cornu Epistolæ in principio & fine Missæ dicendas, non ibi completè dicere, seu integrè absolvere, sed in reditu ad medium Altaris. 4. In Ablutione digitorum supra Calicem in fine Missæ non adhibere etiam Aquam, sed solum Vinum contra expressam Rubricam alibi citatam. 5. Accipere Biretum post Missam à Ministro, antequam solitam *Genusflexionem*, vel *Inclinationem* fecerit Versus Altare unà cum Ministro; item tenere Biretum supra Bursam &c. Tamen si Celebrans Sacerdos, quando ab Altari, ad Principium Missæ faciendum, descendit, bis facere reverentiam à Rubrica Missal. jubeatur, semel scilicet, quando ab Altari descendit in planum, & iterum, quando infrà in plano consistens ad Altare revertit, quando tamen dictò post Pfalmum *Judica &c. Oremus* ad Altare iterum ascendit, non novam ei facere debet reverentiam, aut *genusflexionem*, etiam si in eo proftet Venerabile, ut monet Lohner *Instr.* 1. P. 2: Tit. 7. n. 5.

### SS. SACRAMENTI

Expositio in 40. Horarum Compensatione quomodo facienda. Vid. V. Compreatio. Non debere illud esse nimis frequentem, nec unquam sine debito, ac condecence apparere ostendit Vinitor P. 4. Tit. 5. in notationib. ex Cærem. Episcopo. l. c. 12. *Officium & Missam de Venerabili Sacram: Ferijs quintis infra annum recitandi Indulgentibus quid observandum Illud 5. à f. 100.* Quibus adde, *solus primos (Prime)* ad quam in Responsor. Brevi dicitur: *Qui natus est M.V.) Tertia, Sexta, ac Nona* terminandos esse per Verba: *JESU CHRISTI Gloria &c.* non autem Hymnum *Laudum* ed quòd hic propriam habet circumfulam in hoc Officio, uti notat Cæto. 2. l. 5. c. 6. n. 13. ac proinde certum est hac quoque in parte *Laubellis* de hoc Officio antea, & amplius annos Venerijs ac Neapoli impressis.

### Salutatio Angelica.

Signum Salutationis Angelicæ, quod datur in meridie, *standum est extra Tempus Paschale in solis Quadragesime Sabbatis*, non autem in alijs, etiam si in illa incidat *Jejunium à præcepto*, uti v. g. in Sabbata quorundam Temporum, aut alicujus Vigiliæ, &c. I. Tit. 11. s. 7. à f. 46.

### Sanctus habens Socium

Socios æqualis secum Ricus in Ecclesia universalis, attamen inferioris



nis secum Ritūs in Ecclesia aliqua particulari, quomodo separandus, ejusque Socius aut Socij facta separatione sint celebrandi. III. Tit. 1. à f. 13, item II. Tit. 5. à f. 125.

*Semiduplex* in quacun- que *Occurrentia* & *Concurrentia* quomodo quoad *Officium* & *Missam* sit celebrandum &c. III. Tit. 6. §. 5. à f. 143. & §. 6. à f. 152. item P. I. & II. suis locis.

*Sermo* habendus in Exequijs. De hoc Vid. III. Tit. 10. §. 6. à f. 289. & 291.

*Signum Angelicae Salutationis*. Vid. V. *Salutatio Angelica*.

*Signum Crucis* quomodo formandum super Oblata &c. Vid. V. *Sacerdos*, & V. *Crux*.

*Simplex* Festum in quacun- que *Occurrentia*, & *Concurrentia* quomodo quoad *Officium* & *Missam* sit celebrandum. III. Tit. 6. §. 8. à f. 160. item P. I. & II. suis locis.

*Solemniter* non debere idem Patroni Festum eadem die celebrari in duabus Ecclesijs vicinis, sed à minore Ecclesia ( auctoritate majorum ) eligendum esse alium diem, ne solemnitas majoris Ecclesiae diminuat, decretum esse à quadam Congr. Romana 19. Mart. 1581. & postmodum rursus 20. Nov. 1684. ab ipsa S. R. C. scribit Nonne- mo, Vid. etiam III. Tit. 6. §. 5. f. 288.

*Subdiaconus*. De hujus

Officio ac Munere in quibuscunque *Missis* ac *Vesperis Solemnibus*, aliisque *Functionibus Ecclesiasticis* Vide apud Auctores P. III. Tit. 8. f. 257. 258. & 259. item Tit. 11. à f. 292. à me re- latoros; nominatim Castald. l. 1. f. 7. per 4. *Capita*. Bauldryum P. 1. c. 13. artic. 1. 2. & 3. à f. 37. item P. 5. ad lib. 1. *Ceremonial. Episc.* c. 10. à f. 307. *Lohner Instr.* 1. P. 3. Tit. 3. item *Instr.* 2. P. 3. Tit. 3. §. 2. Gerlac. *Vinitor.* P. 4. Tit. 18. 19. & 20. i- tem P. 7. Tit. 10. & 11. *Hippolyt.* à Portu P. 2. & 3. &c.

*Suffragia Sanctorum*, quan- do, quo Ordine, ac modò sint di- cenda, Vide. V. *Commemorationes Com- munes*.

*Supellectilis Sacrae Quali- tas* ( quatenus nempe attinet ad e- jus *Materiam*, *Formam*, ac *Figuram* ) ac *Quantitas*, seu *Mensura* quænam debeat regulariter esse, Vid. V. *Pa- ramenta*, ac *Gavantum*, & *Baul- dryum* ibid. citatos.

*Sycomorus* Vox Græca & modò in *Recto*, modò in *Obliquo*, in *Lectonibus* tertij *Nocturni* in *Anniversario Dedicacionis Ecclesie*, ac infra hujus *Octavam* occurrens, an rectius ab ijs pronuntietur, qui pe- nultimam ejus *Vocalem* corripiunt, quàm ab ijs, qui eam producant, controversitur; eam *Corripientes*



nituntur auctor. Gav. To. 2. f. 10. c. 3. f. 153. in *Notulis Lektion. Brev.* quam secuti videntur, qui Missalia ac Breviaria Typis mandarunt; pro eam Producentibus verò stat Profodiæ, & Linguae Græcæ peritorum, quin & ipsorum Ss. Patrum auctoritas: siquidem Vox *Sycorum* ex cap. 19. S. Lucae Verf. 4. desumpta ibi non significat Arborem, quam Dioscorides, & quidam alij Medici ob intercedentem inter *Ficum*, & *Morum* mediam quamdam similitudinem *Sycorom*, hoc est *Ficorum*, appellant (in qua significatione accepta cum Vox *Morus* Græcè scribatur per Omicron, h. e. O breve, utique corripienda esset penultima ab eam pronuntiantibus) sed significat *Ficum sativum* à Græco Syki, quod significat *Ficum*, & voce (itidem Græca) *mora*, quæ idem significat, quod *fatua*, & scribitur per O mega, h. e. O Longum, uti inspicienti Textum Græcum Evangelij, paulò antè allegari parebit, & passim in suis Homilijs posteriorem hanc significationem vocis *Sycorom* Ss. Patres supponunt, unde & ego cum posterioribus sentio.

## T.

**TITULUS ECCLESIAE, & Titularis Patronus** an sit idem, & quomodo celebrandus. III. Tit. 1. à f. 1. *Thuriferarij* munus quod?

Vid. apud AA. P. III. Tit. 8. à f. 150. & Tit. 11. supr. à f. 292. allegant.

*Thurificandi*, ac *Inven-*

*sandi* Ritum ac Cæremonias Ss. Sacramentum, item Sanctorum Reliquias ac Altare, necnon Celebrantem, aliásque Personas, uti & Furnum, ac Castrum Doloris in Exequijs tradunt Castald. l. 2. f. 2. c. 2. Boudry P. 2. c. 9. per 5. artic. *Gehe Vinit. P. 4. Tit. 3. à n. 7. Lohner Instr. 1. P. 2. Tit. 8. additis ijs, quæ debet in Additamentis ante Indices in fine Instructionis, quæ quidem, post Editiones, jam pridem suis locis inseri debuerant. item P. Hippolyt. à Portu Vicentin. P. 2. & 3.*

*Translatio Fæstorum* quibus

ratione faciendâ? III. Tit. 6. f. 112. à f. 105. & 184.

## V.

**VASORUM SACRORUM** Benedicere & Consecratio. Vid. V. Benedicere & ibi citat. AA. nominatim Missale, Pontificale, & Rituale Romanum, item Castald. l. 2. f. 12. c. 1. & 2. Lohner Instr. 1. P. 1. Tit. 5. f. 1.

*Velandum* esse Calicem à Celebrante totaliter, aut saltem in Parte anteriori (si forte ob ejus brevitate nequeat contegi etiam in parte posteriori) & quidem tantum in principio Missæ usque ad Offertorium, sed etiam in ejus fine post sumptionem, ac extentionem



calicis, cum Gavanto P. 2. Tit. 2. n. 2. lit. l. & Tit. 10. n. 5. in fin. &c tener, ac egregiè contra Paulum Mariam Quarti, & Angelum probat P. Hippolytus à Portu Vicent. P. 1. Tit. 10. Rubr. 5. n. 18. f. 128. ubi etiam eorum solvit Rationes in contrarium.

*Velum Calicis, item Velum Subdiaconale, ac Velum pro portando Venerabili in Hierotheca &c, cujus Materie, Formæ, Figuræ, ac Magnitudinis esse debeant, Vid. V. Paramenta, & AA. ibi citatos.*

*Venerabile Eucharistia SACRAMENTUM non est distribuendum in Paramentis Nigris ex Decr. S. R. C. 22. Jan. 1701.*

*Versus tertius in Hymno: Ille Confessor &c probabilius non est murandus non modò in primis, sed neque in secundis Vesperis, ac Matutinis tunc, quando Festum S. Confessoris celebratur die immediatè sequenti diem Obitus illius Sancti. II. à f. 397. Vid. & V. Hymnus. Quando fit aliqua Commemoratio in Officio currentis diei, semper post Antiphonam ejus, de quo fit Commemoratio, dicendus est ille Versus (ad dicitur utrique ejus Parti Tempore Paschali uno Alleluja) qui in proprio ejus Officio ponitur respectivè post Hymnum Vesperarum, aut Laudum, nisi aliter notetur, aut nisi Versus ille concurrat cum Versu anteceden-*

*ter jam dicto in iisdem Laudibus, aut Vesperis; tunc enim ad Varietatem procedendum est juxta Rubr. General. 9. Breviar. n. 8. ut suprà V. Commemorationes Communes, & III. Tit. 6. f. 13. & 14. à f. 202. & 217. &c. ubi inter alia habetur 1. Quòd illis annis, quibus in 1. & 2. Vesperis S. Elisabethe Regina Portugall. die 7. & 8. Jul. fiunt Commemorationes Communes seu Suffragia Sanctorum, debeat in utrisque illis Vesperis in Suffragio pro Commemoratione de B. M. V. locò Versus: Ora pro nobis &c dici Versus: Diffusa est &c ex Vesperis Officij illius in Sabbato, vel (ut non nemo alius existimat) Versus: Dignare me &c ex Festo B. V. ad Nives 5. Augusti. 2. Quòd, quando contingit, ut in 2. Vesperis alicujus Virginis, aut Non-Virginis fieri debeat Commemoratio de eadem B. M. in Sabbato, tunc pro Versu: Diffusa est gratia &c (utpote jam antecederet dicto) dicendus sit Versus: Benedicta Tu &c ex Laudibus de B. V. in Sabbato. Tempore Paschali Versibus Responsorium Matutini non additur in fine Alleluja, uti nec Versibus Precum, quæ Tempore Paschali in Officio ad Primam ac Completorium, necnon in Litanis majoribus, & minoribus dicuntur, ob Rationes à Gav. To. 2. f. 5. c. 10. n. 4. & 5. annotatas: excipit tamen Castald. l. 2. f. 3. c. 4. n. 4. eos Versus, qui etiam eo Tempore ad certas preces dicuntur*



324 *latitia*, videlicet pro Gratiarum Actione post Electionem Prælati, vel in Adventu Prælati, aut Principis, & tunc non *genusflexo* ( uti alias Versus *precum* dici solent ) sed à stantibus ij dici debent, Cantoribus scilicet inchoantibus Hymnum *Te DEUM*, ad Versum verò post Hymnum additur eo Tempore *Alleluja*, præterquam ad Versum : *Domine exaudi orationem meam*, & Vers: *Domine vobiscum*. Versus, qui *Responsorij* seu *brevibus Horarum*, seu *Longioribus Matutini* interponuntur, à Cantoribus dici debent, uti & *Versus*, qui dicuntur post *Psalmos Nocturnorum, Vesperarum*, ac *Laudum*, nec non in *Commemorationibus*, ac *Suffragijs*; Versus verò, qui dicuntur ad *Preces Feriales*, non à Cantoribus, sed ab *Hebdomadario* pronuntiantur. *Castald. l. 2. f. 3. c. 3. n. 13.* Qui dein c. 4. subsequente nominatim tradit, quid ab eodem *Hebdomadario* observandum sit universim in dicendis *Precibus*, tam *Dominicalibus*, quàm *Ferialibus Breviarij*, uti & *Officij Defunctorum*, *Psalmorumque Gradualium*, ac *Litaniarum*, necnon in *Suffragijs Sanctorum*, ac *Orationibus Officij* dicendis : Libro autem 1. f. 7. c. 11. & l. 2. f. 4. c. 2. & 3. totum, quò latè patet, *Hebdomadarij* munus exactè exponit, uti & eodem Libro 1. sessione 7. cit. *Officia Diaconi*, ac *Subdiaconi*, necnon *Assistentium in Missis*, ac *Vesperis solennibus*, uti & in Pro-

cessionibus SS. Sacramenti; scilicet ne verò 4. ejusdem Libri *Officium Ministri Missæ privatae*, ac denique omnium ac singulorum, ad *Vesperas*, & *Missas solennes* Ministrorum pariter accuratè exequitur, quòd riam locis alibi à me citatis facit *Bauldryus*, & *Lohnerus*, ex quibus aut aliquo eorum si quis *Hebdomadarij*, *Cæterorumque prædictorum Ministrorum Officia*, ac *Functiones preparatos transferet Libellos*, eorumque singulos per modum *Instructionum* propriis mandari, ac pretio parabili voluminum proponi curabit, nec operosum suæ, nec sumptuosum in eam facti, meo equidem iudicio precebit, simulque rem præstabit à perimis jam diu experitam.

*Vestes Sacrae*, tam *Presbiteriales*, quàm *Sacerdotales*. Vid. *V. Precepta*, & AA. ibi cit.

*Vigilia* Quid, ac *Complex*; quomodo item in quacunque *Occurrentia* sit celebranda. III. Tit. 6. f. 11. à f. 176. Quomodo procedendum *Vigiliâ* incidente in *Februarii* V. ante *Dominicam Quinquagesimæ*, aut in *Feriam* II. vel III. post *Dominicam Quinquagesimæ* vel denique in diem *Cinerum*. II. Tit. 2. f. 176. & seqq. Quomodo item *Vigilia* *Noctivivitatibus* S. Joan. Bapt. incidente in diem *infra Octavam* SS. *Trinitatis* ( ubi hæc est *Titulus Templi*, ac *procedit* habet *Quintam* ) & simul in *die*



infra Octavam Corporis Christi. II. Tit. 6. à f. 180. Quomodo denique in casu, quò modò dicta Vigilià Nativitat. S. Joannis Baptist. incidit in ipsum Festum Theophoria, h. e. SS. Corporis Christi. I. Tit. 31. f. 192. &c. An Vigilià incidente in diem infra Octavam, quâ Officium, & Missa sunt de Festo 9. Lectionum, semper dicendæ sint 2. Missa Conventuales in Ecclesijs Cathedralibus & Colleg. II. Tit. 8. à f. 254.

U.

USUS ORGANI. ORGANA (quæ alioquin juxta Cæremonial. Episcoporum l. 1. c. 28. decenter in Ecclesia in Omnibus Dominicis, & Festis fori, per annum occurrentibus, cum Musicorum cantu adhibentur) silent in Dominicis Adventus, & Quadragesima; exceptâ Dominicâ tertiâ Adventus, & Dominicâ Quartâ Quadragesimæ; exceptis item Festis & Ferijs infra Adventum, aut Quadragesimam occurrentibus, quæ cum Solemnitate celebrantur, ut in die Annuntiationis (idem est de die Immaculat. Conceptionis &c) necnon Feriâ V. in Cœna Domini, Sabbato Sancto, & similibus, uti & quando-cunque occurrit celebrari solemniter, & cum læticia pro aliqua Re gravi, ut in eodem Cæremoniali.

ATQUE hîc Finis esto Tituli Ultimi tripartitæ hujus meæ Lucubrationis, MISCELLANEA Rubricistica Ordine Alphabetico aliquammulta in se complexi; plurima equidem alia ijs à me inspergi, ac superaddi suis locis potuissent, simulque ea, quæ hætenus hîc retuli, haud paulò fusiùs pertractari; & verò etiam superaddita, ac utraque prolixiori calamo pertractata utique fuissent (utpote ingenti jam jam numero à me Conscripta, & sat fusè simul pertractata) ac quoniam deprehendi non modò hunc Titulum, sed Librum ipsum inimiam, ne dicam justò majorem, excreturum molem, si utrumque, aut etiam solummodo alterutrum illorum exequeretur hîc locò, mutavi Consilium, & fusiorem tam eorum, quæ hîc minùs fusè proposita sunt, quàm etiam illorum, quæ porrò superaddi potuissent, Tractationem isthuc omitto. Quòd si intellexero ampliorem aliquam desiderari à non paucis Miscellaneorum hujusmodi Rubricistorum, Ordine Alphabetico digestorum Exegesi, curabo (si DEO, ac Superioribus placuerit) ut ea cum Problematibus Rubricisticis, tanquam Pars IV. huic meo Operi accedat, illudque ex Tripartito evadat Quadrupartitum sub eodem hoc Titulo: MISCELLANEA RUBRICISTICA, Ordine Alphabetico digesta.

Omnia ad Majorem DEI Gloriam.



Corrigenda & Addenda in III. Parte.

Pagina.	Columna.	Linca.	
6.	2.	13.	pro <i>tract.</i> 1. lege <i>tract.</i> 5.
15.	1.	2.	pro <i>habeat</i> lege <i>habet</i>
30.	1.	18.	pro <i>Queritur.</i> 6. lege <i>Queritur</i> 7.
38.	2.	5.	pro <i>Quintanadvena</i> lege <i>Quintanadvena</i>
39.	2.	13.	pro <i>tenua</i> lege <i>tenuia</i>
42.	2.	11.	pro <i>prohibitus</i> lege <i>probabilis</i>
44.	1.	7.	pro & lege <i>at</i>
ibid.	2.	1.	pro <i>errori,</i> d lege <i>error,</i> id
ibid.	2.	36.	pro <i>Sebbato</i> lege <i>Sabbato</i>
ibid.	2.	37.	pro <i>habantibus</i> lege <i>habentibus</i>
75.	2.	26.	pro <i>III.</i> lege <i>II.</i>
92.	2.	13.	pro <i>quaque</i> lege <i>quoque</i>
124.	1.	26.	pro <i>P. III.</i> lege <i>P. II.</i>
126.	1.	17.	pro <i>quòd sit,</i> lege <i>quòd si</i>
133.			per errorem ponitur numerus pagine 33. pro 34. & numerus pagine sequentis 34. pro 33.
151.	2.	4. & 18.	pro <i>de corrente</i> lege <i>currat</i>
168.	2.	16.	pro <i>suprà</i> lege <i>infra</i>
218.	1.	10.	pro & lege <i>ex</i>
228.	1.	14.	pro <i>Lectioes</i> lege <i>Rationes</i>
277.	3.	8.	pro <i>in sepulto</i> lege <i>insepulto</i>